אָמַן Aman. Credere. fidelem eſſe. ſtabilẽ eſſe. permanere. Geneſis. 15. Credidit Abraam deo. vbi ponitur הֶאֱמִין Heemin. quod eſt verbum tertie coniugationis. Et Exo. 4. Non credent mihi. Et in eo. Vt credãt inquit quod apparuerit tibi dñs. Et in eo. Si non crediderint inquit tibi Et in eo. Credent verba ſigni ſequẽtis. et in eodem. 14. Et crediderũt dño. ps. 26. Credo videre bona dñi. Et. ps. 115. Credidi propter qd locutus ſum. ps. 77. Nec fideles habiti ſunt in teſtamẽto eius. Significat etiã ſtabilem eſſe. aut permanere. vt Iob. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles. et Eſa. 7. Si nõ crediderĩtis non permanebitis. vbi ſiſis dictio ponitur pro ꝑmanebitis ſicut pro crediderĩtis. inde. אֱמוּנָה Emuna. i. fides. credulitas. veritas. ſtabilitas. indeficiens. 4. Reg. 12. Sed in fide tractabant eam. ps. 52. Et omnia opera eius in fide. Eſa. 11. Et fides cinctoriũ renum eius. Et oſee. 2 Sponſabo te mihi in fide. Item ponitur pro veritate. vt ps. 55. Et veritas tua vſq; ad nubes. ps. 118. Et in veritate tua humiliaſti me. Et in eodẽ. omnia mãdata tua veritas. Significat etiã ſtabilitatẽ vel firmitatẽ. vt. Exo. 17. Et factũ eſt vt manus illius non laſſarẽtur. i. non deficerẽt: ſed eſſent ſtabiles pro quo in hebreo eſt. Et fuerũt manus eius veritas ſiue ſtabilitas. Et idẽ ſignificat. אֹמֶן Omen. et in plurali. אֱמוּנִים Emunim. i. veritates. ſiue fideles aut veraces. ps. 11. Quoniam diminute ſunt veritates a filiis hominum. & inde. נֶאֱמָן neeman. i. fidelis. verax. ſtabilis; indeficiens. Nu. 12. Qui in omni domo mea fidelis ẽ. 1. Reg. 2. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ. 2. Reg. 7. Et fidelis erit dom⁹ tua et regnum tuũ vſq; in eternũ. 3. Reg. 11. Et ſuſcitabo tibi domũ fidelẽ. Iob. 12. Mutans labiũ veraciũ. Eſa. 33. Aque eius fideles. i. ſtabiles ſiue indeficiẽtes. Hiere. 15. Facta eſt mihi quaſi mẽdacium aquarũ infideliũ. pro quo in hebreo eſt. Aquarum que nõ ſunt fideles. i. que nõ ſunt ſtabiles. Et in lingua chaldaica dicitur. מְהֵימָן Meheman. i. fidelis. Daniel. 2. Et fidelis interpretatio eius. Et inde. אֱמֶן Emun. i. fides ſiue credulitas. Deut. 32. Et infideles filii. pro quo in hebreo eſt filii in quibus non eſt fides: ſiue credulitas: aut veritas. Et inde. אָמֵן Amen. quod eſt aduerbium affirmandi. vt Deut. 27. Et reſpõdebit omnis populus amen. & in eodẽ. & dicet oĩs populus amen. et Eſa. 65. Benedicetur in deo amen. Et in hebreo in hoc loco amen eſt genitiui caſus. interp̃tatur aũt amen. vere ſiue fideliter. aut fides. ſiue veritas. vnde Apocalypſis. 3. dicitur. Hec dicit amẽ teſtis fidelis & ver⁹. et inde. אֲמָנָם Omnam. Siue. אָמְנָם Vmnam. i. vere. vtiq;. Gen. 18. Num vere paritura ſum anus. Et idem ſignificat. אָמְנָה omna. vt Geñ. 20. Alias autem & vere ſoror mea eſt. Item. אֹמֶן Omen. i. Alumnus. nutrici⁹ vel nutrix. vt Nu. 11. Sicut portare ſolet nutrix infantulũ. Eſter. 2. Qui fuit nutricius filie fratris ſui ediſſe. Eſa. 49. Et erunt reges nutricii tui. Item. אָמָּן Amman. Artifex. ſiue opifex. Canti. 6. Que fabricata ſunt manu artificis. Item. אָמוֹן Amon. i. multitudo quaſi. הָמוֹן Hamon. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine trãſtulit nabuzardan princeps militie.

אֲמָנִים Vere אָמְנָה Vere אֹמֶן Nutrit. Nutricius אָמָּן Artifex. אָמוֹן Multitudo. אָמַץ Superare Offirmare Cõfortare

אָמַץ Amas. Prevalere. ſuperare. firmare. vel roborare. confortare. Roboratũ vel robuſtum eſſe. ſiue viriliter agere. Geñ. 25. Populuſq; populũ ſuperabit. Deut. 2. Et offirmauerat cor illi⁹. i. cõfortauerat ſiue roborauerat cor illius. Iob. 4. Et genua trementia confortaſti. ps. 26. Et confortetur cor tuũ & ſuſtine dñm. Et. ps. 141. Quia cõfortati ſunt ſup me. Ruth. 2. videns ergo noemi q obſtinato

ruth animo decreuiſſet ſecum pergere. pro quo hebrei legunt. Et vidit q ipſa confortabatur ad eundum ſecum. 3. Reg. 12. Porro rex roboam feſtinus aſcendit currum. Pro quo hebrei legunt. porro rex roboam confortatus eſt vt aſcenderet currum. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum in locis predictis. Prouer. 8. Quando ethera firmabat ſurſum. & Zach. 12. Confortentur mihi habitatores ieruſalem in domino deo ſuo. Iob. 16. Roborarē vos in ore meo Ioſ. 1. Et eſto robuſtus valde. & in eodem. & viriliter age. in

Firmare.

Roborare.

Robuſtum eſſe.

de אָמִיץ Amis. ideſt fortis vel robuſtus. Iob. 9. Sapiens corde & fortis robore. Amos. 2. Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in die illa. Et aliquando ſcribitur cum littera mem in principio & dicitur. מְאֹמָץ Meames. vt Prou. 24. Et vir doctus robuſtus & validus. cuius plurale מְאֻמָּצִי Mamaſſe. ponitur. Iob. 36. vbi dicitur. Et omnes robuſtos fortitudine. & inde אַמִּין Amus. ideſt fortis. vt Zach. 6. In quadriga quarta equi varii & fortes. & dicunt hebrei q in hoc loco ſignificat ſubruffos vel rubicundos. Alii vero dicunt q in predicto loco accipitur pro equis qui ſunt coloris cineris.

אָמִיץ Fortis.

מְאֹמָץ Robuſtus.

מְאֻמָּצִי Robuſti.

אַמִּין Fortis.

אָמַר Amar. dicere. loqui. precipere. cogitare. eligere: ſiue exaltare. Geñ. 1. Dixitq deus fiat lux. Et in eo. Dixit quoq fiat firmamentum. Et in eo. 4. Dixitq cayn ad abel fratrē ſuum. Ps. 148. Quia ipſe dixit & facta ſunt. Exo. 5. Hec dicit dominus deus. & inde לֵאמֹר Lemor. ideſt ad dicendum: pro quo in tranſlatione noſtra communiter ponitur dicens. vt Exo. 40. Locutuſq eſt dominus ad moyſen dicens. pro quo hebrei legunt. Locutuſq eſt dominus ad moyſen ad dicendum ſcilicet: filiis iſrael vel aliis. Nam illud lamed quod ponitur in principio dictionis communiter ponitur pro ad: quando preponitur gerundio vel infinitiuo vt לַעֲשׂוֹת Laaſoth. ad faciendum. לֶאֱסֹר Leeſor. ad alligandum. vt. Ps. 149. Ad faciēdam vindictam in nationibus. & in eodem ad alligandos reges eorum in compedibus. ponitur etiam לֵאמֹר Lemor pro verbo inperſonali ideſt dicitur. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vulgo dicitur. Hiere. 3. Vulgo dicitur. ſi dimiſerit vir vxorem ſuam. Et aliquādo ſcribitur ſine aleph. vt. 2. Reg. 19. Et amaſſe dicite. vbi ponitur תֹּאמְרוּ Thomru. pro תֹּאמְרוּ Thomru. Et. ps. 136. Quia dicitis in cogitatione. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Quia contradicent tibi ſcelerate: quod magis conſonat cum hebreo. vbi ponitur יִמְרֻכִוךְ iomrucha pro יֹאמְרוּכִוךְ iomrucha. & inde אֹמֶר ómer ſiue אִמְרַת Imrath. ideſt verbum vel eloquiū. vt Ps. 18. Non ſunt verba neq; ſermones. & Ps. 147. Qui emittit eloquium ſuum terre. & in plurali. אֲמָרִים Amarim ſiue אִמְרֵי imre. aut אֲמָרוֹת Amaroth. ideſt verba ſiue eloquia. Iob. 6. Et in ventum verba profertis. Et ps. 11. Eloqa domini eloquia caſta. Prouer. 1. Ad intelligendum verba prudentie. Et ēt ſupradicta dictio אָמַר Amar. ponitur pro pcipere. vt Geñ. 3. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex oi ligno paradiſi. & Eſter. 6. Iuſſitq ſibi afferri hiſtorias. & Iob. 9. Qui pcipit ſoli & nō oritur. Et in eo. 37. Precipit niui vt deſcendat in terrā. & inde מַאֲמָר Maamar. ideſt verbū ſiue preceptū. vt Eſter. 2. Quidquid enī ille pcipiebat obſeruabat eſter. Pro quo in hebreo habetur. verbū ſiue pceptū mardochei faciebat Eſter. Itē אָמַר Amar. ſignificat cogitare vel putare: q eſt dicere in corde. vt. Iudi. 15. putaui q odiſſes eā. Et i eo. 20. putauerūt ſolito more cedere. 4. Reg. 5. Putabā q egrederetur ad me. 2. Reg. 21. niſus eſt percutere dauid. pro quo he. le. dixit. ſ. in corde ſuo ſiue cogitauit percutere dauid. & Eccl's. 2. Dixi ergo in corde meo. Itē ponitur pro exaltare ſiue eligere. vt Deut. 26. Dñm elegiſti hodie. Et in eo. en dominus elegit te hodie: vbi ponitur הֶאֱמִיר Heemir: quod eſt verbum tertie coniugationis. Et dicunt hebrei q ſignificat exaltare. Et inde ille ramus qui eſt in ſummitate arboris dicitur אָמִיר Amir vt Eſa. 17. Et ſicut excuſſio olee duarum vel trium oliuarū in ſummitate arboris. pro quo he. le. in ſūmitate rami. ſ. illius qui eſt in ſūmitate arboris. Et in eo. ponitur pro ſegete. vbi dicitur: ſicut aratra & ſegetes que derelicta ſunt a facie filiorum iſrael. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ramum ſiue virgultum. de quo vide etiam infra in dictione חָרַשׁ Charas. Item ponitur pro ſuperbire. vt Eſa. 61. Et in gloria eorum ſuperbietis vbi ponitur תִּתְיַמָּרוּ thithiamaru ſine aleph: ſicut in aliquibus locis ſupradictis. Itē אֲמַר Imar in lingua chaldaica ſignificat arietem ſiue hedū Eſdre. 6. Et hedos in holocauſta.

לֵאמֹר Dicere.

לֵאמֹר Dicens.

Ad dicēdū

לֵאמֹר Dicitur.

Contradicere.

אֹמֶר Verbum. Eloquium

אִמְרִים

אִמְרוֹת Verba. Eloquia.

אָמַר Precipere.

מַאֲמָר Verbum.

אָמַר Putare.

Cogitare. Eligere.

הֶאֱמִיר

אָמִיר Arbor.

Ramus. Seges.

תִּתְיַמָּרוּ

אֲמַר Arics.

אֶמֶשׁ émes. heri. nocte preterita. Geñ. 19. Ecce dormiui heri cum patre meo. Et in eodem. 31. Sed deus patris tui heri dixit mihi. Et in eodem. Reſpexit dominus & arguit te heri. Et accipitur ibi heri pro nocte preterita. nā premittitur in textu. Viditq; in ſomnis dicentem ſibi dominum. Pro quo in hebreo habetur: & venit deꝰ ad labanſyrum in ſomno noctis.

אֶמֶשׁ Heri.

אֱמֶת Emeth. veritas. verus. Geñ. 47. Et facias mihi miſericordiam & veritatem. 3. Reg. 10. Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea. Ioſ. 2. Detis mihi verum ſignū. 4. Reg. 20. Fiat tantum pax & veritas in diebus meis. Ps. 18. Iudicia domini vera. Ps. 84. Veritas de terra orta eſt.

אֱמֶת Veritas. Verus.

אַמְתַּח Amthach. ſaccus. vt Geñ. 44. Imple ſaccos eorum frumēto quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.

אַמְתַּח Saccus.

אַן An. quo. aduerbium iterrogandi loci vel temporis. vt. 1. Reg. 10. Quo abiſti. & Iob. 8. Vſq; quo loqueris talia.

אַן Quo.

אָנָּא Anna. Aduerbium obſecrandi vel rogandi. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit obſecro. vt Geñ. 50. Obſecro vt obliuiſcaris ſcelerum fratrū tuorum. & Ps. 117. O domine ſaluum me fac: o domine bene proſperare. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. O domine ſalua obſecro. obſecro domine proſperare obſecro. & aliquādo ſcribitur. אָנָּה Anna cum he in fine loco aleph. vt. Ps. 115. O domine libera animam meam. & in eo. O domine quia ego ſeruus tuus. vbi beatus Hieronymus etiam tranſtulit obſecro: ſicut in ſupradicta dictione. & Exo. 32. Obſecro peccauit populus iſte petrā maximū.

Obſecro.

O

אָנָּה O

Obſecro.

אֲנָא Ana. in lingua chaldaica eſt pronomen prime perſone & ſignificat ego. Dañ. 4. Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea.

אֲנָא Ego.

אִנְבָא Inba. In lingua chaldaica ſignāt fructū. Dañ. 4. Et fructus eius nimis. Et in eo. Et diſpgite fructꝰ eius.

אִנְבָא Fructus.

אָנָה Ana. quo. aduerbium interrogandi loci vel tpis. huc & illuc. quoq;. vt Ps. 12. Vſq; quo domine obliuiſceris mei in finē: vſq; quo auertis faciē tuam a me. Et in eo. Vſq; quo exaltabitur inimicus meus ſuper me. & Ps. 138. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiā. & Canti. 5. Quo abiit dilectus tuus. & qñ duplicatur ſupradicta dictio: ſignificat. huc. & illuc. ſiue quoq;. vt. 3. Reg. 2. Et nō egredieris inde huc atq; illuc. Et in eo. Quacunq; die egreſſus fueris huc & illuc ſcito te eſſe moriturū. & 4. Reg. 5. Nō abiit ſeruus tuus quoq;. eſt ēt aduerbium obſecrandi vel rogandi vt ſupra dictū eſt. Item אָנָה Ana. lugere. contriſtari ſiue meſtū eſſe. vt Eſa. 3. Et merebunt atq; lugebunt porte eius. Et in eodem. 19. Et merebunt piſcatores. Et inde. תַּאֲנִיָּה Thaaniia & אֲנִיָּה Aniia. ideſt luctus & meror: ſiue triſtitia. vt Thren. 2. Et repleuit in filia Iuda humiliatum & hu-

Huc illuc.

Quoq;.

אָנָה Lugere. Merere.

תַּאֲנִיָּה

אֲנִיָּה Humiliatū

Luctus meror.

אֲנָה Casu accidere. Occasionē querere. תְּאֲנָה Occasio.

miliatam. Pro quo he.le.& repleuit siue multiplicauit in filia iuda luctum & merorem vel tristitiā. Item אֲנָה ina. fortuitu vel casualiter accidit: siue occasionem quesiuit. vt Exo. 21. Qui autem non est insidiatus: sed deus illum tradidit in manus eius. 4. Reg. 5. Animaduertite & videte q̄ occasiões querit aduersum me. Et inde תְּאֲנָה thoana. idest occasio. vt Iudi. 14. Et quereret occasiones cōtra philistiim. Hiere. 2. in desiderio anime sue glutiuit ventū amoris sui: nullus auertet eam. pro quo hebrei legunt in desiderio aīe sue glutiuit ventum occasionis sue: quis auertet eam: siue occasiōem eius quis auertet. Nomina enim hebraica sunt indeclinabilia: vt supra dictum est. Item אֲנָה Ana in lingua chaldaica significat. ego. vt Dañ. 5. Porro ego audiui de te q̄ possis obscura interpretari.

Ego.

אֲנָן Iui.

אֲנָן Inun. in lingua chaldaica est pronomen tertie persone pluralis numeri. idest illi. siue. ipsi. Dañ. 2. In diebus autem regnorum illorum.

אָנַח Ingemiscere. Gemere. Suspiriū. Gemitus. אֲנָחָה Gemitus.

אָנַח Anach. Suspirare. ingemiscere. vt Exo. 2. et ingemiscentes filii israel propter opera vociferati sunt. & Prouer. 29. Cum impii sumpserit principatum: gemet populus. & Esa. 24. Ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Thren. 1. Sacerdotes eius gemētes. & in eodē audierūt quia ingemisco ego. Ezech. 21. Ingemisce in contritione lumborum. Ioelis. 1. Quid ingemuit animal. & ide אֲנָחָה Anacha. idest gemitus: vel suspirium. Iob. 3. Anteqū comedam suspiro. pro quo in hebreo habetur. Ante cibum meum suspiriū meū venit. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. & Ps. 6. Laborauī in gemitu meo. & Esa. 35. fugiet dolor & gemitus. & in plurali. אֲנָחוֹת Anachoth. vt Thren 1. Multi enim gemitus mei.

אֲנַחְנוּ Nos. נַחְנוּ Nos.

אֲנַחְנוּ Anachnu. Nos. vt Ps. 19. Nos autem surrexi mus & erecti sumus. & aliquando scribitur sine aleph. et dicitur נַחְנוּ Nachnu. vt Thren. 3. Nos iniq̄ egimus et ad iracundiam prouocauimus.

אֲנִי Ego. אֲנָחְנוּ Nos

אֲנִי Ani. ego. vt Geñ. 15. Ego dominus qui eduxi te de vr chaldeorum. & in plurali אֲנָחְנוּ ánu siue אֲנַחְנוּ Anáchnu. idest nos vt supra dictū est. & hec tria pronomina. s. ego tu. ille. variantur in hebreo per omnes casus. alia vero nomina sunt in declinabilia & inuariabilia. Sed vtuntur quibusdam articulis ad denotandum casus. vt dictum fuit in p̄cedenti tractatu de gramatica hebraica: vbi posite sunt variationes pronominum per omnes casus tā in singulari q̄m in plurali. Item אֳנִי Oni. nauis. vt Esa. 33. Non transibit super eum nauis remigum. Ponitur etiā pro classe vt. 3. Reg. 9. Classē quoq̄ fecit rex Salomon. Scribitur etiam cum he in fine. & dicitur אֳנִיָּה Onia. vt Ione. 1. Et inuenit nauem euntem in tharsis. & in plurali. אֳנִיּוֹת Onioth. i. Naues. Ps. 103. Illic naues ptrāsibunt. & Esa. 23. vlulate naues maris.

אֳנִי Nauis. Classis. אֳנִיָּה Nauis. אֳנִיּוֹת Naues.

אֲנֵךְ Litum. Trulla cementarij. Stannum

אֲנֵךְ Anach. litum. i. linitū. siue trulla cementarii qua liniunt parietes. Amos. 7. Et ecce dñs stans supermurum litum & in manu eius trullam cementarii. vbi pro trulla cementarii ponitur in hebreo eadem dictio que ponitur pro lito. Et in eo. Quid tu vides amos & dixi trullam cementarii. Et in eodē. Ecce ponam trullam in medio populi mei israel. Et solum inuenitur in locis predictis. Et dicunt hebrei q̄ significat lapidem plumbeum vel stāneum quo cementarii vtuntur ne edificium sit tortuosum: quia in lingua punica vel arabica stannum dicitur אֲנָךְ Anach. & sic legunt. Ecce dominus stans super murum stanneum: idest edificatum cum tali instrumento: & in manu eius stannum idest lapidem stanneum. & sic in sequentibus.

אֲנִי Ego.

אָנֹכִי Anochi. ego. vt Geñ. 15. Ego p̄tector tuus. & Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus.

אָנַס Cogere. Impossibile esse.

אָנַס Anas. cogere. compellere. vim facere: difficile siue impossibile esse. Ester. 1. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. & in lingua chaldaica significat difficile siue impossibile esse. Dañ. 4. Et omne sacramentum nō est impossibile tibi. & aliqui hebrei legunt. non est occultum siue coopertum tibi.

אַף Irasci. אַנָּפָה Charadriū

אַנַף Anaph. indignari. siue iratum esse. vt Deut. 1. Cum mihi quoq̄ iratus deus propter vos dixerit. & Ps. 2. Nequando irascatur dominus. inde אַנָּפָה Anapha. Nomē auis in lege prohibite. Pro quo beatus Hieronymus transtulit charadrion. vt Leuit. 11. Erodionem & charadriō iuxta gen⁹ suū. & aliq hebrei dicūt q̄ significat q̄ddā gen⁹ milui.

אָנַק Gemere. Ingemiscere. Mugire. אֲנָקָה Gemitus. אֲנָקָה Mygale.

אָנַק Anac. ingemiscere. dolere. mugire. vel clamare pre dolore. Ezech. 8. Super frontes virorum gementiū & dolentium. Et in eo. 24. Ingemisce tacens. Hiere. 51. Et in omni terra eius mugiet vulneratus. & inde אֲנָקָה Enca: siue אֲנָקַת Encath. idest gemitus. Ps. 101. Vt audiret gemitus compeditorum. Inde אֲנָקָה Anaca significat quoddam animal: pro quo beatus Hieronymus transtulit mygale. Leuit. 11. Mygale chameleon & stellio. Et aliqui hebrei dicūt q̄ significat quoddam genus reptilium quod semper gemit vel clamat: dictum a verbo supradicto.

אָנַשׁ Desperare Miseria. אֲנוּשׁ Violentus Grauiter. Miserabilis. Insanabilis. אֲנוּשָׁה Desperatus אֱנוֹשׁ Homo.

אָנַשׁ Anas. desperare. dolere. infirmari. vt. 2. Reg. 12. Percussitq̄ dominus parvulum quem peperit vxor vrie dauid & desperatus est. & Ps. 68. Improperium expectauit cor meum & miseria. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Opprobrio contritum est cor meum & desperatus sum. Et inde אֲנוּשׁ Anus. idest violentus. grauatus. inscrutabilis. insanabilis. desperatus. vt Iob. 34. Violenta sagitta mea absq̄ vllo peccato. & Esa. 17. Et dolebit grauiter. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Et in eo. 30. Insanabilis est fractura tua. & in eodem insanabilis est dolor tuus. Et in genere femino אֲנוּשָׁה Anusa. Mich. 1. Quia desperata est plaga eius. Item אֱנוֹשׁ Enos. homo. vt quidam volunt a superiori dictione deriuatum eo q̄ in presenti vita semper est in miseriis & doloribus. Ps. 102. Homo sicut fenū dies eius. & Esa. 51. Quis es tu vt timeas ab homine mortali. & Hiere. 17. Et diem hominis nō desideraui. Sed hebrei in hoc loco legunt אֲנוּשׁ Anus: sicut supra: & sic legunt. & diem desperationis vel infirmitatis vel doloris nō desideraui: scilicet cōtra suos aduersarios & persecutores: quia non appetebat vindictam. potest etiam supradicta dictio אֱנוֹשׁ Enos. deriuari a verbo נָשָׁה Nasa que significat obliuionem: & additur aleph in pricipio huius dictionis Enos sicut in multis nominibus deriuatiuis. Et idem dicit eusebius in libro de preparatione euangelica. Et allegat illud p̄si. 8. Vbi dicitur. Quid est homo quod memor es eius. vbi pro homine ponitur enos. q.d. quid est iste oblitus siue obliuiosus q̄ memor es eius. Est ēt nomē propriū enos filii seth. vt habetur Geñ. 5. & 1. Paralip. 1. Et in plu. אֲנָשִׁים Anasim. i. hoies. aut viri. vt Geñ. 18. Apparuerūt ei tres viri stātes prope eū. Et in eo. 19. Viri ciuitatis vallauerūt domū illius. 1. Re. 25. Hoies isti boni satis fuerūt nobis. & Iob. 4. Quādo solet sopor occupare hoies. & ponitur אֱנוֹשׁ Enos in singulari pro plurali. vt Ps. 9. Vt sciant gentes quoniam homines sunt. Et in lingua chaldaica dicitur אֱנָשׁ. siue אֱנָשָׁא Enasa. idest homo siue homines. Dañ. 2. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit interpretari. Et in eodem. In quibus habitant filii hominum. Et in genere femino amittit aleph. & dicitur נָשִׁים Nasim. i. mulieres: siue vxores. vt Exo. 1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. & Deut. 17. Nō hēbit vxores plurimas. & Esa. 3. Et mulieres

Enos. אֲנָשִׁים Viri. Homines. אֱנוֹשׁ Homines. אֱנָשׁ Homo. אֲנָשָׁא Homines. נָשִׁים mulieres.

dominate sunt eis.

אַנְתְּ Tu. Anthe. in lingua chaldaica est pronomen secunde persone.idest tu. Dañ.2. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo.

אֶסֶם Cellaria. אֲסָם Asam.celariũ:siue horreum. & inuenitur tantum in numero plurali. Deut.28. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua.& Prouer.3. & implebũtur horrea tua saturitate.

אָסוֹן quicũmali Periculũ. Mors. אָסוֹן Ason .Periculũ siue mors. Genẽ.42. Ne forte in itinere quicq̃ patiatur mali. pro quo he.le. Ne forte in itinere accidat ei periculum siue mors. Et in eo.44. Si tuleritis & istum & aliquid ei in via contigerit.idest aliquid periculi vel infortunii ei cõtigerit. Exo.21. Si autem mors fuerit subsecuta:reddet animam pro anima.

אָסַף Cõgregaſ. Colligere. Recolligẽs Reliquum vulgus. אָסַף Asaph.congregare.colligere. contrahere.retrahere. reuocare. auferre. disperdere . Genẽ. 49. Congregamini & audite filii iacob.& Nu.11. Congrega mihi septuaginta viros. Et in eodem congregãs septuaginta viros de senioribus israel. Hiere.10. Congrega de terra confusionem tuam. Mich. 2. Congregatione congregabo iacob totum te. Item significat colligere. vt Genẽ. 49. Collegit pedes suos super lectum. Nu.19. Colliget autem vir mũdus cineres vacce. Et in eo.20. Pergat inquit aaron ad populos suos. Pro quo hebrei legunt.colligatur Aaron ad populos suos. Et in eo.& Aaron colligetur & morietur ibi. Et in eo.31. Et sic colligeris ad populum tuum. Iudi.19. Nullusq̃ sub tectum suum nos vult recipere. vbi ponitur in hebreo colligere pro recipere. 4.Reg.22. Idcireo colligam te ad patres tuos: & colligeris ad sepulchrum tuum in pace.& Esa.10. Sicut colliguntur ova que derelicta sunt. Et in eo.57. Viri misericordie colliguntur: a facie enim malitie collectus est iustus.& inde festũ tabernaculorum vocatur אָסִיף Asiph. A colligendo eo q̃ in eo tempore colligebantur fructus & reponebantur in horreis. Exo.25. Solẽnitatẽ quoq̃ in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et inde אֹסֶף oseph siue אֲסִיפָה Asipha . idest collectio.& in plurali. אֲסֻפוֹת Asuphoth . siue אֲסֻפִים Asuphim. idest collectiones vel congregationes . Et accipitur etiam pro concilio quod est collectio vel congregatio plurimorum. vt.1.Paralip.26. In qua parte domus erat seniorum concilium. Et in eo. Vbi erat concilium bini & bini . Eccl's.12. Que per magistrorum concilium data sunt a pastore vno. Et inde illa pars exercitus que nouissime proficiscebatur in castris dicitur מְאַסֵּף Measeph .i. recolligens. quia recolligebat omnes qui dispersi erant & errauerant per viam. Nu.10. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii dã. pro quo he.le . Et profectum est vexillum castrorum tribus dã recolligens omnia castra.& Ios.6. Reliquum vulgus aream sequebatur . pro quo he.le. & recolligens.& aliq̃ duplicantur due vltime littere principales.& dicitur אַסַּפְסוּף Asaphsuph.idest vulgus promiscuũ quod se miscuerat & recollegerat cum populo israel q̃ egressi sunt de egypto. vt Nu.11. Vulgꝰ quipe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio . Item אָסַף Asaph. significat contrahere vel retrahere. vt.1.Reg.14. Contrahe manum tuam.&.2.Reg.10. Cõtraxit omnem israelem & transiuit iordanem. Ioelis.2. Et stelle retraxerunt splendorẽ suũ. Itẽ ponitur pro reuocare. vt Nu.11. Reuersusq̃ est moyses & maiores natu israel in castra. pro quo he.le. Collectus siue reuocatusq̃ est moyses. Et in eo.12. Separetur septẽ diebus extra castra & postea reuocabitur. Et in eo. Donec reuocata ẽ maria. Significat ẽt curare vel sanare hoiem leprosum eo quod leprosus habitat extra ciuitatẽ. 4. Reg. 5. Profecto curasset eũ a lepra quã habet. Et i eo. Quia iste misit ad me vt curẽ hoiem a lepra sua. Et in eo . Et curaret me. Itẽ ponitur pro auferre: quod est idem quod retrahere vt Genẽ.30. Abstulit deꝰ opprobriũ meũ.i.retraxit. et Iob. 27. Diues cũ dormierit nihil secũ auferet. Ps.103. Auferes spm̃ eorũ & deficiẽt. & Esa.16. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo. Sigñat ẽt perire vel disperdere: aut cõsumere. vt Iudi.18. Et ipse cũ omni domo tua pereas. 1.Reg.15. Discedite ab amalech ne forte inuoluã te cũ eo. pro quo hebrei legũt. Ne forte disperdã te cũ eo. Hiere.8. vbi nos legimus congregans congregabo eos. hebrei legũt disperdẽs disperdam eos. siue cõsumens consumã eos. Et sil'r. Sopho 1. vbi dicitur cõgregãs congregabo oia. pro quo he.le. consumẽs consumã oia. Et sic infra eo. capꝫ. vbi dicitur congregans hominem & pecus. Congregans volatilia celi.

Curare. Auferre. Perire. Disperdeſ Cõgregaſ

אַסְפַּרְנָא Diligẽter. Studiose. אַסְפַּרְנָא Asparna. in lingua chaldaica signat diligẽter siue festinãter aut studiose. Esdre.5. Et opus hoc diligenter struatur. Et in eo.6. Studiose sumptus dentur viris illis. Et in eo. Diligenter executi sunt.

אָסַר Ligare. Vincire. Cõstrigere Obligare. Jungere. אָסַר Asar. vincire. ligare. cõstringere. obligare Genẽ. 42. Frater vester vnus ligetur in carcere. Et in eo . Et ligans illis presentibus. Iudi.16. Vinxit eum latẽtibus apud se insidiis . Et in eodẽ saltẽ indica mihi quo ligari debeas. Et in eo. Quibus rursum dalila vinxit eũ. 4. Reg.13. Vinxitq̃ eum pharao nechao in rebla. Sigñat ẽt cõstringere siue obligare. vt Nu.30. Aut se cõstrinxerit iuramento . Et i eo. Et iuramentũ quo obligauit aiam suã. Itẽ sigñat iungere currum vel quadrigã aut plaustrum. q̃ est idem quod ligare. vt Genẽ. 47. Iuncto ioseph curru ascendit obuiã pri. & Exo.14. Iũxit ergo currũ & oẽm populũ suũ assumpsit secum. &.1.Reg.6. Et duas vaccas fetas quibus non est impositum iugum iungite in plaustro. Et quia currus & quadrige ligabantur ad preliandum: ideo aliquando significat disponere prelium: aut incipere prelium. vt.3.Reg. 20. Et ait quis incipiet preliari. & inde אָסִיר Asir. siue אָסוּר Asur idest vinctus vel ligatus. vt Iudi.15. Non te occidemus sed vinctum trademus. Hiere. 40. Quando tulit eum victum catenis in medio omnium. Et in plurali. אֲסוּרִים Asurim. siue אֲסִירִים Asirim. vt Genẽ.39. Tradiditq̃ ioseph in carcere vbi vincti regis custodiebantur. Et in eo . Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia erant. Ps. 67. Qui educit vinctos in fortitudine. Esa.14. Vinctis eiꝰ nõ aperuit carcerem. Zach.9. Tu quoq̃ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Significat etiam אֲסוּרִים Asurim. siue אֲסוּרֵי Asure ligaturas siue vincula. vt Iudi.15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. Eccl's.7. Vincula sunt manus eius. Et quandoq̃ deponit aleph. Eccl's.4. Quod de carcere catenisq̃ interdum quis egrediatur ad regnum. vbi ponitur הָסוּרִים Hasurim pro הָאֲסוּרִים Haasurim. inuenitur etiam אֲסֻרוֹת Asuroth. in feminina terminatione. vt . 2 . Reg. 3. Manus tue ligate non sunt. Et inde מֹסְרוֹת Moseroth. idest ligature siue vincula. vt Iob.39. Et vincula eius absoluit. Ps.106. Et vincula eorum dirupit. & Ps.105. Dirupisti vincula mea. Et inde carcer dicitur בֵּית הָאֲסוּרִים Beth haasurim. idest domus vinctorum. vt Iudic.16. Et clausum in carcere molere fecerunt. Et in eo. qui adductus de carcere ludebat ante eos. Et inde אֶסֶר Esar. idest vinculum. siue edictũ aut constitutio. Dañ.6. Locuti sunt regi super edicto.

Incipeſ p lium. Vincti. Vincti. Vincula. Carcer. Ligature. Vincula. Carcer. Edictũ.

אַע Lignum. Aa siue אָעָא Aaa. in lingua chaldaica significat lignũ. Esdre.5. Et ligna ponantur in parietibus.

אַף Quoq. Aph. etiam. quoq̃ . attamen. etenim . quantomagis. ira. naris. Leuit.26. Ego quoq̃ hec faciã vobis . Et in

Tamen. Etenim. Quãto magis.

eodem. Attamen etiã cum essent in terra hostili nõ penit⁹ abieci eos. Ps. 96. Etenim correxit orbẽ terre: qui nõ cõmouebitur. Iob. 4. Quantomagis hi qui habitant domos luteas. Et qñ preponitur ei lẽa he & dicitur. הַאַף Haaph. tunc est aduerbiũ interrogandi: vel dubitandi. pro quo in translatione nr̃a ponitur nunquid. vt Geñ. 18. Nũquid perdes iustũ cũ impio. Sed hebrei legunt: nunquid ẽt perdes iustũ cũ impio: & qñ iũgitur ei hec dictio. יְ chi. & dicitur אַף כִּי Aph chi. tunc significat. itaq;. siue quantomagis. vt Geñ. 3.

Nunquid.

Cur. Itaq;.

Cur precepit vobis deus vt nõ comederetis ex oĩ ligno paradisi. Pro quo aliqui hebrei legũt. Itaq; precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi. Translatio chaldaica trãstulit vere. & quesitiue. q.d. Es ne verũ quod precepit vobis deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi. Sed cõmuniter significat quãtomagis. vt. 3. Reg. 8. Quãtomagis dom⁹ hec quã edificaui tibi. & Iob. 25. Quã tomagis homo putredo & filius hominis vermis. Et in co. 9. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei. Pro quo hebrei legunt. Quantomagis vt ego respondeam ei. Prouer. 11. Si iustus in terra recipit: quantomagis impius & peccator. Item אַף Aph. idest ira vel furor. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. & Ps. 77. Et ira dei ascendit super eos. Ps. 94. Quia iuraui in ira mea si introibũt in requiem meã. & Ps. 137. Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã. Significat etiã faciem siue vultum: vt Geñ. 2. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Et in eo. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & in lingua chaldaica scribitur aliqñ cũ littera nũ in medio. Dañ. 2. Et cecidit in faciem suam. Significat etiam nares: vel nasum. vt Ps. 114. Nares habent & non odorabunt. Canti. 7. Nasus tuus sicut turris libani. Esa. 2. Quiescite vos ab homine cuius spirit⁹ in naribus eius est. & in plural. אַפַּיִם Apáim. i. furores: vel nares: aut facies. Et cũ premittitur ei dictio אֶרֶךְ érech. idest longus: & dicitur אֶרֶךְ אַפַּיִם érech apáym. interpretatur longanimis. i. tardus ad iram. vt Ps. 102. Longanimis & multũ misericors. Et aliqñ interpretatur patiẽs: vt Exo. 34. Patiens & multe miserationis ac verax. Et econtrario qñ premittitur ei קֵצֶר cesar. i. curtus: vel brevis: & dicitur קְצַר אַפַּיִם Cesar apáim. tunc significat iracundũ. i. brevis vel facilis ad iram. Prouer. 14. Impatiens operabitur stultitiam. & etiam dictio אַפַּיִם Apáim ponitur pro tristi vel tristitia. vt. 1. Reg. 1. Anne aũt dedit vnam partem tristis.

Ira. Furor.

Facies. Vultus.

Nares. Nasus.

Furores.

Longanimis

Patiens.

Impatiẽs Tristis.

אַף Circũdare

Aphaph. circũdare. vt Ps. 17. circũdederũt me funes mortis. & Ps. 39. Qm̃ circumdederunt me mala: quorum non est numerus.

אָפַד Aphad. cõstrĩgere. astrĩgere. cĩgere. Exo. 29. Q̃d cõstringes baltheo. & Leuit. 8. Quod astringens cingulo aptauit rationali. & inde dicitur אֵפוֹד Ephod. i. superhumerale. eo quod cõstringebatur cũ rationali. vt Exo. 28. facies aũt superhumerale. Et in eo. Et stringatur rationale a nulis suis cũ anulis suphumeralis vita hyacithina vt mane at iunctura fabricata: & a se inuicem rationale & suphumerale nequeant separari. Et aliqñ ponitur in translatiõe nr̃a. pro baltheo: vel cingulo. vt Leuit. 8. In locis supradictis. Significat ẽt vestimentũ siue ornamentũ quoddã sic nominatũ. vt. 2. Reg. 6. Porro dauid erat accinctus ephod lineo Et recipit in fine. he vel thau. & dicitur אַפֻּדָּה aphuda. siue אַפֻּדָּת aphudath. vt Exo. 28. Ipsa quoq; textura & cũcta operis varietas erat ex auro. & Esa. 30. Et vestimẽtũ cõflatilis auri tui. vbi ponitur p vestimẽto. & ide deriuatur אַדֶּרֶת Apadno. Dañ. 11. Et figet tabernaculũ suũ apedno ĩter duo maria. pro quo in hebreo est. Et figet tabernacula apedno inter duo maria. Et dicunt hebrei quod apedno significat ornamentum suum. & sic ipsi legunt: & figet tabernacula ornamenti sui inter duo maria.

Baltheus. Cingulum Ephod.

Textura. Vestimẽtũ

Apedno.

ornamẽtũ.

אָפָה Apha. coq̃re. vt Geñ. 19. Et coxit azyma: & comederunt. Exo. 12. Coxeruntq; farinã quã dudũ de egypto cõsperſam tulerant. Exo. 16. Coquite que coquẽda sunt. & cõiter accipitur pro coctione panis. Et inde אֹפֶה ophe. i. panificus siue pistor. vt Geñ. 40. Pincerna regis egypti & pistor. & in plurali. אֹפִים ophim. In eodem. Videns pistorum magister q; prudenter somniũ disoluisset. Hiere. 37. Et daretur ei tortaquottidie panis excepto pulmẽto. Pro q; he. le. Et daretur ei torta quottidie panis de vico pistorũ. & in ge. fe. אֹפוֹת ophoth. 1. Re. 8. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Et inde מַאֲפֶה Maaphe. i. coctura: siue coctũ. vt Leuit. 2. Cum aũt obtuleris sacrificiũ coctũ in clibano. & aliqñ scribitur sine aleph & cũ tau in principio & nũ in fine. vt Leuit. 6. Offeret aũt eã calidam. & sequitur in hebreo. Coctã oblationẽ minutatim diuisam. vbi ponitur תְּפִינֵי thuphine. in numero plu. quia secundum hebreos duplici coctione coquebatur. Itẽ אֵפֶה Epho siue אֵפוֹא Epho. i. vbi. de quo vide supra in dictiõe. אֵיפֹה Epho cum iod in medio dictionis.

Pistor. Pistores. Pistorea.

Coquere.

Vbi.

אֹפֶל Ophel. tenebrosũ: siue caliginosum. caligo. tenebre: aut serotinũ. Iob. 3. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Et ĩ eo. 23. Nec faciẽ meã opuit caligo. et Amos. 5. Et caligo & nõ splendor in ea. & qa caligo est cã timoris vel horroris ideo ponitur pro horrore: vt Iob. 10. vbi dicitur. Sed sempitern⁹ horror ĩhabitat. & recipit in fine. he. & dicitur. אֹפְלָה Aphela. Prouer. 7. In noctis tenebris & caligine. & Ioelis. 2. Dies tenebrarũ & caliginis. Et quandoq; recipit mem in principio. & dicitur. מָאֳפֶל Maaphel. vt Iosue. 24. Et posuit tenebras inter vos & egyptios. Significat etiam serotinũ eo quod diu oculatur sub terra & ẽ in tenebris. Exo. 9. Triticum & far non sunt lesa: quia serotina erant. vbi ponitur אָפִילוֹת Aphiloth. & Hiere. 2. Numquid solitudo factus sum israeli aut terra serotina. vbi ponitur מַאֲפֵלָיָה Maaphelia. tamen hebrei primam significationem sequentes legunt. aut terra tenebrosa vel caliginosa.

Caligo. Tenebre. turbo. Caligo.

Horror. Caligo.

Tenebre. Serotinã.

Serotina.

אֹפַן Ophan. siue אוֹפַן ophan. rota. Exo. 14. Et subuertit rotas curruũ. Et in hebreo est in numero singulari. s. subuertit rotã curruũ. Sed in hebreo aliqñ põitur singulare p plurali & ecõuerso. Esa. 28. nec rota plaustri sup cyminũ circuibit. Ezech. 1. Apparuit rota vna sup terrã. Et in eo. qua si sit rota i medio rote. Et in eo. 10. Et rotas istas vocauit volubiles audiẽte me. pro q; in hebreo ẽ rotã vocauit volubilẽ in auribꝰ meis. i. audiẽte me. & in plu. אוֹפַנִּים ophanim. i. rote. vt in eo. 1. Et aspectus rotarũ et opus earũ. Et in eo. Sp̃us emñ vite erat in rotis. Signãt ẽt tp̃s opportunũ vel congruum ad aliqd loquẽdũ vel operãdũ. vt Prou. 25. Mala aurea in lectis argenteis: q loqtur verbũ in tpe suo. vbi p eo quod in lẽa nr̃a est in tpe suo in hebreo ponitur. אוֹפַנָּיו Ophnau. Et in ista significatione solum inuenitur in loco predicto.

Rota.

Rote.

Opportunum.

אָפַס Aphes. deficere. finiri: comsumari. complere. Geñ. 47. Quare morimur corã te deficiente pecunia. Et in eo. Si preciũ nõ habetis. Pro quo in hebreo est. Si defecit argentũ vel pecunia. Esa. 16. Finitus est puluis. Psal. 76. aut in finẽ misericordiã suã abscindet. Pro q; btũs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. ergo ne compleuit vsq; in finem misericordiam eius. & inde. אֶפֶס ephes. idest defectus. terminus. finis. nihilum. non. sed. veruntamen. Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Esa. 5. Agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci. Amos. 6. Et respondebit finis est. Et in plurali.

Deficere. Finiri.

Cõplere.

Defectus. Terminus Fin i.

אַפְסֵי Terminí. Fines.

אֶפֶס Nihilum. Non.

Absq; vlla Causa.

Sed. Cauc ne. Verũtamẽ

אַפְסַיִם Cali.

אֶפֶס Id qđ non est.

אֶפְעֶה Vipera.

אָפַק Continere Cohibere.

necessitate compelli. Cõfortari. Dissimulare.

אָפִיק Torrens.

אֲפִיקִים Torrẽtes. Riui.

Fontes.

Rupes.

Fontes.

Fistule.

אֵפֶר Cinis.

Pulis.

אֵפֹד Velamen.

אַפִּרְיֹן Ferculum

אוֹפִיר

אַפְסֵי Aphse.ideſt terminí vel fines.vt.Ps.2.Et poſſeſſionẽ tuam terminos terre.Et p̃s.66.Et metuant eum omnes fines terre.Item אֶפֶס éphes.ideſt non ſiue nihilum.vt Eſa. 40. Quaſi nihilum & inane reputate ſunt eí. Et in eodẽ. 45.Quoniam abſq; me non eſt deus.& in eo. & nõ eſt deus abſq; me.& in eo.47.Et non eſt preter me alius . Et in eo.52.Ecce accola veniet qui non erat mecum.et in eo.Et aſſur abſq; vlla cauſa calũniatus eſt eum. pro quo hebrei legunt.Et aſſur pro nihilo calũniatus eſt eum:quod eſt idem ſenſus.Item ſignificat.ſed.verũtamen.caue ne.vt Nu.13. Sed cultores fortiſſimos habet.Et in eo.22.Caue ne aliud quam precepero tibi loquaris.3.Reg.12. Verũtamen quia blaſphemare feciſti inimicos nomen domini.Et quia vt ſupra dictum eſt : ſignificat terminum vel finem alicuius rei: Et talus eſt terminus vel finis corporis humani : inde dicitur.אַפַּיִם Aphſaim.ideſt tali . vt Ezech.47.Et traduxit me per aquam vſq; ad talos.

אֶפֶס Apaa.Nihil ſiue id quod nõ eſt.vt Eſa. 41. Ecce vos eſtis ex nihilo:& opus veſtrum ex eo quod non eſt.et ſolum iuuenitur in predicto loco.Et cum ſcribitur cum littera he in fine & dicitur.אֶפְעֶה Epheh . tunc ſignificat vipe ram.vt Iob. 20. Et occidet eum vipere lingua .et Eſa.30. Vipera & regulus volans.

אָפַק Aphac.continere ſe.vel cohibere.Confortari.Geñ . 43.Rurſumq; lota facie egreſſus continuit ſe. Et in eo.45.Nõ ſe poterat vltra cohibere ioſeph.& Eſa.63.Multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarũ ſuper me continuerunt ſe.Et in eodẽ. 64. Nunquíd ſuper iis contínebis te domine.1. Reg. 13. Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum domino.pro quo hebrei legunt. Et conforta tus ſum & obtuli holocauſtum domino . Eſter.5. Et diſſimulata ira reuerſus in domum ſuam.Inde. אָפִיק Aphic.í. fortis decurſus.fluctus.torrens.riuus.fons.Iob.6.ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus. & in plura.אֲפִיקִים Aphicim.Ps.125.Sicut torrens in auſtro . quod in hebreo legitur in plurali ſcilícet ſicut torrẽtes vel riuuli in auſtro . et Eſa.8.Et aſcendet ſuper omnes riuos eius.& Ezech .35. Atq; in torrentíbus interfecti gladio cadent.Ioel.3.Et ſup omnes riuos iuda ibunt aque. Item ponitur pro fontibus. Ps.17.Et apparuerũt fontes aquarum.Et p̃s.41. Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum . Item ponitur pro rupibus.ut Ezech.6.Hec dicit dominus deus montibus & collí bus rupibus & vallibus.Et in eo.51.Et in vniuerſis rupíbꝰ terre.Tamẽ hebrei in hiis duobus locís pro rupibus legũt rupturís terre:vbi torrentes vel riui decurrunt . Accipitur etiam pro fortibus.vt Iob.12.vbi nos habemus & eos qui oppreſſi ſunt releuat:ibi hebrei legũt:& cingulũ fortiũ díſ ſoluit. Item ponitur pro fiſtulis eris vel ferri:eo quod ſunt fortiſſime.Iob.4.Oſſa eius velut fiſtule eris.

אֵפֶר Epher.cinis.fauilla.vtGeñ.18.Cũ ſim puluis & cinis Ps.101.Quia cinerem tanq̃ panem manducabã.Iob 42.Et ago penitentiã in fauilla & cinere . Ponitur ẽt pro puluere. vt.3. Re.20.Et mutauit aſperſione pulueris os & oculos ſuos.& in eo. At ille ſtatim abſterſit pulueren de facie ſua.Sed in iſtis duobus locis predictis pro puluere in hebreo habetur.אֵפֶר Apher.& dicũt hebrei quod ſignãt velamen ſiue tegumẽtũ. Et ſic legunt . Et mutauit ſe velamine ſiue tegumẽto ſup oculos ſuos. Et i eo. At ille abſtulit velamen ſiue tegumentum ab oculis ſuis.Et ſecundum hebreos inde deriuatur.אַפִּרְיֹן Apirion.í.tabernaculum vel lectí ca cortínis velata. Pro quo in nra trãſlatione ponitur ferculũ.Canti.3.Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignís líbani.Item. אוֹפִיר Ophir.filius fuit Iectan.vt habetur Geñ. 10.Is ſortitus eſt terram ditiſſimã in india vbi multum aurũ inuenitur & ab eo illa terra nomen accepit:et vocata eſt. אוֹפִיר Ophir.vt. 3.Reg. 9. Qui cũ veniſſent in ophir ſumptum inde aurum quadringentorũ viginti talẽtorũ detulerũt ad regẽ ſalomonẽ.Iob.28.Nõ comparabitur tinctis in die coloribus . ubi pro india ponitur ophir . Et ẽt ponitur p auro obrizo.vt Eſa.13. Precioſior erit vir auro & homo mundo obrizo.Et Iob.22.Et pro ſilice torrentes aureos.

אַפְתֹּם Apethos.in lingua chaldaica ſignificat preceptũ ſiue ſtatutũ.Eſd.4. Et vſq; ad reges hec noxa pueniet. pro quo he.le. Et precepto vel ſtatutis regũ nocet. & ſolum inuenitur in predicto loco.

אַץ As. inſtanter hortarí . cogere. feſtinare . De quo vide ſupra in dictione אוץ Os.

אֶצְבַּע Eſbaa.digitus . de quo vide infra in dictione צְבַע Scbaa.

אָצַל Aſal.Reſeruare.vl̃ ſeparare.auferre.dimittere.Geñ. 27.Nunquíd nõ reſeruaſti & mihi bñdictionẽ. Nu. 11.Et auferam de ſpiritu tuo tradãq; eis. Et in eo . Auferẽs de ſpíritu qui erat in moyſe:& dans ſeptuagíta víris.Eccl's. 2.Et oía que deſiderauerũt oculi mei nõ negaui eis . Pro q̃ hebrei legunt.Et oía que deſiderauerũt oculí mei non ſeparauí vel nõ abſtuli ab eis.Ezech .42. Propterea eminebant de inferioribus & de mediis a terra . vbi pro eo quod in lra nra eſt eminebant in hebreo habetur . נֶאֱצָל Neeſal. quod eſt verbũ paſſiuũ prime cõiugatiõis . Pro quo he.le. ꝓpterea ſeparabatur vel ſeparatũ erat de inferioribus . Et inde אֲצִילָה Aſila.i.diſtantia ſiue ſpatiũ.vt Ezech.41.Sex cubitorũ ſpacio.Et inde.אֲצִילִי Aſile.i.ſeparati.vel lõginqui:aut qui ꝓcul receſſerũt.Exo.24. Nec ſup eos q̃ procul receſſerãt de filiis iſrael miſit manũ ſuã.et Eſa.41. Et a longinquis eius vocaui te.Tamen hebrei dicũt q̃ in iſtis duobus locis predictis ponitur pro prĩcipibus vel magnatibꝰ: eo qđ ſunt diuiſi & ſeparatí a reliquo vulgo. Itẽ אָצֶל éſel.i. Prope.iuxta.apud.Geñ.39.Et ille recuſabat ſtuprũ.Pro q̃ in hebreo ſic habetur. Et non exaudiebat eã : vt concũberet iuxta eã velapud eã:et vt eſſet cũ ea . ſed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſũ. & Leuit.6. Et pones iuxta altare. et Ezech.40.Et limẽ porte iuxta veſtibulũ porte intrinſecus calamo.vno inde אֲצִילוֹת Aſiloth.i.cubiti . Hiere .38. Sub cubito manuũ tuarum.Pro quo in hebreo eſt ſub cubitis manuum tuarũ.Ezech.13.Ve qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus.Et etiam in hoc loco in hebreo eſt in nu.plu.ſ.ſub oĩbus cubitis manus.Nam hec dictio אֲצִילוֹת Aſiloth non inuenitur in hebreo in numero ſingulari in iſto ſignificato. Et dicũt hebrei ק ſignãt partẽ brachii ab humero vſq; ad cubitũ.Nã alias cubit אַמָּה Amma dicitur.

אָצַר Aſar.recondere.reponere.theſaurizare . vt.4.Reg. 20.Auferẽtur oía que ſunt in domo tua: & que condíderũt pẽs tui.et Eſa.23.Nõ condentur neq; reponẽtur. & Amos.3. Theſaurizãtes iniquitates & rapinas in edíbꝰ ſuis.Et inde.אוֹצָר Oſar.í.theſaurus vel cellariũ . vt Deut. 28.Aperiet tibi dominus theſaurum ſuum optimũ cellũ. & Nee.10.ad gazophylacíũ in domo theſauri. & Hiere.38 Ingreſſus eſt domũ regis que erat ſub cellario.& in plurali אוֹצָרוֹת Oſroth .ſecundũ terminationẽ femininorũ.í. theſauri:vel cellaria:aut celle.vt Ps.134. Qui producit vẽtos de theſauris ſuis.et.1.Paralip.27.Super cellis autem vinariis zabdias Aphonites.

אַקּוֹ Aco. Genus aĩalis ſilueſtrís.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit tragelaphum.vt Deut.14.Bubalũ.tragelaphum.pygargum.Et ſolum inuenitur in predicto loco.Et dícunt hebrei ק ſignificat hircum ſilueſtrem.

Ophir. Indie. Obrizũ. Aurum. אַפְתֹּם Preceptũ Statutum אַץ Cogere. אֲצַבַּע Digitus. אָצַל Reſeruare Auferre. Regare. Eminere. נֶאֱצָל Separare. אֲצִילָה Spacium. אֲצִילִי qui procul receſſerunt Lõginqui. אֶצֶל Juxta. אֲצִילוֹת Cubiti. Condere. Theſaurizare. אוֹצָר Theſaurus Celarium. אוֹצָרוֹת Theſauri. Celle. אַקּוֹ Tragelaphus.

אָרַר maledicere

אָרַר Arar.maledicere.execrare.Geñ.5.In terra cuí male dixit dñs.&in eo.27 Qui maledixerit tibi sit ille maledict?.Iob.3.Qui maledicūt diei.Et aliqñ scribitur cū simplici res.vt Nu.22.Veni igitur & maledic pplo.et in eodē. Et maledictus in quē maledicta cōgesseris.et Iudi.5.Maledicite terre meroz.Malach.2.Et maledicā benedictionib? vestris:et maledicā illis. Et inde אָרוּר Arur.i. maledictus. vt Geñ.3.Maledictus eris inter oīa animātia. Et in eo.49. Maledictus furor eorū quia pertinax.Hiere.17. Maledict? homo qui cōfidit in hoīe.et in plurali.אֲרוּרִים Arurim.siue מְאֲרִים Mearerim.i.maledicti siue maledicētes. vt Nu.5. Ingrediētur aque maledicte in ventrem tuū. et.1.Reg.26. Maledicti sunt in cōspectu dñi.Et inde מְאֵרָה Meera.i.maledictio.pro q̄ trāslatio nr̄a egestatē siue penuriā traduxit, vt Prouer.3.Egestas a dño in domo ipii.et Malach.3.Et in penuria vos maledicti estis. Significat ēt supradicta dictio cū simplici res Collígere.vel.decerpere fructus.de quo vide infra in dictione אָרָה Ara.

אָרוּר Maledict?

אֲרוּרִים מְאֲרִים Maledicti

מְאֵרָה Egestas Penuria. Colligere

אֲרְאֵלִם Elidtes.

אֲרְאֵלִם Erelam.videntes.Esa.33.Ecce vidētes clamabūt foras.hebrei tamē dicūt q̄d אֲרִיאֵלִם Erelam est nomen cuiusdam hierarchie angelorum . et sic legunt . Ecce angeli eorum clamabunt foras . Beatus vero hieronymus in suis explanationibus sup hoc loco sic ait. Verbū hebraicū arelā p quo aquila symmachus & theodotio interpretati sunt apparebo eis:extremā syllabam diuidētes & legētes Are lam: hebrei significare āgelos arbitrātur:& esse prophetiā:post vocationē gentiū & diuitias ecclesie de subuersiōe templi quod flebāt angeli nequaq̄ intus habitātes sed exeuntes foras.hec hieronymus.

אָרַב Insidiari.

אָרַב Arab.insidiari.Deut.19.Siquis aūt odio habens proximū insidiatus fuerit vite eius. Ps.10.Insidiatur in abscōdito quasi leo in spelūca sua.Prouer.1. Si dixerint veni nobiscū insidiemur sanguini.Et in eodē.12.Verba ipiorum insidiātur sanguini.Et scribitur aliquādo sine aleph. vt.1.Reg.15.Vbi dicitur. Et tetendit insidias in torrente. Vbi ponitur וַיֵּרֶב Vaiareb.pro וַיְאָרֶב Vaiaareb. inde אָרֵב Oreb.i.insidians.siue insidie.Ios.8. Pone insidias vrbi.Et in eodē.Consurgetis de insidiis & vastabitis ciuitatē.& recipit in fine mem.& dicitur מַאֲרָב Maarab. Ps.10.Sedet in insidiis cū diuitibus.& inde אֹרֶב áreb.i.latibulū vnde prospicientes insidiātur.Iob.37.Ingredietur bestia latibulum suū. et inde אֲרֻבּוֹת Aruboth.i.cataracte siue fenestre ex quibus aliqñ insidiatur.Geñ.7.Et cataracte celi apte sunt.Esa. 60. Et quasi colūbe ad fenestras suas. Accipitur etiā pro fumario quod est foramē siue fenestra quedā.vt Osee.13. Et sicut fum? de fumario.vbi pōitur אֲרֻבָּה Arubba in nūero singulari.Itē אֲרֻבּוֹת Arubboth.ponitur pro allisione.Esa. 25.Et humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Tamen hebrei primā significationē sequētes legūt.Et hūiliabit gloriā eius cū insidiis manuū eius.Itē אַרְבֶּה Arbbe.locusta.Exo.10. Ecce ego inducā cras locustam in fines tuos. Et in eodē. Ventus vrens leuauit locustas.

וַיֵּרֶב Pro.

וַיְאָרֶב אָרֵב Insidie

מַאֲרָב Insidie.

אֹרֶב Latibuli.

אֲרֻבּוֹת Cataracte. Fenestre. Fumarij.

אַרְבֶּה אֲרֻבּוֹת Allisio. Insidie

אַרְבֶּה Locusta.

אַרְבַּע אַרְבָּעָה Quattuor.

אַרְבַּע Arbaa.siue אַרְבָּעָה Arbaa.quattuor.vt Geñ.2.Qui inde diuiditur in q̄ttuor capita. Prouer.30. Quattuor sunt minima terre.Esa.11.A quattuor plagis terre.

אָרַג Texere. Plectere.

אָרַג Arag.texere.plectere.Exo.35.Et texant oīa.Iudi.16 Si iquit septem crines capitis cū licio plexueris.Esa. 59. Et telas aranee texuerunt.& inde אֹרֶג E'reg.siue אָרֶג áreg.i.tela.siue textura.Iudi.16.Extraxit clauū cū crinibus et licio.pro quo hebrei legūt.Extraxit clauū cū tela & licio. Iob.7.Dies mei velocius transierūt q̄ a texente tela succiditur.Et inde. אֹרֵג Oreg.i.textor siue texens. Esa.38.Prescissa est velut a texēte vita mea.Et in pſali אֹרְגִים órguim.

אֹרֶג אָרֶג Tela.

אֹרֵג Texens

אֹרְגִים Texentes

1.Reg.17.Hastile aūt haste eius erat quasi liciatoriū texentium. Esa.19.Et texentes subtilia. & in genere femínino. אֹרְגוֹת Orgoth . 4. Reg . 25 . Pro quibus mulieres texebant quasi domūculas luci.

אַרְגְּוָן Purpura.

אַרְגְּוָן Argueuan in lingua chaldaica significat purpurā. Dañ.5.Purpura vestietur.

אַרְגָּז Area vel capsella.

אַרְגָּז Argaz.Arcula.i.arca paruula.vel capsella.1. Reg.6. Ponetis capsellam ad latus eius.

אַרְגָּמָן Purpura. purpureū.

אַרְגָּמָן Argaman.purpura siue purpureū. Exo.25. Hyacinthum & purpuram cocūq̄ bis tinctum. Canti. 3.Accensum purpureum.

אָרָה Metere. Decerpere Colligere. videmiare. maledicere.

אָרָה Ara.Colligere.decerpere.metere.maledicere.vt Cāti.5. Messui myrrhā meā cum aromatibus meis. Pro quo hebrei legūt.Decerpsi vel collegi myrrhā meā.Ps.79. Vindemiāt eam omnes qui pretergrediūtur viam.pro quo hebrei legūt.colligūt vel decerpunt.ponitur etiā pro maledicere.vt Nu.22. Veni igitur & maledic populo qui fortior me est. Et de hoc vide supra in dictione אָרַר Arar.& inde. אֲרִי Arí siue אֲרֵיָה Arie.i.leo.de q̄ vide infra post dictionē אֲרַח Arach.vide ēt ibi de dictiōe אֲרִיאֵל Ariel.et inde אֲרֻבּוֹת Vruoth.i.p̄sepia.3.Reg.4.Et hēbat salomō q̄draginta milia presepia equorū.2.Parał.32.Et presepia oīm iumētorū.

אֲרִי Leo.

אֲרִיֵה Leo.

אֲרִיאֵל

אֲרֻבּוֹת Presepia.

אָרוּ Ecce.

אָרוּ Aru.in lingua chaldaica significat ecce: siue en. Dañ. 7.Et ecce quattuor venti celi pugnabant in mari magno.Et in eodē.Et ecce bestia quarta terribilis.

אֶרֶז Cedrus.

אֶרֶז E'rez.cedrus.vt.3. Reg.4. Et disputauit sup lignis a cedro que est in libano vsq̄ ad hyssopū que egreditur de pariete. Ps.91.Sicut cedrus libani multiplicabitur. Et in plurali אֲרָזִים Arazim.vt Ps.148.Lingna fructifera et oēs cedri.Scribitur etiā cū puncto surech in secūda syllaba:et dicitur אַרְזִים Aruzim.Ezech.27.Cedros quoq̄ habebant in negociationibus tuis.Et inde אַרְזָה Arza.quod secundū hebreos significat cōtignationē domorū ex lignis cedrinis factā.Soph.2.Vbi nos habemus qm̄ attenuabo robur eius.hebrei legūt.Quoniā cōtignatio nudata est: siue dissipata est.potest etiā deriuari a verbo רָזָה Raza.quod significat attenuare sicut est in littera nostra.Et tūc illa littera aleph que ponitur in principio dictonis erit prime persone futuri indicatiui .

אֲרָזִים Cedri.

אַרְזִים Cedri.

אַרְזָה Attenuare cōtignatio

אָרַח Gradiri. Semita Iter. Via. Cōsuetudo

אָרַח Arach.itinerare.ire.gradiri.vt Iob.34. Qui graditur cū operātib? iniquitatē.inde אֹרַח órach.i.semita via.iter.cōsuetudo.Geñ.49.Ceraste in semita.Iob.16. Et semitā p quā nō reuertar.Ps.26 Et dirige me i semitā rectā. Ps.138.Semitā meā & funiculū meū inuestigasti.Proue.2. Qui derelinquūt iter rectū.Et in eodē.15. Doctrina mala deserentiū viam Et in eodē. Via iustorū absq̄ offendiculo. Acipitur etiā pro cōsuetudine. Geñ.18. Desierant fare fieri muliebria.pro quo in hebreo est. desierat fare fieri concōsuedo mulierum·Et in plurali אֹרְחוֹת Orchoth.i.semite. vie.calles.Iudi.5.Quieuerūt semite & qui ingrediebantur per eas ambulauerūt per calles deuios.& inde אֹרֵחַ Oréach idest viator.vt Hiere.15.Et quasi viator declinās ad manēdum.Et in plurali אוֹרְחִים orchim.vt in eo.9. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum . Et inde אֹרְחָת Orchath.i.comitatus viatorū. Geñ.37. Viderunt ismaelitas viatores venire de galaad.Et inde. אֲרוּחָה Arucha.idest annona siue viaticum vel cibarium quod datur per singulos dies.vt.4.Reg.vltimo. Annonam quoq̄ constituit ei sine intermissione : que dabatur ei a rege per singulos dies.Hiere.vltimo . Et cibaria eius cibaria perpetua dabātur ei a rege babylonis statuta p singulos dies.Prouer.15.Melius est vocari ad olera cum charitate: q̄ ad vitulum saginatum cum odio.Pro quo hebrei legūt.melius est cibariū si-

אֹרֵחַ Viator.

אוֹרְחִים Viatores.

אֹרְחָת Viatores

אֲרוּחָה Annona. Cibaria.

Cōtemnere. Despicere Predari. Diripere. בוז Buz. siue בז Boz. Contemnere. despicere. depredari. diripere. Prouer. 23. Quia despicient doctrinā eloquii tui. Et in eodē. Ne contēnas cū senuerit mater tua. Cāti. 8. Quasi nihilum despicient eū. Pro quo in hebreo habetur. Despectione despicient eum. Esa. 24. Et depredatione predabitur. & in eodem. 10. Vt auferat spolia & diripiat predā Item בז Buz. pōitur pro nomine. & significat contēptum

בז
Cōtemptū Despectio siue despectum. Iob. 12. Lampas cōtempta apud cogitationes diuitum. & in eodē. 31. Et despectio propinquorum terruit me. Ps. 50. In superbia & in abusione. Pro quo heb. legunt. In superbia & in despectione. & aliq̄n̄ scribitur sine vau in medio: & etiam q̄nq; duplicatur vltima littera zain & multa alia deriuantur ab eo: de quo vide infra in dictiōe.

בוז
בזז
בוך Bazaz. & in dictione בזה Baza.

בוך Buch. Cōfusum siue deuiū esse. oberrare. Coarctari. flere. Ingemere. & scribitur per additionem nun in principio. & dicitur נְבוך Nabuch. Exo. 14. Coarctati sunt in terra. i. confusi vel oberrantes sunt in terra. Hester. 3. Et cunctis iudeis qui in vrbe erant flentib⁹. Pro quo hebrei legūt. Et ciuitas susa flebat siue confusa erat. & Ioel. 1. Mugierūt greges armenti. Et aliq̄n̄ scribitur sine vau in medio dictionis. & inde מְבוכָה Mebucha. Pro quo trāslatio nostra habet fletum. Esa. 22. Dies enim interfectionis & conculcationis & fletus dn̄o deo exercituum in valle visionis.

נְבוך
Coarctare Flere. Mugire.

מְבוכָה
Fletus.

בול
Herba. Truncus. בול Bul. Germē. Herba. Truncus. s. ligneus. Iob. 40. Huic montes herbas ferunt. Esa. 44. Ante truncū ligni p-cidam. significat enim quidquid terra producit: modo sint herbe: modo arbores vel ligna. vnde proprie interpretatur

Germen. germē. & scribitur aliquando cum Iod in principio & dicitur יְבול Iebul. i. Germē. siue fructus. Leuit. 26. Et terra gignet germē suum. Ps. 66. Terra dedit fructum suum. Abac. 2. Et non erit germen in vineis. Et etiā de hoc vide infra in

יְבול
Germen. Fructus. dictiōe יבל Iabal. Et q̄n̄ scribitur cum littera mem in principio & dicitur מָבול Mabul: tunc significat diluuium. Gen̄. 6. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram. Et in eodem. 7. Propter aquas diluuii. Et quia mensis octobris abū

מָבול
Diluuium dat imbribus: ideo appellatur in hebreo. בול Bul. 3. Reg. 6. Et in anno vndecimo mense bul ipse est mensis octauus perfecta est domus.

בול
Bul.

בון Bun. Intelligere. Docere. de quo vide infra in dictione. בִּין Bin.

בון

בוס
Cōculcare Calcare. בוס Bus. cōculcare. calcare. diripere. Ps. 59. Et ipse ad nihilū deducet tribulātes nos. Pro quo btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et ipse conculcabit hostes nostros. Prouer. 27. Anima saturata calcabit fauum. Et esa. 14. Et in montibus meis conculcem eū. Zach. 10. Et erunt quasi conculcantes lutum. Et aliquādo duplicatur vltima littera samach. Esa. 65. Hostes nostri cōculcauerunt sanctificationem tuam. & Hiere. 12. Conculcauerunt partem meam. Ezech. 16. & vidi te conculcatam in sanguine tuo. & inde מְבוסָה Mebusa. idest conculcatio. siue conculcata. Esa. 18. Ad gentem expectantem & conculcatam. Et in eodem. 22. Dies enim interfectionis & conculcationis & fletus domino deo exercituum in valle visiōis. Et inde מוּבָס Mubas. idest conculcatum. Pro quo trāslatio nostra habet putridum. Esa. 14. Quasi cadauer putridum non habebis consortium cum eis in sepultura. Et aliquādo scribitur cum thau in principio & dicitur תְּבוסָה Thebusa. i. Conculcatio vel cōtemptio. 2. Paralip. 22. voluntatis quippe fuit dei aduersus ochoziā. Pro quo hebrei legunt. A deo em̄ fuit cōculcatio vel comtemptio ochozie. Nā Iehu cōptē sit eum & iussit iis qui sequebantur eum vt percuterent etiam ipsum ochoziam: quamuis erat rex Iuda. vt habetur. 4. Regum. 9. Et aliquando scribitur cum littera sin loco samach & significat diripere. Amos. 5. Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem & predam electam tollebatis ab eo. vbi ponitur בּוּשַׁכֶם Bosaschē pro בּוּסַכֶם Bosaschē: Secundum aliquos hebreos. Alii vero dicunt quod ei⁹ primitiuum est בָּשַׁס Basas. de quo infra in suo loco dicetur.

בוס
Cōculcare Calcare.

מְבוסָה
Cōculcata. cōculcatio

מוּבָס
Putridus

תְּבוסָה
cōculcatio Contēptio

בוּשַׁכֶם
בּוּסַכֶם
בָּשַׁס
Diripere.

בוץ
Byssus. Sericum. בוץ Bus. linum vel byssus. aut sericum. Hester. 1. sustentata funibus byssinis atq; purpureis. Et in eodem. 8. Et amictus serico pallio. In lingua vero syra communiter ponitur pro lino.

בוק
Dissipari. Dissipare. בוק Boc. dissipare. deuastare. euacuare. disrumpere. Esa. 24. Dissipatione dissipabitur terra. Hiere. 9. Et dissipabo cōsiliū Iuda & Hierusalem. Naū. 2. Dissipata est & scissa & dilacerata. Vbi p dissipata pōitur בּוקָה Buca. & p scissa pōitur מְבוקָה Mebuca: q̄d a supradicta dictione deriuatur

per additionem mem in principio. et aliquando geminatur vltima littera coph. et dicitur. בוקק Bochec. vt Esa. 24. ecce dominus dissipabit terram. et de hoc vide infra in dictione בקק Bacac. et aliquando scribitur sine vau in medio et cum littera nun in principio que denotat verbum passiuum prime coniugationis. Esa. 19. et disrumpetur spiritus egypti in visceribus eius.

בוקק Dissipare.

בור Cisterna. Lacus. Carcer. בורות Cisterne.

בור Bor. cisterna. lacus. carcer. Gen. 37. Miserunt eum in cisternam veterem. Et in eodem. Extrahētes eum de cisterna vendiderunt eum ismaelitis. Exo. 21. Si quis aperuerit & foderit cisternam. & Ps. 27. assimilabor descendentibus in lacum. Ps. 39. Et eduxit me de lacu miserie. Esa. 38. Non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Et in eodem. 51. Et ad cauernam laci de qua precisi estis. Thren. 2. Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo. Item ponitur pro carcere eo q̄ est similis cisterne vel lacui. Gen. 41. Protinus ad regis imperium eductum de carcere ioseph totonderunt. & in plurali בורות Boroth. vt Deut. 6. Cisternas quas non fodisti. & Hiere. 2. Et foderunt sibi cisternas dissipatas.

בוש erubescere. Moram facere. Cōfūdere.

בוש Bos. Erubescere. confundere. tardare siue moram facere. Iudi. 3. Expectantes diu donec erubescerent. &. 4. Reg. 2. Coegerunt eum donec acquiescceret. Pro quo hebrei legunt. Coegerunt eum donec erubesceret. siue donec moram faceret. Ps. 22. In te sperauerunt & non sunt confusi. Ps. 30. Erubescant impii & deducantur in infernum. Ps. 69. Confundantur & reuereantur qui querunt animam meam. Ps. 70. Cum confusi fuerint & reueriti qui querunt animam meam. Esa. 25. Erubesce sidon. Et aliquando scribitur sine vau in medio dictionis: vel loco eius ponitur iod scilicet quando est verbum tertie coniugationis. 2. Reg. 19. Confudisti hodie vultum omnium seruorum tuorum. Esdre. 8. Erubui enim petere a rege pedites & equites. Et in eodem. 9. Confundor & erubesco leuare faciem meam ad te. Ps. 15. Consilium inopis confudistis. Ps. 43. Et odientes nos confudisti. Ps. 52. Cōfusi sunt quoniam deus spreuit eos. pro quo hebrei legunt. Confudisti. siue confundere feciſti. scilicet illos. Hiere. 48. Quoniam vastata est & confusa. & in eodem. confusa est fortis & tremuit. & inde מבישׁ Mebis. idest confusionem faciens: siue ignominiosus. Prouer. 19. Qui affligit patrem & fugat matrem ignominiosus erit & infelix. Et in genere femenino. מבישׁה Mebisa. Prouer. 10. Et putredo in ossibus eius que confusione res dignas gerit. idest que confusionem facit. Et inde בושׁה Busa. idest confusio. verecundia. obprobriū. vt. Ps. 88. Perfudisti eum confusione. Et idem significat בשׁת Boseth. 1. Reg. 20. In confusionem tuam & in confusionem ignominiose matris tue. & Ps. 130. Inimicos eius induam confusione. Hiere. 5. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra. vbi secundum hebreos confusio accipitur pro idolo. Et quandoq; recipit nun in secunda syllaba. & dicitur בשׁנה Bosna. idest confusio. verecundia. Osee. 10. Confusio ephraim capiet. Inde מבושׁי Mebusi: quod significat membra verenda. Deut. 25 Et aprehenderit verenda eius. Et quandoq; duplicatur littera sin: & significat erubescere siue morari aut moram facere. Gen. 2. Erat autem vterq; nudus adam scilicet & vxor eius: et non erubescebant. Exo. 32. Videns populus q̄ moram faceret moyses. Iudic. 5. Cur moratur regredi currus eius.

מבישׁ Ignominiosus.

מבישׁה Cōfusionē faciēs.

בושׁה Confusio.

בשׁת Confusio.

בשׁנה Confusio.

מבושׁי Verenda.

Erubescere. Moram facere. Morari.

בז

בזה

בז Baz. contemnere. despicere. depredari. De quo vide in dictione sequenti & infra in dictione בזה baza.

בזז Bazaz. depredari. siue depopulari. predari. diripere. Nume. 31. Quidquid habere potuerunt depopulati sunt Deut. 2. Abq; iumentis que in partem venere predantium Iosue. 8. Iumenta autem & predam ciuitatis diuiserunt sibi filii israel. Pro quo hebrei legunt. Iumenta autem & predam ciuitatis depredati sunt sibi filii israel. Hiere. 30. Cunctosq; predatores tuos dabo in predam. Et in eodem. 50. Gladius ad thesauros eius qui diripientur. Ezech. 39. Et depredabuntur eos quibus prede fuerunt. Et aliquando scribitur cum simplici zain. Esa. 8. Festina predari. Et in eodem. 10. Et pupillos diriperent. & in eodem. 11. Simul predabuntur filios orientis Soph. 2. Reliquie populi mei diripient eos. Et de hoc vide supra in dictione. בז Boz. & inde בז Baz. siue בזה Biza. idest preda. depredatio. direptio. Nu. 14. Paruulos vestros de quibus dixistis quod prede hostibus forent. Hester. 9. Predas de substantiis eorum agere noluerunt Esa. 10. Vt auferat spolia & diripiat predā.

בזא Diripere. בזה Cōtēpnere

בזא Baza. Diripere siue dissipare. Esa. 18. Diripuerūt flumina terram eius.

בזה Baza. contemnere. despicere. spernere. paruipendere. detrahere. Vilipendere. diripere siue depredari. Nu. 15. Verbum enim domini contempsit. 1. Reg. 2. Qui autem contemnunt me erunt ignobiles. 2. Reg. 12. Quare cōtempsisti verbū domini. Ps. 16. Ad nihilum deductus ē in conspectu eius malignus. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Despicitur oculis eius improbus. Prouer. 1. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciūt. Esa. 37. Despexit te & subsannauit virgo filia sion. Ps. 21. Quoniam non spreuit nec despexit deprecationem pauperum. Ester. 1. Paruipendent imperia maritorum. Scribitur etiam aliquando בז Baz. sine he in fine. Prouer. 13. Qui detrahit alicui rei ipse se in futurum obligat. & Zach. 4. Quis enim despexit dies paruos. & in de. נבזה Nibze. idest contemptus siue despectus. ps. 118. A dolescentulus sum ego & contemptus. Esa. 53. Desideraui mus eum despectum & nouissimum virorum. & in plurali נבזים Nibzim. Malach. 2. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles. Et aliquando recipit nun & mem in principio. Et dicitur. נמבזה Nemibza. idest despectum aut vile 1. Reg. 15. Quidquid autem vile fuit & reprobum demoliti sunt. Et inde בזוי Bazui. idest contemptus vel direptus. Esa. 42. Ipse autem populus direptus & vastatus. & in genere femenino בזויה Bezuia. Eccls. 9. Sapientia pauperis contempta est. & inde בוז Buz. idest contemptio vel despectio. vt Iob. 31. Et despectio propinquorum terruit me. & de hoc vide supra in dictione בוז Buz. & inde בזיון Bizaion idest contemptio siue despectio. Ester. 1. Vnde regis iusta est indignatio. Pro quo in hebreo est. & iuxta abundantiam contemptionis vel despectionis: et indignatio. scilicet est. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum e sensu non verbum ex verbo: sicut et in pluribus aliis locis sacre scripture: et maxime in libro Hester.

בזק Fulgur.

בזר Dissipare. Dispergere.

בזק Bazac. Fulgur. corruscatio. Ezech. 1. et animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris corruscantis. est etiam nomen propriū loci. Iudic. 1. et inuenerunt Adonibezech. in bezech. 1. Reg. 2. et recensuit eos in bezech

בזר Bazar. Diuidere. dispergere. dissipare. Ps. 67. Dissipa gentes que bella volunt. pro quo hebrei legunt. dispergе siue diuide gentes que bella volunt. Dañ. 11. et diuitias eorum dissipabit.

בחל Vlariare.

בחל Bachal. variare. instabilem esse. Zach. 11. Siquidem et anima eorum variauit in me. et solum inuenitur in predicto loco. et dicunt hebrei q̄ significat abominari vel abhorrere.

בָּחַן Probare.

בָּחַן Bachan. Probare. tentare. Iob. 7. Et subito probas illum. Et in eodem. 23. Probauit me quasi aurum. Et in eodem. 34. Auris enim verba probat. & in eodem. Pater mi probetur iob vsq; in finem. Ps. 16. Probasti cor meum & visitasti nocte. & Ps. 25. Proba me domine & tenta me. Ps. 80. Probaui te apud aquam contradictionis. Hiere. 20 Tu autem domine exercituum probator iusti. Ezech. 21. Plaude super femur quia probatum est. & Zach. 13. Et probabo eos sicut probatur aurum. Malach. 3. Et tentauerunt deum: & salui facti sunt. & inde. בֹּחַן Bóchan. idest probatus: siue probatio. aut probamentum. Esa. 28. Ecce ego pono in sion lapidem precio sum probatum. Et inde בָּחוֹן Bachon. idest fortis. siue robustus: aut probatus: vel probator. Hiere. 6. Probatorem dedi te in populo meo. Pro quo hebrei legunt fortem vel robustū dedi te in populo meo. Et vtrumq; potest significare: nam eius plurale ponitur pro robustis. Esa. 23. Vbi dicitur in captiuitatē traduxerūt robustos eius. & inde בָּחַן Báchan: quod secundum hebreos significat etiam arcem siue turrim fortissimam & excelsam. Esa. 32. tenebre & palpatio facte sunt super speluncas Pro quo hebrei legunt. Munitio & arx facte sunt in spelūcas: siue per speluncas. de quo beatus Hieronymus super hoc loco sic ait. Pro tenebris & palpatione in hebraico dicitur ófel & báchan: quas hebrei duas turres esse in ierusalem arbitrantur excelsas atq; firmissimas: que his appellantur nominibus. Quarum prior interpretatur tenebre siue nubilum: eo quod vsq; ad nubes erigeret caput: altera probamentum & firmitas: siue vt symmachus vertit inquisitio: eo quod in contemplando culmine eiꝰ oculi fallerentur. Hec hieronymus.

Probare. Tentare. בָּחַן probatum בָּחוֹן Probator. Fortis. Robusti. בָּחֻן Arx.

בָּחַר Bachar. Eligere. Gen. 13. Elegit sibi loth omnem regionem circa iordanem. Exo. 17. Elige viros: & pugna contra amalech. Deut. 30. Elige ergo vitam vt & tu viuas. Iudi. 5. Nous bella elegit deus. 1. Reg. 16. Non elegit dominus existis. Et in eodem. 20. Nunquid ignoro q̄ diligis filium isai. Pro quo hebrei legunt. Nūquid ignoro q̄ eligis filium isai. & 5. Reg. 18. Eligite vobis bouem vnū Iob. 34. Iudicium eligatur nobis. Ps. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Ps. 118. Viam veritatis elegi. Esa. 7. vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Et in eodem. 48. Elegi te in camino paupertatis. Hiere. 8. Et eligēt magis mortem quam vitam. Zach. 2. Et eliget adhuc ierusalem. Et in eodem. 5. Qui eligit ierusalem. & inde בָּחוּר Bachur. idest electus. siue iuuenis. 1. Reg. 9. Erat autem ei filius vocabulo saul electus & bonus. Eccls. 11. Letare ergo iuuenis in adolescentia tua & in diebus iuuentutis tue. Et in plurali בָּחוּרִים Bachurim. idest electi. vel iuuenes. Iudi. 14 Sic enim iuuenes facere consueuerant. Ps. 77. Et electos israel impediuit. Et in eodem. Iuuenes eorum comedit ignis. Esa. 25. Non enutriui iuuenes. scribitur etiam cum iod in secunda syllaba tam in singulari quam in plurali & dicitur בָּחִיר Bechir. idest electus. 2. Reg. 21. In gabaa saul quondam electi domini. Et in plurali בְּחִירִים Bechirim. siue בְּחִירֵי Bechire. idest electi. Ps. 88. Disposui testamentum electis meis. Ps. 104. Filii Iacob electi eius. vnde ibi electi est nominatiui casus pluralis numeri. Et refertur ad filios. scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נִבְחָר Nibchar. idest electus. prouer. 10. Argentum electum lingua iusti. & quandoq; ponitur mem in principio & dicitur מִבְחָר Mibchar. i. electio. & ponitur pro electis. Gen. 23. In electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. pro quo hebrei legunt. in electione sepulchrorum nostrorum. Exo. 15. Et electi principes eius submersi sunt in mari ru-

Eligere. בָּחַר Electus. Iuuenis. בָּחוּר Iuuenes. בָּחוּרִים Electi. בָּחִיר Electus. בְּחִירִים בְּחִירֵי Electi. נִבְחָר Electus. מִבְחָר Electi.

bro. Ezech. 22. Et succident electas cedros tuas. & inde בְּחֻרוֹת Bachruth. idest tempus iuuētutis quod est electum tempus. Eccls. 11. Et in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tue.

בְּחֻרוֹת Dies iuuētutis.

בָּטָא Bata. proferre. pronunciare. promittere. Leuit. 5. Anima que iurauerit & protulerit labiis suis. Et in eodem. Et idipsum iuramento & sermone firmauerit. Pro quo hebrei legunt. Ad omne quod pronunciauerit vel protulerit homo cum iuramento. & inde מִבְטָא Mibta. idest. prolatio: vel pronunciatio. Nu. 30. Et semel de ore eius verbum egrediens. Pro quo hebrei legunt. & prolationem siue pronunciationem labiorum eius.

בָּטָא Proferre. pronūciare. Prolatio. Pronūciatio.

בָּטָה Bata. proferre. pronunciare. promittere. sicut in dictione supradicta: que etiam scribitur cum littera he in fine. Prouer. 12. Est qui promittit & quasi Gladio pungitur. Quod etiam potest legi sic scilicet Est qui profert vel qui pronunciat & quasi gladio pungit.

בָּטָה Promittere. Proferre. Pnūciare.

בָּטַח Batach. sperare. confidere. fiduciam vel confidentiam habere. fiducialiter agere. securum esse. 4. Reg. 18. In quo confisus es vt audeas rebellare. & in eodem. An speras in baculo arundineo. Iob. 6. Confusi sunt quia sperauit. Et in eodem. 4. Et habet confidentiam q̄ influat iordanis in os eius. Ps. 21. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberasti eos. Ps. 24. Deus meus in te confido non erubescam. Ps. 25. In ipso sperauit cor meum. & Ps. 31. Sperantem autem in domino misericordia circūdabit. Ps. 48. Qui confidunt in virtute sua. p̄s. 117. Quam confidere in homine. & in eodem. Quam sperare in principibus. Esa. 12. Fiducialiter agam & non timebo. Et in eodem 26. Quia in te sperauimus. Et in eodem. Speraſtis in domino in seculis eternis. Hiere. 12. Cum autem in terra pacis securus fueris. Et in eodem. 17. Maledictus vir qui confidit in homine. Et in eodem. 28. Et tu confidere fecisti populum istum in mendacio. vbi ponitur verbum tertie cōiugationis. & sic Esa. 36. Vbi dicitur. nec conturbet vos ezechias dicens dominus liberabit nos. pro quo hebrei legunt. Nec confidere faciat vos ezechias dicens. & inde. בֶּטַח Bétach. siue בִּטָּחָה Bitcha. idest spes. confidentia. fiducia. securitas. p̄s. 4. In spe constituisti me. p̄s. 15. Insuper & caro mea requiescet in spe. Esa. 30. In silentio & in spe erit fortitudo vestra. & in eodem. 32. & cultus iusti tie silentium & securitas vsq; in sempiternum. Soph. 2. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia. ponitur etiam aduerbialiter. vt Gen. 34. Ingressi sunt vrbem confidenter. & aliquando recipit lamed in principio & dicitur לָבֶטַח Labétach. idest fiducialiter. confidenter. secure. prouer. 3. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua. Ezech. 38. Habitanteſq; secure. & aliquando scribitur cum littera nun in fine. & dicitur. בִּטָּחוֹן Bitachon. 4. Reg. 18. Que est ista fiducia qua niteris. & aliquando recipit mem in principio & dicitur מִבְטָח Mibtach. idest fiducia. spes. confidentia. Iob. 8. Et sicut tela aranearum fiducia eius. p̄s. 21. Spes mea ab vberibus matris mee. prouer. 21. Detraxitq; robur fiducie eius. & inde בָּטֻחוֹת Batuchoth. pro quo beatus hieronymus trāstulit audacter. Iob. 12. & audacter prouocant deum. pro quo hebrei legunt. & securitates vel confidentie prouocantibus deum. scilicet abundant.

Confidere Sperare. Confidētiā habere Fiducialiter agere. Securū ee בִּטָּחוֹן Fiducia. מִבְטָח Fiducia. Spes. בָּטֻחוֹת Audacter. Confidētie

בָּטַל Batal. vacare. siue cessare. ociosum esse. prohibere. Eccls. 12. Et ociose erūt molentes in minuto numero Esdre. 4. prohibeatis viros illos: vt vltra non edificent. & in eodem. & prohibuerunt eos in brachio & robore. & in eodem. Tunc intermissum est opus domus domini. idest tunc cessauit.

בָּטַל Ociosum esse. Prohibere.

בֶּטֶן Vterus. Venter.

בֶּטֶן Béten vterus. venter. Geñ. 25. Due gentes sunt in vtero tuo. 3. Reg. 7. Iuxta mensuram columne contra retiacula. Pro quo hebrei legunt. Iuxta ventrem contra retiacula. dicitur autem venter columne pars media siue pars crassior ipsius colũne. Ps. 21. In te plectus sum ex vtero. Prouer. 15. Venter autem impiorum insaturabilis. cuius plurale בִּטְנִים Botnin. nõ inuenitur in hoc significato sed pro fructu arboris pini: secũdum hebreos. Sed btũs Hieronymus traduxit terebinthi fructus. Geñ. 45. Stactes & terebinthi & amigdalarum.

בִּטְנִים Terebith

בִּיב בוב בִּיהּ In ea.

בִּיב Bib. concauum. vanum. inane. vacuum. De quo vide supra in dictione בּוּב Bub.

בִּיהּ Be. in ligua chaldaica significat in eo. vel i ipso. Dañ. 4. Et esca vniuersorum in ea. et in hebreo est masculini generis.

בִּין Intelligere

בִּין Bin. intelligere. cogitare. aspicere. intueri. Iob. 25. Et intelligam quid loquitur mihi. Ps. 5. Intellige clamorem meũ. Ps. 49. Intelligite hec qui obliuiscimini deum. Ps. 81. Nescierunt nec intellexerunt. Ps. 93. Intelligite insipientes in populo. Prouer. 2. Tunc intelliges timorẽ domini. Et in eodem. 8. Intelligite paruuli astutiam. & in eodem. 14. Sapientia callidi est intelligere viam suam. Et in eodem. 24. Qui inspector est cordis ipse intelligit. Esa. 28. Et quem intelligere faciet auditum. Dañ. 9. Ego danis el intellexi in libris. Et in eodem. 11. Et docti in populo docebunt plurimos. i. intelligere facient plurimos. Et in eodem. 12. Et ego audiui & non intellexi. Et aliquando scribitur sine iod in medio dictionis. vt Ps. 138. intellexisti cogitationem meã de longe. Iob. 13. Audiuit auris mea & intellexit singula. Dañ. 8. Fac intelligere istam visionem. Et in eodem. 11. Et cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamentum sanctum. Et quando est verbum tertie coniugationis recipit. he. in principio. scilicet in preterito et in imperatiuo & in infinitiuo. & dicitur. הֲבִין Hebin. et in presenti vel participio recipit litteram mem in principio & dicitur מֲבִין Mebin. et aliquando mutat iod. in vau. scilicet quãdo est verbum quarte cõiugationis vel in voce passiua prime coniugationis. Et tunc significat intelligere: siue docere: considerare: respicere. Esa. 10. Et in sapientia mea intellexi. Hiere. 30. In nouissimo dierũ intelligetis ea. Deut. 32. Circunduxit eum & docuit. 3. Reg. 3. Quem diligentius intuens clara luce. Iob. 11. Et videns iniquitatem nonne considerat. Et in eodem. 37. Sta & considera mirabilia dei. & inde בִּינָה Bina. i. intelligẽtia siue intellectus. prudentia. sapientia. Deut. 4. Hec est vestra sapientia et intellectus coram populis. Iob. 20. Et spiritus intelligentie mee respondebit mihi. Et in eodem. 38. Aut quis dedit gallo intelligẽtiam. Esa. 11. Spiritus sapientie & intellectus. Prouer. 4. Et attendite vt sciatis prudentiam. & inde נָבוֹן Nabon. siue מֲבִין Mebin. idest intelligens siue prudens. Deut. 4. En populus sapiens & intelligens gens magna hec. Prouer. 1. Et intelligens gubernacula possidebit. Et in eodem. 8. Recti sunt intelligentibus. Et in eodem. 14. In corde prudentis requiescit sapientia. Et inde תְּבוּנָה Thebuna. i. intelligentia. siue intellectus. aut prudentia. Iob. 12. Ipse habet consilium & intelligẽtiam. Ps. 135. Qui fecit celos in intellectu. Iob. 12. Et in multo tempore prudentia. Prouer. 2. Prudentia saluabit te. Et in eodem. 24. Et in prudentia roborabitur. ponitur etiam pro sapientia. vt. Ps. 146. Et sapientie eius non est numerus. Item בֵּין Ben. inter. intra. intermedium. Geñ. 1. Diuisitq; aquas que erãt sub firmamento ab iis que erant super firmamentum. Pro quo hebrei legunt. Diuisitq; inter aquas que erant sub firmamento & inter aquas que erant super firmamentum. & in eodem. 15. Facta est rixa iter pastores Abraã & Loth. Exo. 14. Qui ẽ inter magdalum et mare. Leuit. 10. vt habeatis scientiam discernẽdi inter sanctum et profanum & inter pollutum & mundum. Ps. 103. Inter medium montium pertransibunt aque. inuenitur etiam בֵּינוֹת Benoth. i. inter. Ezech. 10. Et imple manum tuã prunis ignis que sunt inter cherubim. Inde בֵּינַיִם Benaim. idest Intermedius Pro quo translatio nostra habet Spuriũ. 1. Reg. 17. Et egressus est vir spurius de castris philistinorum. pro quo hebrei legunt. Et egressus est vir intermedius de castris philistinorum. eo q̃ stabat inter duas acies. Item בֵּן Ben. sine iod in medio significat filium. de quo vide infra in dictione בָּנָה Bana.

Docere. Cogitare. Intelligere. Intuerí. Cõsiderare. Sapiẽtia. Intellectꝰ itelligẽtia. Prudẽtia. נָבוֹן מֲבִין Intelligẽs Prudens תְּבוּנָה Intelligentia Intellectꝰ Prudẽtia Sapiẽtia. בֵּין Iter. Iter medíũ בֵּינוֹת Inter. בֵּינַיִם Spurius. Intermedíus. בֵּן

בֵּיצִים בֵּיצֵי Oua.

בֵּיצִים Besim. siue בֵּיצֵי Bese. oua. Deu. 22. Et matrem pullis vel ouis desuper incumbantem. Iob. 39. Dereliqt in terra oua sua. Esa. 10. Sicut colligũtur oua q̃ derelicta sunt. & in eodem. 59. Oua aspidum ruperunt. & eius singulare בֵּיצָה Besa. non inuenitur in sacra scriptura: sed i aliis libris hebraicis ĩuenitur ק ouo.

בַּיִר Cisterna. בִּירָה Habitatio. Ciuitas. בִּרְתָּא Castrum. בִּירָנִיּוֹת Domus. Castella.

בַּיִר Báir. cisterna. Hiere. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquã suã. Item בִּירָה Bira. habitatio. palatiũ. 1. Parali. 29. Neq; enim homini preparatur habitatio sed deo. significat etiã ciuitatem vel vrbẽ. scilicet regiam. Ester. 1. Susa ciuitas regni eius exordiũ fuit. Et in eodẽ. 2. Erat vir Iudeus i susis ciuitate. Et in ligua chaldaica dicitur בִּרְתָּא Birtha. i. castrum. Esdre. 6. Et inuentum est in echbathanis q̃ est castrum in medena prouicia. & in plurali בִּירָנִיּוֹת Biranioth. idest palatia siue domus magna. siue castella. Pro quo beatus Hieronymus transtulit domos ad instar turrium. 2. Paralip. 17. Et edificauit in iuda domos ad instar turrium. Et in eodem. 27. In saltibus castella & turres.

בַּיִת Spacium. בָּתִּים בָּתֵּי Dom⁹. Edes. Edicule. domicule. olfactoria.

בַּיִת Baith. siue בֵּית Beth. Domus. Geñ. 19. Declinate in domum pueri vestri. Et in eodem. viri ciuitatis vallauerunt domum illius. Exo. 15. in manu forti eduxit nos dominus de terra egypti de domo seruitutis. Nu. 22. Si dederit mihi balach plenam domum suam argenti & auri. Deut. 6. Et meditaberis sedens in domo tua. Et in eodem. 25. Et vocabitur nomẽ eius in israel domus discalciati. Significat ẽt gentem vel familiam. vt domus israel. domus iuda. domus dauid. Accipitur etiam pro nido auium vel pro habitaculo animalium. Ps. 83. Etenim passer inuenit sibi domum. Ps. 103. Herodii domus dux est eorum. Item significat int⁹. intrinsecus. inter. Exo. 25. Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. 3. Reg. 7. Quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabãt. Iob. 8. Et inter lapides cõmorabitur. Itẽ accipitur p carcere. Esa. 14. vinctis eius nõ aperuit carcerem. Accipitur etiam pro loco vel pro spacio quod continet aliquã rẽ: vel appropriato alicui rei: quod dicitur domus eius. 3. Reg. 18. Fecitq; aqueductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris. Pro quo in hebreo habetur. fecitq; aqueductum quasi domus duorum satorum sementis in circuitu. i. quasi spacium vel locum in quo poterant seminari duo sata sementis. et sic dicitur Bethacarem quod interpretatur domus vinee. idest locus vinearum. & sic de reliquis. et in plurali בָּתִּים Bathim. siue בָּתֵּי Bathe. i. edes. domus. Exo. 1. Et edificauit illis domos. Leuit. 25. Edes leuitarum que in vrbibus sunt semper possunt redimí. Prouer. i. replebimus domos nostras spoliis. Inuenitur etiam pro ediculis siue domunculis. 4. Reg. 23. Destruxit quoq; ediculas efeminatorũ que erant in domo domini pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Significat etiã ornamentũ quoddã muliebre. pro quo beat⁹ Hieronymus trãstulit olfactoria. Esa. 3. Et olfactoria & ãnulos et in-

aures vbi pro olfactoriis in hebreo habetur בָּתֵּי הַנֶּפֶשׁ Bathe hanephes quod interpretatur domus anime. Et dicunt hebrei quod sunt quedam ornamenta que pendebant in pectore vel supra cor sicut sunt olfactoria & similia. Item

בִּיתָן Bithan. Nemus. vel silua. Ester. 1. In vestibulo horti & nemoris. Et in eodem. 7. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito. Hebrei tamen dicunt q̄ significat palatium vel domus facta in horto uel nemore ad solatium uel refrigerium. Item

בִּית Bith. in lingua chaldaica significat dormire. siue manere. Dañ. 6. Et dormiuit incenatus.

Nemus.

Dormire.

בְּךָ Becha. in te. et est dictio composita cuius partes non inueniuntur per se. sicut supra dictum est.

בָּכָא Bacha. fletus. planctus. Ps. 85. Disposuit in valle lachrymarum in loco quē posuit. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Transeuntes in vallem fletus fontem ponent eam. Hebrei vero dicunt q̄ significat quoddam genꝰ arboris cuius plurale est בָּכָאִים Bechaim. Pro quo piros trāstulit Beatus Hieronymus. 2. Reg. 5. Et venies ad eos ex aduerso pirorū Et in eodē. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum. 1. Paralip. 14. Vbi eadem verba habentur.

Fletus.

בְּכָאִים Piri.

בָּכָה Bacha. flere. plorare. plāgere. 2. Reg. 1. Filie israel super saul flete. Ps. 125. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Hiere. 13. In abscōdito plorabit anima mea. Et in eodē. 31. Rachel plorans filios suos. Thren. 1. Plorans plorabit in nocte. Osee. 12. Fleuit & rogauit eum. et q̄nq̄ scribitur sine he in fine. Geñ. 21. Leuauit vocem suam & fleuit. Et in eodem. Cumq̄ eiulatu magno fleret. Et in eodē. 50. Ruit super faciē patris flens. Ps. 136. Illic sedimus et fleuimus. Hiere. 22. Plangite eum qui egredietur. Ezech. 8. Plangentes adonidem. Et inde בְּכִי Bechi. i. fletus. ploratus planctus. profundū. Geñ. 45. Eleuauitq̄ vocem suam cum fletu. Esa. 15. Ascendit domus dibon ad excelsa in planctū. Hier. 31. Quiescat vox tua a ploratu. significat etiam fluctꝰ siue profundum. s. aquarum ad similitudinem lachrymarū abundantium. Iob. 28. Profunda quoq̄ fluuiorum scrutatus est. Et aliquando scribitur cum littera nun in principio et dicitur נִבְכִי Nibche. ut in eodē. 38. Nunquid ingressus es profundum maris. Inde בּוֹכִיָה Bochia. i. flebilis. siue plorans. Thren. 1. Idcirco ego plorans. Et inde בָּכוּת Bachuth. i fletus. Geñ. 35. Vocatūq̄ est nomē loci illius quercus fletꝰ.

Flere.

Plorare.

Plangere

Fletus.

Planctus

Profūdū

נִבְכִי Profūdū

בּוֹכִיָה Plorans.

בָּכוּת Fletus.

בָּכֶם Bachem. in vobis. siue in vos. et est dictio composita cuius partes non inueniuntur per se: vt dictum est supra. et quando refertur ad feminas scribitur cum littera nū in fine et dicitur בָּכֶן Bachen. i. in vos vel in vobis. fe. ge.

בָּכַר Bachar. primogenitum facere. siue primogenitū cōstituere: aut primitias offerre vel primitiua afferre. vt Leuit. 27. Primogenita que ad deum pertinent nemo sanctificare poterit. pro quo hebrei legunt. Omne primogenitum quod domino cōstitutū est nemo sanctificet. Deut. 21. Non poterit filium dilecte facere primogenitū. Ezech. 27 Per singulos mēses afferet primitiua. et inde. בְּכוֹר Bechor. i. Primogenitus. vel maior. aut primitiuum. Geñ. 25. Primogenitus ismahel nabaioth. Et in eodē. 38. Fuitq̄ her primogenitus iude. Et in eodem. 43. Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua. Et in eodem. 48. Qui maior natu erat. Exo. 4. Filius meus primogenitus israel. Et in eodē. 13. Sanctifica mihi omne primogenitū. Ps. 88. Et ego primogenitum ponam illum. Hiere. 31. Et efraim primogenitus meꝰ est. 3. Reg. 16. In ahyram primitiuo suo fundauit eam. et in ge. fe. בְּכִירָה Bechira. i. primogenita vel maior. Geñ. 19. Dixitq̄ maior ad minorem. Et in plurali בְּכֹרוֹת Bechoroth. i. primogenita. vel primogeniti. Geñ. 4

Primogenitum con stituere.

Primogenitum facere.

בְּכוֹר Primogenitus.

Maior.

primitiuū.

בְּכִירָה Maior.

בְּכֹרוֹת

Abel quoq̄ obtulit de primogenitis gregis sui. & quando post se regit genitiuum dicitur בְּכוֹרֵי Bechore. Esa. 14. Et pascentur primogenita pauperum. Et inde בְּכוֹרָה Bechora. i. primogenitura vel primogenita. ſ. ius primogeniture Geñ. 25. Vende mihi primogenita tua. Et in eodē. Quid mihi proderunt primogenita. Deut. 21. Et huic debentur primogenita. Et in omnibus locis predictis in hebreo legitur in singulari. s. primogenitura vel ius primogeniture. & inde בִּכּוּרִים Bichurim. siue בִּכּוּרֵי Bichure. primitie vel primitiua. Exo. 23. Primitias frugum terre tue defferes in domum domini dei tui. Leuit. 2. Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino. Nu. 28. Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino. Et inde בִּכּוּרָה Bicura. i. ficus que primum venit ad maturitatem. Osee. 9. Quasi prima poma ficulnee. Mich. 7. Precoces ficus desiderauit anima mea. Et eadem dictio ponitur pro temporaneo. Esa. 28. Quasi temporaneum ante maturitatem autumni. cuius plurale בִּכּוּרִים Bichurim. ponitur pro grossis. Naū. 3. Sicut ficus cū grossis suis. inde מַבְכִּירָה Mabchira. i. Mulier qñ prīo parit. pro q̄ puerperā transtulit beatus Hieronymus. Hiere. 4. Angustie sicut puerpere. Et inde בִּכְרָה Bichra. Significat quoddā genꝰ animalis magni & velocissimi cursu. pro quo beatus Hieronymus transtulit cursorem. Hiere. 2. Cursor leuis explicans vias suas. cuius plurale בִּכְרֵי Bichre Dromedarios transtulit. Esa. 60. Dromedarii madian et epha.

Primogenita.

בְּכוֹרֵי Primogenita.

בְּכוֹרָה Primogenita.

בְּכוּרִים

בְּכוּרֵי Primitie

primitiua.

בִּכּוּרָה Primum pomum ficulnee.

Precor. ficus.

Tpancum

בִּכּוּרִים Grossi.

מַבְכִּירָה Puerpera

בִּכְרָה Cursor.

בִּכְרֵי Dromedarii.

בַּל Bal. ne. non. neq̄. Ps. 15. Quoniam bonorum meorum non eges. et in eodem. Quoniam adextris est mihi ne commouear. Ps. 103 Terminū posuisti quem non trāsgredientur: neq̄ conuertentur operire terram. Prouer. 23. Et mens eius non est tecum. Et in eodem. Vulnerauerunt me sed nō dolui. Traxerūt me & ego nō sensi. & recipit in fine. iod. & dicitur בִּלִי Beli. i. non. absq̄. sine. 2. Reg. 1. Clipeus saul quasi non esset vnctus oleo. Ps. 71. Donec auferatur luna. pro quo hebrei legunt. Donec nō sit luna. Ps. 58. Sine iniquitate cucurri. Esa. 14. Subiiciētem in furore gentes crudeliter. Pro quo hebrei legunt. Subiiciētem in furore gentes persecutione absq̄ cessacione. i. incessabili. Et in eodē. 38. Tu autem eruisti animam meam vt non periret. Et etiam recipit mem in principio & dicitur מִבְּלִי Mibeli. i. non. sine. absq̄. eo q̄ non. Exo. 14. Forsitan non erant sepulchra in egypto. Iob. 4. Tigris periit eo q̄ non haberet predam. Thren. 1. Eo q̄ non sunt qui veniant ad solemnitatem. Et etiam recipit in principio beth. & dicitur בְּבִלִי Bibli. i. ne. non. absq̄. Deut. 19. Qui percusserit proximū suum nesciens. Et aliquādo scribitur cū lamed in principio. et dicitur לִבְלִי Libli. Esa. 5. Et aperuit os suum absq̄ vllo termino. Et componitur predicta dictio בְּלִי Beli. cū dictione עַל Al. que significat ascensionem et dicitur בְּלִיַּעַל Beli al. i. non. ascendens. potest etiam componi cum dictione עֹל Ol. quod significat iugū: & interpretari absq̄ iugo. Et sic interpretatur aliquando in translatione nostra. Iudi. 19. Venerunt viri ciuitatis illius filii belial. i. absq̄ iugo. Et aliquando translator pro belial posuit iniquum. Ps. 40. Verbum iniquum cōstituerunt aduersum me. Quandoq̄ etiā interpretatus est diabolum siue diabolicum. 3. Reg. 21. Et adductis duobus viris filiis diaboli. Et in eodem. At illi vt viri diabolici dixerunt contra eum testimonium. Ponitur ēt בְּלִיַּעַל Belial. pro preuaricatiōe Naū. 1. Mente ptractans ꝓuaricationē. cōponitur ēt predicta dictio בְּלִי Beli. cū dictione לוֹ Lo. que significat ei. vel eius. aut sibi. vel sui & dr בְּלִילוֹ Belilo. i. nō eius. vel nō sui. aut nō illi?. Iob. 18. Habitent in tabernaculo illi? socii ei? qui nō est. & in eo· 42.

Primogenita.

בְּכוֹרֵי Primogenita.

בְּכוֹרָה Primogenita.

בְּכוּרִים

בְּכוֹרֵי Primitie

primitiua.

בִּכּוּרָה Primum pomum ficulnee.

Precor. ficus.

Tpancum

בִּכּוּרִים Grossi.

מַבְכִּירָה Puerpera

בִּכְרָה Cursor.

בִּכְרֵי Dromedarii.

בַּל Bal. Ne. Non. Neq̄.

בְּלִי Non..

Sine.

absq̄

מִבְּלִי Non.

Eo quod non.

בִּבְלִי Ne

לִבְלִי absq̄.

בְּלִיַּעַל absq̄ iugo

Iniquum.

Diabolus. diabolicꝰ.

Preuaricatio.

בְּלִילוֹ

Mō suum. Agrum non suum demetūt. Componitur ēt cū dictiōe מָה Ma que signt quid:siue aliqd.& dicitur בְּלִימָה belima:qđ si
בְּלִימָה gnificat nō aliquid.i.nihil.Iob.26. Et appendit terrā sup
Nihil. nihilo.Item בָּל bal in lingua chaldaica signiat cor.Dañ.6.
בָּל Et pro daniele posuit cor vt liberaret eum.
Cor.
בָּלַל Balal.confundere.miscere.cōmiscere. Gen̄.11.Quia
בָּלַל ibi confusum est labium vniuerse terre.Pro quo heb.
Cōfundere. le.qa ibi confudit dns siue cōmiscuit dns labiū vniuerse
Cōmiscere. terre.Osee.7.Ephraim in populis ipse cōmiscebatur.Et a
liqñ scribitur cum simplici lamed.Gen̄.11.Et cōfundamus
נָבְלָה ibi linguā eorū.vbi ponitur נָבְלָה Nabla.& inde. בְּלִיל Be
בְּלִיל lil.i.pabulū iumentorum ex diuersis mixtū.Esa.30. Con
Pabulum iumētorū. mixtum migma comedent:sicut in area ventilatū est.Iob.
6.Aut mugiet bos cum ante presepe plenū steterit. pro q̄
he.le. Aut mugiet bos super pabulū suū.i. existens sup pa
יָבַל bulum suum.& inde verbum יָבַל Iabal.i.pabulū prebuit.
Pabulum prebere. Iudi.19.Et pabulū asinis prebuit.inde בְּלוּלָה Belula.i.cō
בְּלוּלָה mixtū vel cōmixta.pro quo Beatus hieronymus transtu
Cōsperse. lit cōsperssam.Leuit.2.Simile cōsperse oleo & absq; fermē
בְּלוּלֹת to.& in plu.בְּלוּלֹת Beluloth.Nu.6.Qui cōsperssi sūt oleo.
Consperse & inde תְּבַלּוּל Thebalul.quod significat maculā in pupilla
תְּבַלּוּל Albugo. oculi:quā albuginē nominat trāslatio nostra. Leuit.21.Si
albuginem hns in oculo.a confusione pupille dictū.& ide.
תֹּכֶל Scelus תֹּכֶל Thebel.i.confusio.scelus.Leuit.20.Vterq; moriatur
quia scelus operati sunt.Esa.10.Et furor meus super scelus
Orbis. eorū.& scribitur cum accentu in prima syllaba. nā si accen
tus ponatur in secunda syllaba tūc signiat mundū vel orbē
1.Reg.2.Et posuit super eos orbē.Iob.18. Et de orbe trāf
feret eū.Ps.23.Orbis terrarū & qui habitant in eo. Et de
hoc vide infra in littera thau.

בָּלַג Balag.confortari.refrigerari.subridere.Ps.38. Remit
בָּלַג te mihi vt refrigerer.Iob.11.Commuto faciem meam
Refrigerare. & dolore torqueor.pro quo hebrei legunt. Commutabo
Dolore torqueri. faciem meam & refrigerabor siue confortabor. Et quia
lachryme sunt refrigerium dolorem patiēti:ideo ponitur
Plangere etiam pro plangere.Iob.10. Dimitte me vt plangam pau
lulum dolorem meum. sed ēt in hoc loco hebrei legūt.di
Cōfortari. Subridere. mitte me vt conforter vel refrigerer paululum.Amos.5.
Qui subridet vastitatem sup robustum. & inde מַבְלִיגִיתִי
מַבְלִיגִי. Mabligithi.Pro quo in nostra translatione ponitur dolor
Dolor meus meus.Hiere.8.Dolor meus super dolorem. Hebrei tamē
dicunt q̄ significat refrigerium meum siue confortatio
nem meam.

בָּלָה Bala senescere.inueterare.vetustate cōsumi. atterere
בָּלָה siue conterere.vetustum facere Gen̄.18. Postq̄ conse
Senescere Inueterare nui & dominus meus vetulus est:voluptati operam dabo.
Nec.9.Vestimenta eorū non inueterauerunt.Ps.51. Quo
niam tacui inueterauerunt ossa mea.Ps.48. Et auxilium
eorum inueterascet.Ps.101. Et omnes sicut vestimentum
veterascent.Esa.65.Et opera manuum eorum inuetera
bunt electi mei.Deut.8. Vestimentum tuum quo operieba
ris nunquam vetustate defecit.Et in eodem.29.Non sunt
Vetustate deficere. Atterere. Vetustate consumi. Cōterere. Vetustum facere. attrita vestimenta vestra neq; calciamenta pedum vestro
rum vetustate consumpta sunt.Ios.9.Trita sunt & pene cō
sumpta.1.Paralip.17. Neq; filii iniquitatis atterent eum.
Dañ.7.Et sanctos excelsos conteret. Thren.5.vetustam
fecit carnem meam & pellem meam. Ezech.23.Et dixi ei
que attrita est in adulteriis.& ide בָּלֹת Baloth.i. vetustas.si
ue senect9.Ps.91.Et senectus mea in misericordia vberi.&
Senectus. inde בָּלִים Balim.idest veteres.Iosue.9.saccos veteres asi
בָּלִים nis imponentes. Et in genere femino בָּלוֹת Baloth.vt
Veteres. in eodem.Et inde בְּלוֹוִי Beloie. idest vetera siue antiqua.
בָּלוֹת Hiere.38. Tulit inde veteres pānos & antiqua que putre
בְּלוֹוִי
rant.Et in eodem.Pone veteres pannos & hec scissa & pu
trida sub cubito manuum tuarum. & inde בָּלָהָה Balaha.i.
terror.turbatio.Esa.17.In tempore vespere & ecce turba
tio.& in plurali. בְּלָהוֹת Balahoth.idest conturbationes vel
formidines.Iob.10. Vndiq; terrebunt eum formidines.
Ponitur etiam pro interitu.vt in eodem. & calcet super eū
quasi rex interitns.Item ponitur pro nihilo. Ezech. 26.
In nihilum redigam te.Et in eodem.28.Nihil factus es &
non eris in perpetuum.

בְּלוֹ Belo.in lingua chaldaica significat vectigal quod da
בְּלוֹ tur pro vnoquoq; capite.Esdre.4.Tributum quoq; &
vectigal & annuos redditus non dabunt.

בְּלִיַּעַל Belial.interpretatur non ascendens: siue absq; iu
בְּלִיַּעַל go.aut iniquus:vel diabolicus. De quo vide supra
in dictione בַּל Bal. quia est dictio composita vt ibidem
dictum est.

בָּלַט Balat.paulatim.Abscondite.clam.ruth.3.Et venit ab
בָּלַט scondite.1.Reg.18.loquimini ad dauid clam.

בָּלַם Balam.constringere.coarctare.refrenare. Ps.51. In
בָּלַם camo & freno maxillas eorum constringe. Pro quo
hebrei legunt in camo & freno maxillas eius siue os eius
ad constringendum siue ad refrenādū.vbi ponitur
לִבְלוֹם Liblom.Et solum inuenitur in predicto loco. De dictione
בְּלִימָה autem בְּלִימָה Belima.idest nihil.vide supra in dictiōe. בָּל
Nihil. Bal vnde deriuatur.

בָּלַס Balas cum samach in fine.idest vellicare.siue excute
בָּלַס re Amos.7.Sed armentarius ego sum vellicans syco
Vellicare moros.& solum inuenitur in hoc loco.

בָּלַע Balaa.deuorare.absorbere.glutire.destruere. precipi
בָּלַע tare.Gen̄.41.Deuorantes omnem priorum pulchri
Deuorare. tudinem.Exo.7.Sed deuorauit virga Aaron virgas eorū.
Et in eodem.15. Deuorauit eos terra. Nu.16. Et aperiens
terra os suū deglutiat eos.Et in eo. Deuorauit eos cum ta
Deglutire. Absorbere. bernaculis suis.Deut.11.Quos aperto ore suo terra absor
buit.2.Reg.17.Ne forte absorbeatur rex.Iob.7.nec dimit
Glutire. tis me vt glutiam saliuam meam.Et in eodem.8. Si absor
buerit eum de loco suo.& in eo.20. Diuitias quas deuora
uit euomet.Et in eodem.37.Etiam si locutus fuerit homo
deuorabitur.Ps.34.Ne dicant deuorauimus eum. & Ps.
68.Ne absorbeat me profundum. & Ps.106. Et omnis sa
pientia eorum deuorata est.& Ps.123. Forte viuos deglu
tissent nos.Prouer.1.Deglutiamus eum sicut infernus vi
uentem.Et in eodem.19.Et os impiorum deuorat iniqui
tatem.Esa.28. Absorpti sunt a vino.Et in eodē.49.Fuga
buntur qui absorbebant te.Hiere.51. Absorbuit me quasi
draco. Et in eodem. Et eiiciam quod absorbuerat de ore
eius. Abac.1. Et taces deuorante impio iustiorem se. Si
gnificat etiā precipitare siue dissipare vel diruere.2. Reg.
Precipitare. 20.Quare precipitas hereditatem domini. Et in eodem.
Non precipito nec demolior.Iob.10. Et sic repente preci
pitas me.Ps.54.Precipita domine diuide linguas eorum
Eccls.10.Et labia insipientis precipitabunt eum.Esa.9.Et
qui beatificantur precipitati.Et in eodem.19.Et consilium
eius precipitabo.Et in eodem.25.Precipitabit mortem in
sempiternum.Thren.2.Precipitauit dominus & non pe
percit.Esa.13.Et viam gressuum tuorum dissipant. Signi
Dissipare. ficat etiam diruere. Nu.4. Alii nulla curiositate videant
que sunt in sanctuario priusquam inuoluantur.pro quo he
brei legunt. Et non ingrediantur ad videndum quan
Diruere. do diruitur sanctuarium.i. quando ea que sunt in sanctua
rio auferūtur de loco suo vbi sunt sita & inuoluūtur ad por
tandū ea quādo castra mouebāt. vnde idem est sensus cum
littera nostra.Inde בָּלַע Balaa.i.Precipitatio. siue deuora
בָּלַע

ſcipiatio. tio vel diſſipatio. Ps. 51. Dilexiſti oia verba p̄cipitationis.

בִּלְעָדַי Excepto. Abſq. בִּלְעָדַי Biladai. Excepto. abſq̄. preter. niſi. Geñ. 14. Excepti͞s his que comederunt iuuenes. Et aliq̄ñ vltimū iod nō eſt de ſubſtantia dictionis ſed denotat pronomē prime perſone. vt in eodē. 41 Abſq̄ me deus reſpōdebit proſpera pharaoni. Et cōponitur cū pronominibus ſic. בִּלְעָדַי Biladai. i. Abſq̄ me: vt ſupra. בִּלְעָדֶיךָ Biladécha. i. abſq̄ te. Geñ. 41. Et abſq̄ tuo imperio non mouebit quiſq̄ manū aut pedem. Et recipit in principio mē. & dicitur מִבַּלְעָדַי Mibalade. i. abſq̄. preter. Ioſ. 22. Preter altare dñi dei nr̄i. Ps. 17. Quis deus preter dominum.

מִבַּלְעָדַי Preter.

בָּלַק Nudare. dilacerare. בָּלַק Balac. Nudare. ſiue dilacerare. Deſtruere. Eſa. 24. Ecce dñs diſſipabit terrā & nudabit eam. Naū. 2. Diſſipata eſt & ſciſſa & dilacerata. vbi ponitur מְבֻלָּקָה Mebulaca pro dilacerata.

מְבֻלָּקָה dilacerata

בִּלְתִּי Niſi. Preter. בִּלְתִּי Bilthi. Niſi. preter. ne. non. Nu. 12. Nihil aliud reſpiciunt oculi nr̄i niſi man. et in eodē. 32. Preter caleb filiū iephone. Et aliq̄ñ vltimū iod non eſt de ſubſtantia dictionis ſed denotat pronomē prime perſone. Oſee. 13. Et ſaluator non eſt preter me. Et aliq̄ñ ſignificat ne vel nō. 1. Reg. 20. Cogitabat eñ quod nō eſſet mūdus. Iob. 14. Donec atterātur celi non euigilabunt. pro quo hebrei legūt. Donec nō celi. i. donec non ſint celi nō euigilabūt. Poteſt etiā deriuari a dictione ſupra poſita. בָּלָה Bala: que ſignificat atterere ſicut eſt in noſtra tranſlatione. Eſa. 10. Ne incurrat uemini ſub vinculo. & in eodē. 14. Gedentem populos in indignatione plaga inſanabili. pro quo hebrei legūt. Plaga nō ceſſante. Et recipit in principio mē. & dicitur מִבִּלְתִּי Mibilthi. i. non: ſiue eo quod nō. Nu. 14. Et dicāt non poterat introducere populū in terrā. & q̄ſiq̄ recipit in principio lamed. Et dicitur לִבִּלְתִּי Lebilthi. i. vt non. nec. ne. Deut. 4. Et iurauit vt nō tranſirē iordanē nec ingrederer terrā optimā. et in eodē. 17. Nec eleuetur cor eiꝰ in ſupbia ſup fratres ſuos neq̄ declinet in partē dexterā vel ſiniſtrā.

Bir. Bir. Bir.

Filius. breo habetur filius vacce. & similiter vbicunq; nos habemus vitulū de armento: in hebreo habetur vitul⁹ filius vacce. Et sic pullus colūbe in hebreo dicitur filius colūbe. & in

בָּנִים בְּנֵי plurali בָּנִים Banim siue בְּנֵי Bene. vt in aliquibus locis supradictis. Et in genere femínino scribitur irregulariter.

Filiā בַּת בְּנָת Nam cū deberet dici בְּנָת Benath: dicitnr בַּת Bath: & deficit littera nun que est littera substantialis. & significat filiā.

Filia Gen. 30. Peperit filiā nomine dinam. Exo. 2. Descendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine. Ps. 136. Filia babylonis misera. Threñ. 2. In tabernaculo filie sion. et in eodē. Et cōsolabor te virgo filia sion. Et accipitur quasi eisdem modis quibus. בֵּן ben: vt supra. Itē significat pupillā vt dictum est supra in dictione בָּבַת Babath. Et eius plurale בָּנוֹת Banoth scribitur regulariter cum littera nun. Et significat filias. Gen. 5. Et genuit filios & filias. & in eodē. 49. Filie discurrētes sup murū. Canti. 1. Nigra sum sed formosa filie ierusalē. Et etiā accipitur pro villis vel viculis aut suburbanis quia sunt quasi filie ciuitatis. Iudi. 1. Manasses quoq; non deleuit bethsan & chanath cū viculis suis. Inde תַּבְנִית Thabnith. i. similitudo. exemplar. descriptio. Exo. 25. Iuxta similitudinē tabernaculi quod ostendā tibi. Et in eodē. Inspice & fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratū est. 4. Reg. 16. Et similitudinē iuxta omne opus eius 1. Paral. 28. Dedit autē dauid salomoni filio suo descriptionem porticus templi. Et in eodē. Vt ex ipso fieret similitudo quadrige cherubin. & in eodē. Vt intelligerē vniuersa opera exēplaris. de dictione אֶבְנַיִם obnáim vide supra in dictione אֶבֶן eben.

Viculus תַּבְנִית

similitudo. Exemplar.

Descriptio

בָּנוּ Bánu. in nobis. & est dictio cōpositā cuius partes non inueniūtur per se vt dictum est supra.

In nobis.

בָּסַס Cōculcare בָּסַס Basas. conculcare. calcare. De quo vide supra in dictione בּוּס Bus.

בֹּסֶר Botr⁹ immaturus vua acerba בֹּסֶר Bóser. vua acerba. siue botrus immaturus. Iob. 15. Ledetur quasi vinea in flore botrus eius. Hiere. 31. Patres comederūt vuam acerbam: & dentes filiorū obstupuerunt. et in eodē. Omnis homo qui comederit vuā acerbam obstupescēt dentes eius. Accipitur etiā pro quolibet fructu immaturo. Esa. 18. Et immatura perfectio germinabit.

immaturū.

בָּעָה Querere בָּעָה Baa. Querere. requirere. inuestigare. petere. feruere. Esa. 21. Si queritis querite cōuertimini venite. & in eodē. 30. Et requisita in muro excelso. Dañ. 6. Vt ois qui petierit aliquā petitionē. Et aliqñ scribitur cum aleph in fine. vt in eo. Qui rogaret quicq; de diis. et in eo. Orat obsecratione sua. i. rogat vl̄ petit petionē suā. Significat ēt feruere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerēt: aque arderēt igni. Pro quo hebrei legūt. Sicut exustio ignis tabescerent: aque ferverent igni. & ide deriuatur. אַבַעְבֻעוֹת Abaabuoth. q̄d significat pustulas siue vesicas que fiunt ex feruore vel cale factione sanguinis. Exo. 9. Erunt enim in hominibus & iumentis vlcera & vesice.

Petere.

Rogare

Feruere.

אַבַּעְבֻּעוֹת Vesice.

בָּעַט recalcitrar Calce abicere. בָּעַט Baat. recalcitrare. calce abiicere. Deut. 32. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. 1. Reg. 2. Quare calce abiecistis victimam meam. Et translatiue ponitur pro cōtemnere aut vilipendere.

גָּרַשׁ Eiſcere. Garas. eiicere. abiicere. expellere. cõmouere. vt Geſi. 3. Eiecitq; adam. Et in eodem. 4. Ecce eiicis me hodie a facie terre. Et in eodem. 21. Eiice ancillam hanc et filium eius. Exo. 2. Et eiecerunt eas. Et in eodem. 6. Et in manu robuſta eiiciet eos de terra ſua. Et in eodem. 11. Poſt hec dimittet vos et exire compellet. Et in eodem. 12. Cogentibus exire egyptiis. Pro quo hebrei legunt. Quia eiecti ſiue expulſi ſunt de egypto. Et in eodem. 23. Qui fugabũt eum et cananeum. ideſt qui expellent vel eiicient eueum et cananeum. Et in eodem. Non eiiciam eos a facie tua anno vno. Et in eodem. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo. Et in eodem. 34. Ego ipſe eiiciam ante faciem tuam amorreum & cananeum. Nu. 22. Si quomodo poſſim percutere & eiicere eum de terra mea. 1. Reg. 26. Qui eiecerunt me hodie vt non habitem in hereditate domini. Ps. 77. Et eiecit a facie eorum gentes. Ezech. 31. Iuxta impietatem eius eieci eum. Ioñ. 2. Et ego dixi abiectus ſum a cõſpectu oculorum tuorum. Ponitur etiam pro commouere vel fluctuare. vt Eſa. 57. Impíi autem quaſi mare feruens. ideſt commotum vel fluctuans. Et in eodem. Et redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Pro quo hebrei legunt. Et commouent aque eius cenum & lutum: ſiue conculcationem et lutum. Et inde mulier repudiata que eiecta eſt a viro ſuo dicitur גְּרוּשָׁה Gueruſa. vt Leuit. 21. Neq; eam que repudiata eſt a marito. Ezech. 44. Viduam et repudiatam non accipiant vxores. Et ide גֵּרְשׁוֹת Gueruſoth Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit cõfinia. Ezech. 45 Separate confinia veſtra a populo meo. Hebrei tamen dicunt q; in hoc loco ſignificat tributa que principes eiiciebãt ſeu imponebant ſuper populum. & inde מִגְרַשׁ Migreſe ſiue מִגְרָשׁוֹת Migreſoth. i. ſuburbana. Leuit. 25. Suburbana

Eſſicere.
Exire compellere.
Expellere.
Abiſcere.
Fluctuare
cõmouere.
גְּרוּשָׁה repudiata.
גֵּרְשׁוֹת confinia.
מִגְרָשׁ Suburbana.

autem eorum non veneant. Nu. 35. Et suburbana sint pecoribus ac iumentis. Ios. 14. Et suburbana sint ad alenda pecora. Et in eodem. 21. & suburbana eius per circuitum. Et aliquando ponitur pro classibus. Ezech. 27. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes. Item.

גֹּרֶשׁ Fructus. גֶּרֶשׁ Guéres. i. maturitas seu fructificatio: sic dictū ab excidēdo seu expellendo fructum ex arboribus. Deut. 33. De pomis fructuū solis ac lune. Item גֶּרֶשׁ Guéres cum ceboleth in littera sin significat confractum siue contussum. De quo vide supra in dictione גָּרַם Garas.

נָשַׁשׁ Palpare. Attrectare. נָשַׁשׁ Gasas. palpare. attrectare. vt Esa. 59. Paluauimꝰ quasi ceci parietem: & quasi absq; oculis attrectauimus. Et solum inuenitur in predicto loco.

נָשַׁם Pluere. מַגְשִׁימִים נֶשֶׁם Pluuia. Imber. נָשַׁם Gasam. pluere. vt Hiere. 14. Nunquid sunt in sculptilibꝰ gentium qui pluant. Vbi ponitur מַגְשִׁימִים magsimim. Quod est participium plurale tertie coniugatiōis. idest facientes pluere. Inde נֶשֶׁם Gésém. idest pluuia. imber Leuit. 26. Dabo vobis pluuias temporibus suis. Iob. 37. & Imbri fortitudinis sue. Ps. 67. Pluuiam voluntariam segregabis deus. Prou. 25. Ventus aquilo dissipat pluuiā. Eccls. 12. Et reuertantur nubes post pluuiam. Esa. 44. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit. Et in eodem. 55. Quomodo descendit imber & nix de celo. & aliquando ponitur in nostra translatione pro hyeme: eo quod in eo abundant pluuie. Iob. 37. Qui precipit niui vt descēdat in terram & hiemis pluuiis. In lingua vero chaldaica significat corpus. vt Dañ. 5. Et nihil potestatis habuisset ignis in corpibus eorū

Hyeme. Corpus.

גַּת Torcular. גִּתּוֹת torcularia גִּתִּית torcularia. Gath. torcular. Iudi. 6. Cumq; gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torculari. Esa. 63. Et vestimenta tua sicut calcantium in torculari. & in plurali גִּתּוֹת Guithoth. Nee. 15. In diebus illis vidi in iuda calcantes torcularia in sabbato. Et aliquando scribitur cum iod in secunda syllaba. Et dicitur גִּתִּית Guithith. vt in titulo psalmi octaui. vbi dicitur in finem pro torcularibus psalmus dauid. hebrei tamen dicunt q̄ ille psalmus & similiter alii habent talem titulum eo quod dauid composuerit illos cum esset in geth ciuitate philistinorum: que interpretatur torcular. Alii vero dicunt q̄ גִּתִּית Guithith. est nomen cuiusdam musici instrumenti quod fuit inuentum in geth: in quo cantabatur ille psalmus.

De incipientibus a littera. ד Daled.

דַּד Vbera. דַּדֵּי Mamme. דַּד Dad. Mammilla. mamma. vber. Et solum inuenitur in numero plurali. s. דַּדֵּי Dade. Prouer. 5. Vbera eius inebrient te omni tempore. Ezech. 23. Et fracte sunt mamme pubertatis earum. Et in eodem. Et ibi confregerunt vbera pubertatis eius. Canti. 1. Quia meliora sūt vbera tua vino. Potest etiam significare dilectiones siue amores: vt infra dicetur in dictione דוד Dod.

דָּא Dec. דָּא Da. in lingua chaldaica significat hec siue hoc. Dañ. 4 Nonne hec est babylon ciuitas magna. Et in eodē. 7. diuerse inter se. pro quo hebrei legūt. diuerse hec ab hac.

דָּאַב Languere Infirmari Dolere. דָּאַב Daab. dolere. languere. Infirmari. esurire. Ps. 87. Oculi mei languerunt pre inopia. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Oculus meus infirmatus est ab afflictione. Hiere. 31. Et vltra non esurient. pro quo hebrei legunt. Et vltra non dolebunt. Et aliquando scribitur sine aleph. Leui. 26. Et consumat animas vestras. vbi ponitur מַדִּיבוֹת Madiboth. pro מַאֲדִיבוֹת Maadiboth: quod est verbum tertie coniugationis. Pro quo hebrei legunt. Dolere facientes siue infirmare facientes animam. Et inde דָּאֲבָה Deaba. idest dolor. infirmitas. Pro quo beatus hieronymus transtulit egestatem siue esurientem. Iob. 41. Et faciem eius p̄cedet egestas. Hiere. 31. Et animam esurientem saturaui. Et aliquando scribitur cum nun in fine & dicitur דַּאֲבוֹן Daabon. Deut. 28. Et animam consumptam merore. Pro quo hebrei legunt. Et infirmitatem siue langorem vel merorem anime.

דָּאֲבָה Egestas. Esuriens. דַּאֲבוֹן Meror. דָּאַג Solicitum esse. דָּאַג Daag. solicitū esse. formidare. timere. 1. Reg. 9. Et solicitus sit pro nobis. Ps. 37. Et cogitabo pro peccato meo. Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et solicitus ero pro peccato meo. Esa. 57. Pro quo solicita timuisti. Hiere. 17. Et in tempore siccitatis non erit solicitum. Et in eodem. 38. Solicitꝰ sum propter iudeos qui transfugerunt ad chaldeos. Et in eodem. 43. Et fames pro qua soliciti estis adherebit vobis. Et inde דְּאָגָה Deaga. idest solicitudo vel timor. Pro quo in translatione nostra ponitur cogitatio. Ios. 22. Et non magis ea cogitatione & tractatu diceremus. Item. דָּג Dag. i. pisces. vt Nee. 13. Inferentes pisces & omnia venalia. De quo vide infra in dictione דָּגָה Daga.

Timere. דְּאָגָה solicitudo. Cogitatio. דָּג Piscis.

דָּאָה Volare. דָּאָה Daa. volare. deut. 28. In similitudine aquile volātis. Pro quo hebrei legunt. Sicut volat aquila. Et aliquādo scribitur cum aleph in fine loco he. Ps. 17. Et volauit super pennas ventorum. & inde דְּאָה Daa: quod est nomen auis immunde: sic dicta a magnitudine volatus. Quam nostra translatio yxon nominauit. Deut. 14. yxon & vulturē ac Miluum.

יxon.

דִּיב Dib. fimus. stercus. & componitur cum dictione ionim que significat columbas. & dicitur דִּבְיוֹנִים Dibionim. idest stercus columbarum. 4. Reg. 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarum quinq; argenteis. & solum inuenitur in predicto loco.

דִּבְיוֹנִים Stercus. colūbarū דָּבַב Ruminare Facito loqui. Dabab. denunciare. facere loqui. diffamare. Canti. 7. Labiisq; & dentibus illius ad ruminandum. Pro quo hebrei legunt: faciens loqui labia vetera siue antiqua. & inde דִּבָּה Dibba. idest fama vel infamia. aut detractio seu vituperatio. Geñ. 37. Accusauitq; fratres apud patrem crimine pessimo. Pro quo hebrei legunt. Et adduxit ioseph famam eorum malam ad patrem suum. Nu. 15. Detraxeruntq; terre quam aspexerant. Pro quo hebrei legunt. Et exire fecerunt infamiam vel detractionem terre quam aspexerant. Prouer. 25. Et exprobare non cesses. Pro quo hebrei legunt. Et infamia tua non reuertetur: idest non cessabit. Ponitur etiam in nostra translatione pro vituperatione vel pro contumelia. Ps. 30. Quoniam audiui vituperationem multorum. Prouer. 10. Qui profert contumeliam insipiēs est. Hiere. 20. Audiui enim contumeliam multorum & terrorem in circuitu.

דִּבָּה Fama. Infamia. Vituperatio Cōtumelia

דָּבָא Senectus. דָּבָא Daba. senectus. Deut. 33. Sicut dies iuuentutis tue: ita & senectus tua. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q̄ significat fortitudinem.

דָּבַח Immolare. דֶּבַח Hostia. מִדְבֵּחַ Altare. דָּבַח Dabach. in lingua chaldaica significat immolare vel sacrificare. 1. Esdre. 6. In loco vbi immolant hostias. & inde דֶּבַח Debach siue דִּבְחָא Dibcha. idest hostia vel sacrificium: vt in predicto loco. & inde מַדְבְּחָא Madbecha idest altare. vt. 1. Esd. 7. & offerte ea super altare templi dei vestri.

דְּבֵלָה Masa de ficis. דְּבֵלִים Masse caricarum. דְּבֵלָה Debela. carica. siue palatha. idest massa deficis. 1. Regum. 30. Dederuntq; ei panem vt comederet & biberet aquam sed & fragmen masse caricarum. Esa. 38. Et iussit esaias vt tollerent massam deficis. Et in plurali dicitur דְּבֵלִים Debelim. 1. Regum. 25. Et ducentas massas caricarum. Et. 1. Paralipo. 12. Afferebant panes in

asinis & camelis & mulis & bobus ad vescendum & farinā & palathas.

Palatha.

דָּבַק Dabac.adherere.conglutinare. agglutinare. compingere.attingere.apprehēdere.comprehendere. sequi Sociare.Gen.2.Et adherebit vxori sue . Et in eodem.34. Sichem filii mei adhesit anima filie vestre . Deut . 4. Vos autem qui adheretis domino deo vestro . Et in eodem .10. Ipsi adherebis.Et in eodem.13.Et non adherebit de illo anathemate quicquam in manu tua.Et in eodem.30. Et illi adhereas.Ios.22.Adhereatisq; ei & seruiatis . 2.Reg . 20 . viri autem iuda adheserunt regi suo.4.Reg.3. Veruntamē in peccatis Hieroboā filii nabath qui peccare fecit israel adhesit.Iob.29.Et lingua eorum gutturi suo adherebat. & in eodem.41.Vna alteri adherebit.Et in eodem.Membra carnium eius coherentia sibi.Ps.21.Et lingua mea adhesit faucibus meis.Ps.118.Adhesit pauimēto anima mea.Et in eodem.Adhesi testimoniis tuis domine . Prouer . 18. Magis amicus erit quam frater.Pro quo hebrei legunt.Magis adheret quam frater . Hiere. 13 . Sicut adheret lumbare ad lumbos viri.Et in eodem.42.& fames qua soliciti estis adherebit vobis.Ezech.3.Et linguam tuam adherere faciam palato tuo.Et in eodem.29.Et pisces tui squamis tuis adherebunt.Item ponitur pro conglutinare vel agglutinare Gen.34.& conglutinata est anima eius cum ea .Ps.45.cōglutinatus est in terra venter noster.Hiere.13 . Sic agglutinaui mihi omnem domum israel.Ezech.29.& agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis . Ponitur etiam pro compingere.Iob.54.& glebe compingebantur . Significat etiam attingere vel contingere .aut apprehendere vel comprehendere.Gen.19 . Ne forte apprehēdat me malum.Et in eodem.31. & comprehendit eum in monte galaad.2.Parali.5.Alam cherub alterius contingebat . Significat etiam sequi vel persequi . Iudi. 20. & cum vltra tenderent persecuti sunt eos.1.Reg.31.Irrueruntq; philistiim in saul & in filios eius.idest persecuti sunt eos.1 . Paralipo.10. Gumq; appropinquassent philistei persequentes saul & filios eius. Inde דֶּבֶק débec . idest glutinum siue coniunctio aut iunctura.Esa . 41. Dicens glutino bonum est. & in plurali דְּבָקִים debacim.3.Reg.22.& percussit regem israel inter pulmonem & stomachum . Pro quo hebrei legunt.& percussit regem israel inter iuncturas & loricam.Et per iuncturas intelligitur torax qui fit ex laminis ferreis sibi inuicem iunctis .

Adherere.
Coherere.
Cōglutinare.
Agglutinare.
Cōpigere.
Apprehēdere Comprehendere.
Cōtingere
Persequi.
דֶּבֶק Glutinum
דְּבָקִים Iuncture.

דָּבַר Diber. loqui.dicere.sermocinari.iterficere.subiicere Gen.17.Gumq; finitus esset sermo loquētis cum eo. Et in eodem.18.Quia semel cepi loqui ad dominum meū. Et in eodem.Ne queso indigneris domine mi si loquar. & in eodem.24.Qui locutus est mihi & iurauit mihi dicēs. Et in eodem.31.Caue ne quicquam aspere loquaris cōtra iacob.Et in eodem.57.Nec poterant ei quicquam pacifice loqui.Et in eodem.42.Locutus est nobis dominus terre. Exo.4.Et ipse loquetur pro te.Et in eodem.13.Locutusq; est dominus ad moysen.Et in eodem.19.Moyses loquebatur.Et in eodem.20.Loquere tu nobis & audiemus . Nu. 7.Audiebat vocem loquentis ad se.Et in eodem. 12.Locuta est maria & Aaron contra Moysen.Et in eodem.Vel per somnium loquar ad illum.Et in eodem.Ore enim ad os aloquor ei.Et in eodem.21. Locutusq; contra dominum & Moysen ait.Et in eodem.27.Iustam rem postulant filie salphaad.Pro quo hebrei legunt.Iuste siue recte loquuntur filie salphaad.Deut.31.Et loquar audientibus eis .1 . Reg. 1. Porro anna loquebatur in corde suo.Et in eodem.19.Locutus est ergo ionathas de dauid bona.2. Reg.23. Spiritus domini locutus est per me.&.4.Reg.2. Cumq; pergerent & incendentes sermocinarentur.Nec .15. Ex media parte loquebantur azotice.& nesciebant loqui iudaice. Iob.7.loquar in tribulatione spiritus mei. Et in eodem. 33.Loquatur lingua mea in faucibus meis.Ps.2. Tunc loquetur ad eos in ira sua.Ps.14.Qui loquitur veritatem in corde suo. Ps.27.Qui loquuntur pacem cum proximo suo . Ps.30. Que loquuntur aduersus iustum iniquitatem.Ps. 49.Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Ps. 86 . Gloriosa dicta sunt de te.Ps.88.Tunc locutus es in visione sanctis tuis.Prouer.23.Et cor tuum loquetur peruersa.Et in eodem 25.Qui loquitur verbum in tempore suo. Eccls.1. Locutus sum in corde meo.Et in eodem. 7 . Sed & cunctis sermonibus que dicuntur ne accommodes cor tuum.Canti.8 In die quando alloquenda est . Esa.8. Loquimini verbum & non fiet.Hiere. 9.Docuerunt linguas suas loqui mendacia.Ezech.2.Et loqueris verba mea ad eos . Dan.10.Cumq; loqueretur mecum conualui . Osee.2. Et loquar ad cor eius.Et in eodem.10 . Loquimini verba visionis inutilis. Et in eodem.12.& locutus sum super prophetas . Zach .2. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur . Malach.3.Quid locuti sumus contra te . Vbi ponitur verbum passiuum prime coniugationis:quod scribitur cum littera nun in principio.Et in eodem.Tunc locuti sunt timentes dominum vnusquisq; cum proximo suo . & inde דָּבָר Dabar.siue דְּבָר Debar.i.verbum.sermo.eloquium.Res vel aliquid.causa. negocium. tractatus . ordo . responsum .Iudi. 3.Verbum secretum habeo ad te.o rex.1.Reg.17 . Nūquid non verbum est.2.Reg.1. Quod est verbum quod factum est.3.Reg.17.Et verbum dei in ore tuo verum est . Iob.4. Porro ad me dictum est verbum absconditum.Ps.32. Quia rectum est verbum domini. Ps . 44. Eructauit cor meum verbum bonum.Ps.106.Misit verbum suum & sanauit eos.Ps.118.Verbum tuum permanet in celo.Prouer. 14.innocens credit omni verbo.Esa.2.Verbum quod vidit esaias filius Amos.Hiere.29 . Et suscitabo super vos verbum meum bonum.Ezech.1.Factum est verbum domini ad ezechielem.Item ponitur pro sermone.Gen. 24 . A deo egressus est sermo.Exo.33.Audienspopulus sermonē hūc pessimum.Deut.30.Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo. 1.Reg.3.Et sermo domini erat preciosus. 3.Reg.10.Non fuit sermo qui regem possit latere.2 . Paralipo.9.Firmetur sermo tuus quem locutus es . Iob . 26. Et cumvix paruam stillam sermōis eius audierimus.Ps.147 Velociter currit sermo eius.Prouer.12 . Et sermone bono letificabitur.Et in eodem.25.Gloria dei est zelare verbū: & gloria regum inuestigare sermonem . Hiere. 18.Nec sermo a propheta.Et in eodem. 44 . Cuius sermo complea tur.Item ponitur pro re:velpro aliquo . Gen . 37.Pater vero rem tacitus considerabat .Exo. 9. vt nil omnino pereat ex his que pertinent ad filios israel.Pro quo hebrei legunt Et non morietur siue nō peribit ex oībus que pertinēt ad filios israel qnicquam siue aliquid aut res.Nu.23.Et quod cumq; imperauerit loquar tibi . Pro quo hebrei legunt . & quodcunq; siue rem quam ostenderit mihi loquar tibi. Deute. 23.& nihil in eis appareat feditatis . Pro quo hebrei legunt.& non appareat in te turpis res aut feditatis aliquid. Iudi.18.Nullo eis penitus resistente.Pro quo hebrei legūt Et non resistente re siue aliquo in terra . Et in eodem . In quo nullius rei est penuria . 2 . Reg .11.Non te frangat ista res. Et in eodem.17 . Et sic res latuit . 4 . Regum.5 . & si rem grādē dixisset tibi ppheta facere debueras. Ps.63.Intenderūt arcum suum rem amaram . Ecclesiastes . 8 . Neq;

Sermocinare.

דָּבָר
דְּבָר Verbum.

Sermo.

Res.

Quicquā . Quodcūq;

Aliquod . Res.

Opus.

permaneas in opere malo. Pro quo hebrei legũt. Neqꝫ permaneas in re mala siue in aliquo malo. & in eodẽ. Qui custodit preceptum: non experietur quicquã mali. i. aliquid mali. Esa. 39. Nõ fuit res quam nõ ostenderim eis in thesauris meis. Et in plurali דְּבָרִים Debarim. i. verba. Sermões res. Geñ. 11. Erat aũt terra labii vnius & sermonum eorũdẽ Deut. 4. Ne obliuiscaris verborum que viderunt oculi tui. Et in eodem vocem verborum eius audistis. 3. Reg. 8. Et sint sermones mei isti &c. Ps. 18. Non sunt loquele neqꝫ sermones. Ps. 118. Cõfirma me in verbis tuis. Ezech. 1. Gunt res difficiles. Et qñ post se regit genitiuũ dicitur דִּבְרֵי Dibre. Ps. 35. Verba oris eius iniquitas & dol⁹. Põitur etiã דָּבָר Dabar pro causa. Ios. 5. Hec aũt causa est secunde circũcisionis. 3. Reg. 11. Et hec est causa rebellionis aduersus eũ. Item ponitur pro negocio vel tractatu. Exo. 18. Vltra vires tuas est negocium. Ios. 22. Et non magis ea cogitatiõe atqꝫ tractatu. Item ponitur pro ordine. Esa. 5. Et pascẽtur agni iuxta ordinem suum. Ps. 109. Secundũ ordinem melchisedech. Vbi põitur דִּבְרָתִי Dibrathi cũ Tau & Iod in fine: ratione genitiui sequentis. Significat etiam eloquiũ siue responsum vel sponsionem. Exo. 8. Pro sponsione ranarum quam condixerat pharaoni. Hiere. 5. Et responsum nõ est in eis. Osee. 1. Principium loquendi dño in osee. Pro quo hebrei legunt. Principiũ eloquii siue sermonis dñi in osee Et aliquando additur littera mem in principio & dicitur מִדְבָּר Midbar. i. eloquium. Canti. 4. Et eloquium tuũ dulce. Et aliquãdo huic dictiõi דָּבָר Debar siue דִּבְרַת Dibrath preponitur dictio עַל Al. & dicitur עַל דָּבָר Al debar siue עַל דִּבְרַת Al dibrath. Et tunc ambe dictiones significãt propter: quia: vel gratia alicuius rei: aut super aliquod: vl̃ ꝑ aliquo. vt Geñ. 45. Propter pecuniam quam retulimus pri⁹ in saccis nostris. Deut. 24. Quia noluerunt vobis occurrere in pane & aqua. Eccl's. 3. Dixi in corde meo de filiis hominum. i. propter filios hominum. Et in eodem. 8. Et precepta iuramenti dei. Pro quo hebrei legunt. Et propter iuramentum dei: siue & super verbum iuramenti dei. Dañ. 2. Sed vt interpretatio regi manifesta fieret. Inde דְּבִיר Debir i. Oraculum: siue domus interior que dicebatur Sancta sanctorum: eo quod ex eo dabantur responsa & verba diuina. 3. Reg. 6. Per circuitum templi & oraculi. & in eodẽ. Oraculum aũt in medio domus in interiori parte fecerat. Et in eodem. 8. Et intulerunt sacerdotes arcam federis domini in locum suum in oraculum templi. Beatus hieronymus sup epistolam ad Ephesios sic ait. Interiora corporis nostri in nouum vocabulum transeant: dicanturqꝫ debir: quod nos oraculum siue responsum possumus appellare. & vt contẽtiosius verbum exprimamus ex verbo locutorium dicere possumus. Item דָּבַר Daber. i. interfecit siue subiecit. 2. Paralip. 22. Surrexit & interfecit oẽm stirpem regiam dom⁹ Ioram. Ps. 46. Subiecit populos nobis. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veri. transtulit in hoc loco. Congregauit populos subtus nos. & inde דֶּבֶר Déber siue דָּבֶר Dáber. i. mors pestis siue pestilẽtia. vt Exo. 5. Ne forte occurrat nobis pestis aut gladius. Et in eodem. 9. Pestis valde grauis. & in eodem. Et percutiam te & populũ tuum peste. Ps. 90. A negocio perambulãte in tenebris. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem trãstulit. A peste in tenebris ambulãte. Osee. 13. Ero mors tua o mors. Et inde מִדְבָּר Mydbar. i. desertum. Solitudo: eo quod est locus contrarius vite humane. Geñ. 21. Habitauit in deserto Pharã. Exo. 4. Vt seruiat mihi in deserto. Et in eodẽ. 14. Cõclusit eos desertũ. & in eodẽ. 19. In die hac venerunt in solitudinem Sin. Deut. 1. In solitudine campestri. Ps. 54. Et mansi in solitudine. Ps. 101. Similis factus sum pelicano solitudis. Inde דְּבוֹרָה Debora. i. apis. Esa. 7. Et api que est in terra assur. Et in plurali דְּבוֹרִים Deborim idest apes. Deut. 1. Sicut solent apes persequi. Iudi. 14. Et ecce examen apũ in ore leonis erat. Ps. 117. Circumdederũt me sicut apes. Item דָּבַר Dabar. i. caula. s. ouium. Mich. 2. Quasi pecus in medio caularum. Vbi ponitur הַדַּבְּרוֹ Hadabro cum he in principio & cum vau in fine. Et dicũt hebrei ꝙ significat cõsuetudinem siue ductum. eo quod in lingua chaldaica דָּבַר Dabar significat ducere vel minare. Inde דִּבְרוֹת Dobroth id est ducte: in gñe femínino. Pro quo btũs Hieronymus transtulit rates. 3. Reg. 5. Et ego componam eas in ratibus.

דְּבַשׁ Debas. Mel. Geñ. 43. Modicũ resine & mellis. Exo. 13. Vt darettibi terrã fluentẽ lacte & melle. Iudi. 14. Quid dulcius melle. 1. Reg. 14. Omnis quippe terre vulg⁹ venit in saltum in quo erat mel. 2. Paralip. 39. Mellisquoqꝫ & omnium que gignit humus decimas obtulerũt. Et dicũt hebrei ꝙ etiam accipitur ꝑ melle dactylorum: qui in terra illa sunt valde melliflui. Item דַּבֶּשֶׁת Dabéseth. Gibbus. s. camellorum. Esa. 30. Et super gibbum camellorum thesauros suos.

דָּג Dag. Piscis. De quo vide in dictione sequenti.

דָּגָה Daga. crescere. multiplicari. piscari. Geñ. 48. Et crescant in multitudinem super terrã. Hiere. 16. Ecce ego mittã piscatores multos dicit dñs & piscabuntur eos. Inde דָּגָה Daga. i. piscis. Exo. 7. Pisces quoqꝫ q sunt in flumio morientur. & in eodem. Et pisces qui erant in flumine mortui sunt. Nu. 11. Recordamur piscium quos comedebamus inegypto. Et quando post se regit genitiuum mutat he vltimum in Tau. Geñ. 1. Et presit piscibus maris. & in eodem. Et dominamini piscib⁹ maris. Ezech. 29. Et agglutinabo pisces flaminum tuorum. Et in predictis locis in hebreo ponitur singulare pro plurali. dicitur etiam דָּג Dag. sine he in fine. vt Ione. 2. Et preparauit dñs piscem grandẽ. Scribitur etiã דָּאג Dag. cum aleph in medio dictionis. Nee. 13. Afferentes pisces & omnia venalia. Et in plurali דָּגִים Dagim. i. pisces. Eccl's. 9. Sed sicut pisces capiuntur hamo. Et qñ post se regit genitiuũ amittit mem & dicitur דְּגֵי Dege. Geñ. 9. Oẽs pisces maris manui vestre traditi sunt. Ps. 8. Volucres celi & pisces maris. & inde דָּיָג Dayag siue דָּוָג Dauag per appositionẽ Iod vel Vau in medio dictionis. i. piscator. Esa. 19. Et merebunt piscatores. Ezech. 47. Et stabunt super illa piscatores.

דֶּגֶל Dégel. Vexillum. aut signum exercitus: siue quodlibet insigne. Nu. 2. Singuli per turmas signa atqꝫ vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur. Et in eo. In castris filiorum ruben ad meridianam plagam erit princeps elisur filius sedeur. pro quo hebrei legunt. Vexillum vel signum castrorum ruben ad meridianam plagam per turmas suas & princeps filiorum ruben elisur filius sedeur. Et inde דָּגוּל Dagul idest insigne vel signatum. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit electum. Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus: electus ex millibus. Et inde verbum. נִדְגַּל Nidgol. Pro quo in nostra translatione habetur magnificabimur. Ps. 19. Et in nomine dei nostri magnificabimur. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit: & in nomine dei nostri ducemus choros. Potest etiam legi sic. Et in nomie dei nostri ducemus vexilla vel signa: aut signati vel insignes erimus. Et inde נִדְגָּלוֹת Nidgaloth. pro quo beatus hieronymus trãstulit castrorũ acies ordinate. s. ꝑ signa atqꝫ vexilla. Ganti. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata.

דְּבִיר Oraculum
דָּבַר Interficere. Subiicere
דֶּבֶר Cõgregare. Pestis.
מִדְבָּר Mors. Desertum.
דְּבָשׁ Mel.
דְּבָשֶׁת Gibbus. Piscis.
דָּג Piscis.
דָּגָה Crescere. Piscari. Pisces.
דָּגוּל Signum. Vexillum. Electus.
נִדְגָּל Magnificari. Ducere choros.
נִדְגָּלוֹת Acies ordinate.

דָּגָן Frumentū

דָּגָן Dagan.Frumentum.Geñ.27.frumento & vino ſtabiliui eum.Deut.11.Vt colligatis frumētum & vinum & oleū.2.Paralip.32.Apotheeas quoq; frumēti vini & olei.

דָּגַר Fouere

דָּגַר Dagar.fouere.incumbare ſicut aues ſolent ſuper ouа incubare.Eſa.34.Et circunfodit & fouit in vmbra eius.Hiere.17.Perdix fouit que non peperit.

דָּדָה Lacere. Cogitare

דָּדָה Dada.tacere.recogitare. Ps.41. Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei. Pro quo btūs hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Quia veniam ad vmbraculum tacebo vſq; ad domum dei.Eſa.38.Recogitabo tibi omnes annos meos.Hebrei tamen dicunt q; ſignificat ambulare paulatim ſiue moueri. Sicut infra dictio נָדַד Nadad.que ſignificat mouere aut migrare.vt Eſa.10.Migrauit medemena.Et in eodem.Et nō fuit qui moueret pennam.Et ſic exponūt illud pſalmi.41. ſcilicet mouebor ſiue ambulabo cum eis vſq; ad domum dei.Et illud Eſa.38.Exponunt ſic ſcilicet cōmouebo oēs annos meos.ideſt reuoluam eos in cogitatiōe mea in amaritudine anime mee.

דָּהָב Aurum

דָּהָב Dahab.In lingua chaldaica ſignificat aurum vt Dañ. 2.Caput ex auro optimo.Et in eodem.Es argentū & aurum.Et inde מַדְהֵבָה Madheba per additionem mem in principio.ideſt aurum tributarium.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit tributum.Eſa.14. Quomodo ceſſauit exactor:quieuit tributum.

מַדְהֵבָה Tributū.

דָּהַם Cōturbat?

דָּהַם Daham .ſtupefacere. conturbare. Et inde participiū paſſiuum נִדְהָם Nidham.Hiere.14. Quare futurus es ſicut vir vagus.pro quo he.le. ſicut vir ſtupefactus ſiue conturbatus.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

דָּהַר Fremere

דָּהַר Dahar.fremere.Naum.3. Vox impetus rote & equitis frementis.Et inde דַּהָרוֹת Daharoth. ideſt fremitus. vel impetus.Iudi.5.Fugientibus impetu & per preceps ruentibus fortiſſimis hoſtium . Pro quo hebrei legunt . Ab impetu ſiue a fremitu fortium eius.Item הִדְהַר Thidhar.ק additionē tau in principio:ſignificat quoddam genus arboris.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit vlmum. Eſa. 41.Ponam in deſerto abietem & vlmum & buxum ſimul. Et aliqui hebrei dicunt q; ſignificat quandam ſpeciē cedri.

דַּהָרוֹת Impetus. Fremitus.

תִּדְהָר Vlmus.

דֹּב Vrſus.

דֹּב Dob.vrſus.1.Reg.17.Et veniebat leo vel vrſus & tollebat arietem.Prouer.28.Leo rugiens & vrſus eſuriens. Et aliquādo ſcribitur ſine vau in medio. vt.1.Reg.17. Leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Eſa.11. Vitulus & vrſus paſcentur. Threñ.3. Vrſus inſidians factus eſt mihi. Et in plurali דֻּבִּים Dubim.i. vrſi.4. Reg.2.Et egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu.

דֻּבִּים Vrſi.

דָּוָג Piſcatorib⁹

דָּוָג Dauag.piſcator. De quo vide ſupra in dictione דָּגָה Daga.Et inde דּוּגָה Duga.i.inſtrumētum piſcatoriū ſecundum hebreos quo piſces coquūtur. Amos. 4. Et reliquas veſtras in ollis piſcatoriis. Et aquila in lebetibus piſciculorum tranſtulit.vt ait beatus hieronym⁹ in ſuis explanatiobus ſuper predicto loco.

דּוֹד Dilectus. Patruus. Patruelis

דּוֹד Dod. Dilectus.patruus.aut patruelis.vber. māma.ſeu mamilla.caldariū.cophinus.calathus.Canti.1.Faciſculus myrrhe dilectus meus mihi.Et in eodē.2.Dilectus meus mihi & ego illi.& in eodē.5.Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto.Et in eodē.8.Innixa ſuper dilectum ſuū. Itē ponitur pro patruo. Hiere.32.Et venit ad me ananehel filius ſellū patrui mei. Et aliquādo ſcribitur ſine vau in medio. Leui. 10.Vocatis autē moyſes miſahele & eliſſaphan filiis oziel patrui aaron.Et in eodē.25.Qui noluerit ex fratribus ſuis redimet eum aut patruus. Ponitur etiā pro patrueli. Eſa. 4.Canticum patruelis mei vinee ſue. Hiere.32. Ecce ananehel filius ſellū patruelis tuus veniet ad te. Et in eodem. In oculis ananehel patruelis mei.Ponitur etiā pro vbere. vel māma.Prouer.7.Veni inebriemur vberibus.Scribitur etiam pro vberibus vel pro māmis ſine vau in medio dictionis.vt Cāti.1. Quia meliora ſunt vbera tua vino.& in eodem.Memores vberū tuorum ſuper vinū.et in eodē.4. Quā pulchre ſunt māme tue ſoror mea ſponſa. et in eodē. Pulchriora ſunt vbera tua vino.Et in eodē.7.Ibi dabo tibi vbera mea.hebrei tamē in predictis locis ꝓ vberib⁹ vel mamis legunt dilectiones ſiue amores:quia eiſdē litteris vtrūq; ſcribitur.vt Ezech..16. Et tēpus tuū tempus amantium. vbi pro eo quod in littera noſtra eſt amantiū:in hebreo eſt דֹדִים Dodim ſine vau:ſicut in locis ſupradictis.vide etiā de hoc ſupra in dictione דָּד Dad. Item דּוּד Dud.i.caldarium. 1.Reg.2.Et mittebat eam in lebetem vel in caldariū.Ponitur etiā pro cophino.Ps.80.Manus eius in cophino ſeruierunt.Item ponitur pro calatho. Hiere.24.Calathus vnus ficus bonas habebat nimis. & in eodē. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis. Et in plurali דּוּדִים Dudim.4. Reg.10.Et poſuerūt capita eorū in cophinis. Et aliquando ſcribitur cum littera aleph in fine: de quo vide in dictione ſequenti.

דֹּדִים Vber. Māma. Amātes. דּוּד Caldariū. Cophinus Calathus. דּוּדִים Cophini.

דּוּדָאִים Mādragoꝛ.

דּוּדָאִים Dudaim.mandragore.Geñ.30.Reperit mādragoras quas matri lie dedit.et.Canti.7.Mandragore dederunt odorem ſuū.et ſolum inuenitur in numero plurali.et qñ poſt ſe regit genitiuū amittit mē: & dicitur דּוּדַאי Dudae.vt Geñ.30. Da mihi partem de mandragoris filii tui.Ponitur etiā pro cophinis vel calathis.vt Hiere. 24.Et ecce duo calathi pleni ficis.

דּוּדַאי Cophini.

דָּוָה Merore cō fecta. Meſtū eſſe in dolore.

דָּוָה Daua.merens.dolēs.mēſtruata.Threñ.1.Tota die merore confectam.Et in eodē.5.Propterea meſtum factū eſt in dolore cor noſtrū.Et aliquādo ſcribitur cum Iod in fine loco he. Et dicitur דָּוִי Dauai.i.dolor. Infirmitas.meror.aut merens Ps.40.Dñs opem ferat illī ſuper lectū doloris eius.Thren.1.Et cor meum merens. Ponitur etiā דָּוִי Deue pro anguſtia.Iob.6.Nunc pre anguſtia cibi mei ſunt Et aliquādo ſcribitur cū mem in principio.Et dicitur מָדְוֵי Madue.Deut.7.Auferet dñs a te omnē languorem & infirmitates egypti peſſimas.Ponitur etiā מַדְוֵי Madue pro veſtimētis.vt.2. Reg.10.Et precidit veſtes eorum medias.de quo vide infra in dictione מַד mad. Item דָּוָה Daua.i.menſtruū ſiue menſtruata.Leui.12.Iuxta dies ſeparationis mēſtrui.Et in eodē.15.Et que menſtruis tēporibus ſeparatur. Eſa.30.Et diſperges ea ſicut immūditiam menſtruate.

דָּוִי Dolor Merens. Anguſtia מַדְוֵי Infirmitates דָּוֵי Veſtes. דָּוָה Menſtruū Mēſtruata

דָּוַח Impellere Expellere. Eijcere.

דָּוַח Doach.īpellere.expellere.euertere.eiicere.lauare.Ps. 54.Et angelus dñi coarctās eos. Pro q̄ beat⁹ hieronymus in pſalterio iuxta hebraicā veritatē tranſtulit.Et angelus dñi impellat.Ps.35.Expulſi ſūt nec potuerūt ſtare. Hiere.27. Vt eiiciā vos & pereatis.. Et aliquādo ſcribitur ſine vau in medio.de quo vide infra in dictione דָּחָה Dacha. Itē ſignificat lauare.ſ.quādo eſt verbū tertie coniugationis:et tunc mutatur littera vau in iod.vt Eſa.4.Et ſanguinē ieruſalem lauerit de medio eius.2. Paral.4. Vt lauarent in eis omnia que in holocauſtis oblaturi erant.Pro quo hebrei legunt Ad lauandū in eis:omnia que in holocauſtū oblaturi erant lauabant in eis.Ezech.40.Ibi lauabāt holocauſtū.

Lauare

דּוֹךְ מְדוֹכָה Mortariū.

דּוֹךְ Doch.terere. Et inde מְדוֹכָה Medocha.i. Mortariū: eo quod in eo teritur.vt Nu.11. Frangebat mola ſiue terebat in mortario.Et inde דָּךְ Dach.i.pauper.egenus.humilis.contritus.Ps.9. Et factus eſt dominus refugiū pauperi Ps.73. Ne auertatur humilis factus confuſus. Vide etiam de hoc ifra in dictione דַּךְ Dach.& in dictione דַּכָּה Dacha.

דָּךְ Pauper Humilis

דּוֹם

דּוֹם Dom.Tacere.ſilere.quieſcere.expectare.vt Ps.61. Verūtamē deo ſubiecta eſto anima mea. Pro quo beat⁹

Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Verūtamē deo tace anima mea. Amos.5. Ideo prudens in tempore illo tacebit. Et aliquando scribitur sine vau. vt Leuit.10. Quē audiēs tacuit aarō. Hiere.47. Et refrigerare & sile. Threñ. 2. Nec taceat pupilla oculi tui. & in eodem.3. Sedebit solitarius & tacebit. significat ēt quiescere. siue expectare. Ios.10. Sol cōtra gabaon ne moueris. pro quo hebrei legunt. Sol contra gabaon quiesce vel expecta. i. sta ne moueris. Et in eodem. Et stetit sol & luna .i. quieuit. 1. Reg. 14. Manete donec veniamus ad vos. i. quiescite vel expectate. Vide ēt infra in dictione דָּמָם Damam. & in dictiōe דָּמָה Dama. In de דּוּמָה Duma. i. silentium. Pro quo in nostra translatione ponitur infernus. Ps.93. Paulominus habitasset in inferno anima mea. Et inde דּוּמִיָּה Dumia. i. silētium. Ps.61. Nō ne deo subiecta erit anima mea. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Attamen ad deum silebit anima mea. Ps.64. Te decet hymnus de⁹ in syon. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit. Tibi silentium laus deus in syon.

Tacere. Silere. i

Quiesce.

Expectate.

דּוּמָה Infernus.

דּוּמִיָּה Silentium.

דּוּן Dun. iudicare. iudicium esse. iudicio contēdere. certare. litigare. Geñ.6. Non permanebit spūs meus in homine in eternum. Pro quo hebrei legunt. Non certabit siue non litigabit spiritus meus in homine in eternum. Alii vero legunt sic. Non iudicabit spūs meus in hoie in eternum. Vñ beatus Hieronymus in libro de hebraicis questionibus sup predicto loco sic ait. In hebreo scriptum est: Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum: qm̄ caro sūt. hoc est: quia fragilis est in homine conditio nō eos ad eternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituam quod merentur. Ergo non seueritatem vt in nostris codicibus legitur: sed clementiam dei sonat: dum peccator hic pro suo scelere visitatur. hec Hieronymus. Alii vero dicunt q̄ potest deriuari a dictione נָרֵן Méden que significat vaginā: quasi esset spiritus in homine sicut gladius in vagina. & legūt sic. Nō vaginabitur spiritus me⁹ in homine. i. non manebit vel p̄ manebit. Concordat cum hoc burgensis in additionibus super hoc loco. Iob.19. Et scitote esse iudicium. & aliquādo scribitur sine vau in medio. Gesi.15. Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo. Et in eodem.30. Iudicauit mihi dominus. Hiere.5. Causam vidue non iudicauerunt Et in eodem.22. Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. Et aliquando scribitur cum Iod in medio loco vau. Geñ.49. Dan iudicabit populum suum. Deut.32. Iudicabit dominus populum suum. Iob.35. Iudicare coram illo. Ps.71. Iudicabit populum tuum in iustitia. Ps.109. Iudicabit in nationibus. Eccls.6. Et non possit contra iustiorem se iudicio contendere. Esa.5. Stat ad iudicandos populos. & aliquando scribitur cum nun in principio & dicitur נָדִין Madon: & significat certare vel litigare. vt.2.Reg.19. Omnisq̄ populus certabat in cunctis tribubus israel. Inde דִּין Din. i. iudicium siue causa. s. que agitur in iudicio. Iudi. 5. Et sedetis supra in iudicio. Iob.36. Causa tua quasi impii iudicata est: causam iudiciumq̄ recipies. Hiere.5. Causam vidue non iudicauerunt. & in eodē.22. Iudicauit causam pauperis & inde דַּיָּן Daiam. i. iudex. Ps.67. Patris orphanorum & iudicis viduarum. & inde מָדוֹן Madon. i. contentio. Lis. Rixa. Iurgium. Discordia. vt Prouer.15. Vir iracundus prouocat rixam. Et in eodem.16. Homo peruersus suscitat litem. Et in eodem.17. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Quod in hebreo legitur in numero singulari scilicet caput est iurgii. Et in eodem.22. Eiice derisorem & exibit cum eo iurgium. 2. Reg.21. Quartum bellū fuit in geth: in quo vir fuit excelsus. & ponitur ibi מָדוֹן Madon pro excelso. Pro quo aliqui hebrei legūt. litigiosus vel rixosus. i. bellicosus. Potest etiam deriuari a dictione מִדָּה Midda que significat mēsuram. vt sit sensus. In quo vir fuit mensure siue mensuratus. i. excelsus. Et in plurali scribitur sine vau & dicitur מְדָנִים Medanim. vt prouer.6. Qui semi nat inter fratres discordias. & in eodem.10. Odium suscitat rixas. & aliquando scribitur cum Iod loco vau & dicitur מִדְיָנִים Midianim. vt prouer.18. Contradictiones cōprimit sors. Et in eodem.21. Melius est sedere in angulo domatis q̄ cum muliere litigiosa. pro quo hebrei legūt quā cum muliere litigiorum vel litium. Et in eodem. Quam cū muliere rixosa. Pro quo hebrei legunt. Quam cum muliere rixarum vel litium. Et in eodem.27. Tecta perstillātia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur. Ponitur ēt pro iudiciis. vt prouer.18. Et iudicia quasi vectes vrbium. Sed etiam in hoc loco hebrei legūt. Et iurgia siue lites. Itē מְדִינָה Medina. i. prouincia. de quo vide infra in dictione מְדִין Medin.

Certare.

Judicare.

Judicio'cō tendere.

נָדוֹן Certare.

דִּין Judicium Causa.

דַּיָּן Judex.

מָדוֹן Rixa. Litis. Iurgium.

מָדִין Excelsus.

Mensura.

מְדָנִים Discordie. Rixe.

מְדְיָנִים cōtradictiones. Lites.

Judicia.

מְדִינָה Prouincia.

דּוּן Dus. Precedere. vt Iob.41. Et facie eius precessit egestas. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt hebrei ק̇ significat letari siue gaudere: quia in lingua chaldaica significat gaudium vel letitiam. & legunt sic. Et corā eo letabitur meror: siue ante ipsum gaudebit dolor. Tamē si littera daleth mutetur in littera res: que est quasi eiusdem figure: tunc significat precurrere siue precedere. Sicut est in littera nostra.

דּוּן precedere.

Letari.

דּוֹק Doc. Nihil. vt Esa.40. Qui extēdit velut nihili celos. De quo vide infra in dictione דַּמֶּשֶׂק Dacac.

דּוּק Nihil.

דּוּר Dur. Habitare. durare. vt. Ps.83. Magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum. & in lingua chaldaica aliq̄n scribitur cum aleph in medio loco vau. vt Dañ.2. Et omnia in quibus habitant filii hominū. & inde מָדוֹר Mador. i. habitatio. Dañ.2. Quorum non est cum hominibus conuersatio. i. dest habitatio. & in eodem.4. Et cum bestiis feris erit habitatio tua. & inde דּוֹר Dor. i. generatio. Etas. i. temp⁹ habitationis vel durationis hominis. vt Geñ.15. Generatiōe aūt quarta reuertentur huc. Deut.23. Tertia aūt generatiōe intrabunt in ecclesiam domini. & in eodem.32. Generatio eñ peruersa est. Ps.13. Q̄n̄ dominus in generatione iusta est. Eccl's.1. Generatio preteriit & generatio aduenit. Esa. 58. Generatio mea ablata est. & in eodem.53. Generationē eius quis enarrabit. & in plurali דּוֹרִים Dorim. Secundum formam masculinorum siue דְּרוֹת Doroth secūdum formā femininorum. vt Ps.71. Et ante lunam in generatiōe & generationem. Pro quo hebrei legunt. Et ante lunam in generatione generationum. Esa.41. Vocans generatiōes ab exordio. Item דּוּר Dur. i. strues. s. lignorum. vt Ezech.24. Compone quoq̄ struem ossium sub ea. & inde מְדוּרָה Medura. i. pyra. focus. vt in eodem. Ve ciuitati sanguinum: cuius ego grandem faciam pyram. Esa.30. Nutrimenta eius ignis & ligna multa. pro quo hebrei legunt. focus siue Pyra eius ignis & lingua multa.

דּוּר Habitare.

מָדוֹר Habitatio.

דּוֹר Generatio

דּוֹרִים

דְּרוֹת

Gñatiōes דּוֹר

Strues.

מְדוּרָה Pyra.

דּוּשׁ Dus. triturare. terere. cōterere Iob.39. Aut bestia agri conterat. Esa.25. Et triturabitur moab sub eo sicut teruntur palee in plaustro. Et in eodem.28. Non enim in seris triturabitur gith. Et in eodem. Verum nō in perpetuū triturans triturabit illum. Et in eodem.41. Triturabis mōtes & cōminues. & osee.10. Ephraim vitula docta diligere triturā. Pro quo hebrei legunt. Ephraim vitula docta diligens triturare. Amos.2. Eo quod triturauerunt plaustris ferreis galaad. Mich.4. Surge tritura filia sion. Et aliq̄n scribitur sine vau. vt Iudi.8. Cōteram carnes vestras cum spinis tribulisq̄ deserti. Et aliquando scribitur cum littera

דּוּשׁ Conterere Triturare. Terere.

Iod in medio loco vau.vt Deut. 25. Non ligabis os bouis triturantis.& inde דַּיִשׁ Dáis.i.tritura. vt Leuit.26. Et apprehendet messium tritura vindemiam.& aliquando scribitur cum mem in principio.vt Esa.21.Tritura mea & filia aree mee. Item דִּישׁוֹן Díson.nomen est cuiusdam animalis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit.Pygargum. Deut. 14.Bubalum.tragelaphum.pygargum.

דַּיִשׁ Tritura

דִּישׁוֹן Pygarg⁹

דָּחָה Dacha. Impellere.expellere.eiicere.euertere. supplãtare.decipere.preuaricari facere.Ps.117.Qui cogitauerunt supplantare gressus meos. Prouer.14. In malitia sua expelletur impius.Hiere.25. Impellẽtur & corruẽt in ea.& in eodem.29.De cunctis locis ad que expuli vos. Et in eodem.Cunctis gentibus ad quas ego eieci eos.Et aliqñ scribitur cum vau in medio.de quo vide supra in dictione דּוֹחַ Dóach. Item significat abstrahere vel auertere. siue facere alios preuaricari.vt Deut.13.Quia voluit te abstrahere a domino deo tuo.& in eodem.Et auerterunt habitatores vrbis sue atq; dixerunt.& ponitur ibi verbum tertie cõiugationis quod scribitur cum he in principio & Iod in secunda syllaba.2.Paralip.21. Et preuaricari fecit iudam.i. auertit a cultura dei.vide etiam de hoc infra in dictiõe נָדַח Nadach.& inde דֶּחִי Déchi.i.lapsus. Ps.55.Et pedes meos a lapsu.& similiter.Ps.104.Vbi eadem verba habentur.& inde דְּחוּיָה Dechuia.i.delapsa.siue depulsa.Ps.61.Tãq; parieti inclinato & macerie depulse.& inde נִדָּחִים Nídachim .i.electi siue profugi.vt Ps.149.Dispsiones israel cõgregabit.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.electos israel congregabit.Esa.11 Et congregabit profugos israel.& in eodẽ.16.Habitabunt in te profugi mei moab.& etiam de hoc vide infra in dictione נדח Nadach.& inde מְדֶחָה Midche per additionẽ mem in principio.pro quo beatus Hieronymus transtulit ruinã vt prouer.26.Os lubricum operabitur ruinam.

דָּחָה Supplãtare Expellere. Impellere

דֶּחִי Lapsus

דְּחוּיָה Depulsa.

נִדָּחִים Electi. Profugi

מְדֶחָה Ruina.

דַּחַל Dachal.in lingua chaldaica significat terrere siue timere. Dañ.4.Somnium vidi & perterruit me. Et inde דְּחִיל Dechíl.i.terribilis.Dañ.2.Intuit⁹ ei⁹ erat terribilis

דַּחֲוָן Dachauan cibus siue cena. Dañ.6.Cibiq; non sunt allati coram eo.hebrei tamen dicunt quod significat instrumentum musicum:seu tibiam.

דַּחַל Terrere.

דְּחִיל Terribilis

דַּחֲוָן Cibus

דֹּחַן Dóchan.milium.vt Ezech.4.Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem & milium. & solũ inuenitur in predicto loco.

דֹּחַן Milium.

דָּחַף Dachaph.festinare.perterritum accelerare.vt.2.Paralip.26.Sed & ipse perterritus accelerauit egredi. Hester.3.Festinabant cursores qui missi erant.& in eodem.6. Et aman festinauit ire in domum suam.

דָּחַף perterrit⁹ accelerare. Festinare.

דָּחַק Dachac.Coarctare. Angustiare. Opprimere.Ioel.2. Vnusquisq; fratrem suum non coarctabit. & Iudi.2. Et liberabat eos de cede vastantium.pro quo hebrei legũt. A facie tribulantium & angustiantium vel coarctantũ eos

דַּחַק Coarctare Vastare Tribulare Angustiaſ

דַּי Ddai. siue דִּי De.Sufficientia.abundantia.satis.vtExo. 26.Plus offert populus q̃ necessarium est. Pro quo hebrei legunt.Plus offert populus q̃ sufficientia vel abundãtia est operis.i.plus q̃ sufficit operi.& in eodem. Eo quod oblata sufficerent & abundarent.Leuit.5. Sin aũt non potuerit offerre pecus.pro quo hebrei legunt.Si non inuenerit manus eius sufficientiam pecudis.i.si non potuerit habere precium sufficiens pro emptione pecudis.& in eodẽ. 25.Et ipse precium ad redimẽdum potuerit inuenire. pro quo hebrei legunt.Et inuenerit quantum sufficit pro redẽptione sua.& in eodem.Quod si non inuenerit manus ei⁹ vt reddat precium.pro quo hebrei legunt.Quod si non inuenerit manus eius sufficientiam vt reddat ei. Deut.15. Et dabis mutuum quo eũ indigere prospexeris.Pro quo hebrei legunt.Mutuans mutuabis ei iuxta sufficientiam que ei deficit.2.Paralip.30.Quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerũt.vbi preponitur lamed & mem & dicitur לְמִדַּי Lemiddái.i.ad sufficientiam. Hester.1. Vñ regis iusta est indignatio.Pro quo hebrei legunt. Et iuxta sufficientiam vel abundantiam contemptionis vel despectionis:& indignatio.s.est.sed beatus Hieronymus in locis predictis transtulit sensum. & prouer.25.Mel inueniſti comede quod sufficit tibi.& in eodẽ.27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos.Esa.40.Et libanus non sufficiet ad succendendum:& animalia eius non sufficient ad holocausta.i.non erunt satis.Hiere.29.Rapuissent quod sufficeret sibi.Naũ.2.Leo cepit sufficienter catulis suis. significat ẽt דַּי Dde.Transitus vel transmigratio ex vno tẽpore in aliud vel ex vno loco in alium.Et tũc cõiter scribitur cum littera mem in principio.& dicitur מִדַּי Midde.Esa.66.Et eritmẽsis ex mense & sabbatum ex sabbato.i.per singulos mẽses & per singula sabbata.ponitur etiã pro a principio.1. Reg. 18.A principio aũt egressionis eorum.Ponitur etiam pro frequenter .4.Reg.4.Cũq; frequenter inde transiret.i.statutis temporibus.& aliquando hec dictio דַּי Dde.est syllabica adiectio que ponitur causa ornatus oratiõis.vel ad denotandum multitudinem vel magnitudinem rei cui preponitur.& scribitur aliquando cum beth vt caph aut mem in principio & dicitur בְּדַי Bede.siue כְּדַי Chede.aut מִדַּי Midde.& aliquando omittitur in nostra translatione.vt.5. Reg.14.Cũq; ingrederetur rex in domum domini portabant ea.vbi huic verbo ingrederetur premittitur מִדַּי Midde. Iob.39.Vbi audierit buccinam dicit vah.pro quo in hebreo habetur בְּדַי Bede buccine dicit vah.i. in abũdantiam vel multitudinem buccinarum dicit vah.& Hiere.51.Et labores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt. Pro quo in hebreo habetur.Et laborabunt populi in דַּי De nihilum:& gentes in דַּי De ignis laborabũt. Itẽ כְּדַי Chede.ponitur pro instar.vt Iudi.6.Et in instar locustarũ vniuersa complebãt.Item מִדַּי Midde ponitur pro dum siue ꝑ ex quo.vt Hiere.31.Quia ex quo locutus sum de eo adhuc recordabor eius.Itẽ דִּי Dí.in lingua chaldaica est ꝑnomen relatiuum & est omnis generis & vtriusq; numeri. Hiere. 10.Dii qui celum & terram non fecerũt.Dañ.4.Nõne hec est bablyon ciuitas magna quam ego edificaui & in eodem 5.Quos volebat interficiebat:& quos volebat percutiebat quos volebat exaltabat:& quos volebat humiliabat. & aliquando significat ꝙ coniunctionem. Dañ.2.Certe noui ꝙ tempus redimitis scientes ꝙ recesserit a me sermo.& aliqñ preponitur ei littera caph & dicitur כְּדִי Cede.& tũc in eadẽ lingua chaldaica significat quãdo. Dañ.5. Quando autem eleuatum est cor eius. Et aliquando preponitur ei dictio הַא He:& tunc ambe dictiones significant sicut vel quẽadmodum.vt Dañ.2.Sicuti ferrum misceri teste non potest. Est etiam דִּי Di.articulus genitiui casus.Dañ.2. Ab arioch principe militie regis.& in eodem. Sit nomen domini benedictum.Et quando preponitur dictio עַד Ad.tunc ambe dictiones significant donec:siue quoaduscq;. Dañ.2. Donec tempus transeat.& in eodem.4. Donec scias ꝙ dominatur excelsus.

לְמִדַּי Sufficiẽtia.

Sufficere.

דַּי Sufficienter. דַּי

מִדַּי A principio Frequẽter

בְּדִי כְּדִי כְּדַי Instar

מִדַּי Ex quo

דִּי Qui Quã Quos

ꝙ

כְּדִי Quãdo

הַא Sicut.

דִּי

עַד Donec.

דַּיָּג Daiag.piscator.De q̃ vide supra in dictione דוג Dog.

דַּיָּג

דַּיָּה Daia.miluus. Deut.14.Vulturem ac miluum iuxta genus suum.& in plurali דָּיוֹת Daioth.vt Esa.34.illic cõgregati sunt milui alter ad alterum.& habet terminationẽ femininam in hebreo tam in singulari q̃ in plurali. Et est promiscui generis.

דַּיָּה Miluus.

דָּיוֹת Milui.

דיו Atramētū — דְּיוֹ Deio. Atramentum. Hier. 36. Et ego scribebā in volu= mine atramento.

דין Dic. — דֵּין Den in lingua chaldaica est pronomen demonstratiuū ideſt hic siue iste: & in genere feminino vel neutro scri bitur cum aleph vel he in fine: vt infra dicetur in dictione דְּנָא Dena.

דיק Munitio. — דַּיִק Daiec. propugnaculum siue munitio. vt. 4. Reg. 25. Et extruxerunt in circuitu eius munitiões. Ezech. 4. Et edificabis munitionem & comportabis aggerem.

דך Illa illd — דְּךָ Dach. in lingua chaldaica est pronomen demõstratiuū tertie persone: & est omnis generis. Esdre. 4. Quia si ci uitas illa edificata fuerit. & in eodem. qñ vrbs illa vrbs re bellis. & in eodem. 6. Sinite templum illud fieri.

דכא consumere Contere Atere cõminuere cõfringere Humiliare — דְּכָא Dacha. consumere. conterere. confringere. humilia= re. vt Iob. 4. Consumentur velut a tinea. & in eodē. 5. Et conterētur in porta: & non erit qui eruat. Et in eodē. 6. Et qui cepit ipse me conterat. Et in eodem. 19. Et atteri= tis me sermonibus. Et in eodem. 22. Et lacertos pupillorū cōminuisti. pro quo hebrei legunt. Et brachia pupillorum conterebantur vel cõfringebantur. Et in eodem. 34. Et in troducet noctem & conterentur. Ps. 71. Et humiliabit calū niatorem. Ps. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Esa. 53. Attritus est propter scelera nostra. Et in eodem. Et dñs voluit conterere eum in infirmitate. Threñ. 3. vt contere= ret sub pedibus eius omnes vinctos terre. Ponitur etiā pro

Mundare. דכא — mundare. vt Hiere. 44. Non sunt mundati vsq; ad diem hanc. & inde דַּכָּא Dacha. i. contritio siue contritus vel attri tus aut humilitas vel humilis. Deut. 25. Non intrabit eunu chus attritis vel amputatis testiculis. Ps. 89. Ne auertas ho minem in humilitatem. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit conuertēs homines vsq; ad cõtritionem. Esa. 57. In excelso & in san= cto habitans & cum contrito & humili spiritu. & in plura= li דַּכָּאִי Dachee. i. cõtriti vel humiles. Ps. 33. Et humiles spi ritu saluabit. & scribitur aliquãdo cum vau in fine. ut Pro= uer. 26. Lingua fallax odit veritatē. Pro quo hebrei legũt. Lingua fallax siue lingua mendacii odit humilitatem: si= ue conterentem se. i. corripientem se. Scribitur etiam cum he in fine vt in dictione sequenti.

Attritus — Contritio. Humilis. — Humiles

דכה Humiliare cõfringere Conterere — דְּכָה Dacha. conterere. humiliare. sicut dictio supradicta. Ps. 9. In laqueo suo humiliabit eum. Ps. 43. Qñ hu humiliasti nos in loco afflictionis. Ps. 50. Et exultabũt os= sa humiliata. pro quo beatus Hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Vt exultent ossa que con= fregisti. & in eodem. Cor contritum & humiliatum deꝰnõ despicies. Ps. 88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbũ & inde דַּךְ Dach. i. pauper egenus. De quo vide supra in di ctione דוך Doch. & inde דּוּכִי Dochi. i. fluctus. eo quod con terunt vel confringunt se inuicem. Ps. 92. Eleuauerunt flu mina fluctus suos.

דכן Illa. Ille. — דְּכֵן Dicen. In lingua chaldaica est pronomen demonstra tiuum. i. illa siue ille. Dañ. 2. Statua illa magna. & in eo dem. 7. Et de cornu illo quod habebat oculos.

דוכפת Epupa — דּוּכִפַת Duchiphath. nomen auis inmũde. Pro quo beatꝰ Hieronymus traduxit Ypupã. vt Leuit. 11. Ypupã quoq; & vespertilionem.

דכר Memoria. — דְּכַר Dechar. in lingua chaldaica significat recordari siue mẽorari. & inde דּוּכְרָן Duchran. siue דּוּכְרָנָא Duchra na. i. memoria siue commemoratio aut memoriale. Esdre. 6. Talisq; scriptus erat in ea cõmentarius. Pro quo hebrei legunt. Et sic erat scriptum in ea memoria siue memoriale & in plurali דּוּכְרָנָיָא Duchranaia. & põitur pro historiis vl cõmentariis que sunt memorie priscorũ tẽporũ. Esdre. 4.

Historie

vt recenseas in libris historiarum. Et in eodem. Et inueni= es scriptum in commẽtariis. Item דְּכַר Dechar. in lingua chaldaica significat masculũ siue agnũ. Esdre. 7. Et agnos & hedos in holocaustum.

Commẽtarius — דְּכַר Agnus

דל — Dal. Pauper. egenꝰ. De quo vide infra in dictiõe sequẽti

דלל Attenuare — Dalal. attenuare. pauperẽ esse. Esa. 29. Attenuabũtur & siccabuntur riui fluminum. & aliquando scribitur cum simplici lamed. vt. 2. Reg. 15. Quare sic attenuaris ma cie fili regis. Iob. 28. Quos oblitus est pes egẽtis hominis & inuios. pro quo hebrei legunt. Quos oblitus est pes: atte nuati sunt ab homine. i. diminuti & cõmoti sunt. Ps. 114. Humiliatus sum & liberauit me. pro quo beatus Hierony= mus in psalterio iuxtã hebraicam veritatem transtulit. At= tenuatus sum & me saluauit. Esa. 17. Attenuabitur gloria iacob. & in eodem. 38. Attenuati sunt oculi mei suspiciẽtes inexcelsum. Sed dicunt aliqui hebrei qꝰ in predicto loco de riuatur a dictione דְּלָה Dala Que significat eleuare. & le= gunt eleuati sunt oculi mei &c. Inde דַּל Dal. i. attenuatus. macilentus. pauper. egenus. vt Leuit. 14. Quod si paup est & non potest manus eius inuenire que dicta sunt. Ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Ps. 140: Et ostium circumstantie labiis meis. pro quo hebrei legũt. Serua super pauperem labia mea. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Serua pau pertatẽ labiorum meorum. potest etiam deriuari a dictiõe דֶּלֶת Deleth que significat ostium vt infra dicetur. & in plu rali דַּלִּים Dalim. 2. Reg. 5. Domꝰ autẽ saul decrescens quot tidie. Pro quo hebrei legunt. Domus autem saul euntes & attenuati. i. quottidie attenuabãtur. i. decrescebant. Hiere. 39. Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebãt dimi sit nabuzardã. & in plurali femininoדַּלּוֹת Daloth. vt Gen. 41. In tantum deformes & macilente vt nunq; tales in ter= ra egypti viderim. & inde דַּלָּה Dala. i. macies. tenuitas. pau pertas: Esa. 38. Dũ adhuc ordirer succidit me. Pro quo he brei legunt. De macie vel de tenuitate succidit me. i. infirmi tate succidit me. Et quando post se regit genitiuum mutat he in tau. & dicitur דַּלַּת Dalath. i. paupertas vt. 4. Reg. 25 Et de pauperibꝰ terre reliquit vinitores & agricolas. quod in hebreo legitur collectiue. s. de paupertate terre. i. de con gregatione pauperũ. & in plurali dicitur דַּלּוֹת Daloth. Hie re. 62. De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo. & in eodem. De pauperibus vero terre reliquit nabuzardan. vbi ponitur paupertas pro pauperibus. Ponitur etiā דַּלַּת Dalath. pro cesarie vel coma. vt Canti. 7. Et come capitis tui sicut purpura regis. vide ẽt infra in dictiõe דָּלָה Dala.

Pauper — Egenus.

דלג Saltare — דָּלַג Dalag. transilire. saltare. vt Canti. 2. Ecce iste venit sa= liens in montibus. Esa. 35. Tũc saliet sicut cervus clau dus. Soph. 1. Et visitabo super omnem qui arrogãter ingre ditur super limen. Pro quo hebrei legunt. Et visitabo sup omnem transilientem vel salientem super limen. In trãsla= tione chaldaica sic habetur. Et visitabo sup oẽm qui ambu lat in ritu philistinorũ. Nã sacerdotes philistinorũ nõ calca bãt limẽ tẽpli Dagon: sed trãsiliebãt illꝫ. vt hẽtur. 1. Reg. 5.

Transilire — דָּלָה Dala. Haurire. Exhaurire. Sufferre. Eleuare. Exo. 2. Que venerant ad hauriendam aquam. & in eodē. In super & hausit aquam nobiscum. Prouer. 20. Sed homo sa= piens exhauriet illud. Inde דָּלִי Dali. siue דְּלִי Deli. i. situla qua aqua exhauritur. Nu. 24. Fluet aqua de situla eius. & Esa. 40. Ecce gentes quasi stilla situle. Item דָּלָה Dala. i. ele uare. sufferre. Ps. 29. Exaltabo te domine quoniam susce= pisti me. Pro quo hebrei legunt. Exaltabo te domine quo= niam eleuasti me vel sustuliisti me. Prouer. 26. Quomõ pul= chras frustra habet claudus tibias: sic indecẽs est in ore stul=

Haurire. — דָּלִי Situla. — eleuare sufferre.

torum.Potest etiam legi sic. Eleuate.i.tollite crura a claudo:quia nihil prosūt quūtis sint pulchra:& sic exponunt aliqui hebrei. Vnde idem est sensuscum littera nostra.Esa. 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.pro quo hebrei legunt.Eleuati sunt oculi mei in excelsum siue ad excelsum.Potest etiā interpretari.Attenuati sunt: sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione דלל Dalal.& inde דליות Dalioth.i.rami siue propagines. Eoqđ sunt excelse vel eleuate.Hiere.11.Et combusta sunt fruteta eius.pro q̄ hebrei legunt.Et cōfracti sunt rami ei⁹.Ezech. 17.Respicientibus ramis eius ad eam.& in eodem.Et palmites suos extendit ad eam.Et in eodem.Sub vmbra frondium eius nidificabunt.pro quo hebrei legunt. In vmbra ramorum eius habitabunt.

Eleuare

דליות Rami. Palmites

דלח Dalach.turbare.conturbare.f.aquas pedibus cōculcādo.vt Ezech.32.Et conturbabas aquas pedibus tuis. Et in eodem.Et non turbabit eas pes hominis vltra : nec vngula iumentorum turbabit eas.

דלח Cōturbare Turbare

דלף Daleph.stillare.vt Iob.16.Ad deum stillat oculus meus. Eccls.10.Et in infirmitate manuū perstillabit domus Ps.118.Dormitauit aīa mea pre tedio.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Distillauit anima mea pre stultitia.& secūdū hebreos ponitur ibi distillare p lacrimare vel plorare:iuxta illud Hiere. 13.In abscondito plorabit anima mea a facie superbie.& in de דלף Deleph.i.stilla pluuie siue stillicidium.Prouer.27. Tecta perstillantia in die frigoris. Pro quo hebrei legunt. Stilla siue stillicidiū continuum vel assiduū in die frigoris.

דלף Stillare.

Ploare.

דלף Stilla stillicidiū.

דלק Dalac.incendere.succendere.ardere. persequi.vt. Ps. 7.Sagittas suas ardētibus effecit.Ps.9. Dum superbit impius: incenditur pauper.Prouer.26. Sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.Pro quo hebrei legūt. Sic labia ardentia siue persequentia & cor pessimum.Esa.5.Vt vino estuetis.pro quo hebrei legunt. Vinū incendit eos.Ezech. 24.Congere ossa:que igne succendam. Abdie.1.Et succēdentur in eis & deuorabunt eos. Inde דלקת Dalecheth.i. incendium siue ardor. Deut.28.Percutiet te dominus egestate:febre:frigore:& ardore.Significat etiam persequi.vt Gen.31.Et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me. pro quo hebrei legunt.Et quod est peccatum meum : quia persecutus es post me.Potest etiā legi sicut est in littera nostra: quia est equiuocum vt supra dictum est.1. Reg. 17. Et reuertētes filii israel postq̄ persecuti sunt philisteos inuaserunt castra eorum.Thren.4. Super montes persecuti sunt nos.

Ardere Incendere Tumere. Estuare succendere

דלקת ardor.

Persequi.

דלת Deleth.ostium.ianua.Gen.19.Ac post tergū acclaudens ostiū. Exo.21.Et applicabitur ad ostiū.3. Reg. 6.Et vtrūq̄ ostium duplex erat. 4.Reg.12.Aperuitq̄ foramen desuper.pro quo hebrei legunt.Aperuitq̄ foramē in ostio eius siue in ianua eius.Prouer.16.Sicut ostium vertitur in cardine suo.Esa.57.Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum.Et aliquando scribitur sine tau. & dicitur דל Dal.vt.Ps.140.Et ostium circumstantie labiis meis.& de hoc vide supra in dictione דלל Dalal. & in plurali דלתות Dalthoth.siue דלתי Dalthe.aut דלתים Delathim.i.ostia.porte.value.ianue.Ios.6.Et in nouissimo liberorum ponat portas eius.3.Reg.6.Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum.& in eodē. Et duo ostia de lignis abiegnis.& in eodem.7.Per cardines ostiorū domus interioris sancti sanctorum & ostiorum domus tēpli ex auro erant.2. Paralip.5. Et postes & parietes & ostia. Nec.6.Valuas non posueram in portis. & in eodem.7.Et posui valuas.& in eodem:Cūq̄ adhuc assisterēt clause por

Ianua.

דל ostium

דלתות דלתי דלתים Porte. Ostiola. Ostia.

Value.

c sunt.Iob.40.Portas vultus ei⁹ quis aperiet.Esa.45.Aperiam coram eo ianuas.

Ianue.

דם Dam.sanguis.cruor.homicidiū.vt Gen.9. Excepto q̄ carnem cū sanguine non comedetis:sanguinē enī aīarū vestrarum requiram.& in eodem.Quicunq̄ effuderit humanum sanguinem:fundetur sanguis illius. Exo.7. Et sit cruor in omni terra egypti.& in eodem.12. Et sument de sanguine:ac ponent super vtrūq̄ postem. Leuit.17.Sāguinis reus erit:quasi si sanguinem fuderit. Deut.32. De cruore occisorum & de captiuitate. Ios.2.Reus sibi erit:sanguis ipsius erit in caput eius.& in eodem.Cunctorum autē sanguis qui tecum in domo fuerint redundabit in caput nostrum.2.Reg.1.sanguis tuus sit super caput tuum.& in eodem.23.Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt & animarum periculum bibam. Iob.16.Terra ne operias sanguinem meum.Ps.57.Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.Ps.71.Et honorabile nomen eorum coram illo.pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius.Ezech.19.Mater tua quasi vinea in sanguine tuo.Sed in hoc loco dicunt hebrei q̄ deriuatur a dictione דמה Dama infra posita que significat assimilare. Et sic ipsi legunt.Mater tua quasi vitis in similitudine tua. Accipitur etiam pro pena vel noxa effusionis sanguinis. Nu.35.Absq̄ noxa erit qui eū occiderit.& in plurali דמים Damim.siue דמי Deme.i.sanguines.vt Gen.4.Vox sāguinis fratris tui clamat ad me de terra.pro quo hebrei legūt. Vox sanguinum fratris tui clamantiū ad me de terra. Sed chaldaicus interpres transtulit etiam singulariter: sicut est in littera nostra.2.Reg.3.Mundus ego sum & regnū meū vsq̄ in sempiternum a sanguine abner.quod etiam in hebreo legitur pluraliter.f.a sanguinibus abner . Esa.1. Manus enim vestre sanguine plene sunt.Pro quo hebrei legūt Manus enim vestre sanguinibus plene sunt. Osee.1.Et sanguis sanguinem tetigit.Pro quo hebrei legunt.Et sanguines in sanguines tetigerunt.& in eodem.12.Et sanguis ei⁹ super eum veniet.quod etiam in hebreo legitur in plurali. Zach.9.Et auferam sanguinem eius de ore eius. Pro quo hebrei legunt.Et auferam sanguines eius de ore eius. Et sic communiter vbi apud hebreos legitur in plurali.in nostra translatione transfertur singulariter:exceptis aliquib⁹ locis:aut quando significat penam capitalem vel penā effusiōis sanguinis. Ps.50. Libera me de sanguinibus de⁹. Ps.54.Viri sanguinū & dolosi non dimidiabūt dies suos. Ps.105.Et interfecta est terra in sanguinibus.& aliquando ponitur pro homicidio vel pro reatu sanguinis.vt Exo.22 Non erit reus sanguinis.pro quo hebrei legunt. Nō erunt ei sanguines.i.non imputabitur ei pena effusionis sanguinis.& in eodem homicidium perpetrauit. pro quo hebrei legunt.Sanguines ei. idest pena homicidii imputabitur ei Deut.19.Ne sis sanguinis reus. Accipitur etiam pro periculo mortis:vel sanguinis effusione. vt Deut.22.Facies murum tecti per circuitū:ne effundatur sanguis in domo tua. Pro q̄ he.le. Facies murum tecti:& nō ponas sanguines in domo tua.i.non ponas periculū effusiōis sanguinis in domo tua.Ponitur etiam דם Dam p vino rubro sanguinei coloris.vt Deut.32.Et sanguinē vue vt biberet meracissimū.

Cruor.

דמים Hora.

Sāguines

דם Sāguis.f. vue.

דמם Damam.silere.tacere.conterere.quiescere.immobile esse. expectare.vt Esa.47.Sede tacens & intra in tenebras filia chaldeorum.& Thren.3.Bonum est prestolari cum silentio salutare domini.pro quo hebrei legunt.Bonū est prestolari & silere ad salutare domini. Abach.2. Ve qui dicit ligno expergiscere : surge lapidi tacenti. & aliqñ

Tacere.

Reus sanguinis.

homicidiū

Silere.

scribitur cum simplici mem.vt.1.Reg.2. Et impii in tenebris conticescent.Iob.29.Et intenti tacebant ad consilium meum.Ps.30.Erubescant impii & deducantur in infernū. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Confundantur impii taceant in infer no.Esa.15.Quia nocte vastata est Ar moab conticuit..Hie re.8.Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit.& in eodem.25.Et conticuerunt arua pacis. & in eodem.51. Nolite tacere super iniquitatem eius Threñ.2. Cōticuerunt senes filie sion.& in eodem.3.Sedebit solitarius & tacebit. Amos.5.Ideo prudens in tempore illo tacebit.Significat etiam quiescere vel immobilem esse aut expectare.vt Exo.15.Fiāt immobiles quasi lapis. Ios.10. Sol contra gabaon ne mouearis. Pro quo hebrei legunt. Sol contra gabaon quiesce vel expecta.i.esto immobilis. Et in eodem.Et stetit sol & luna.i.quieuit.1.Reg.14. Manete donec veniamus ad vos.i.quiescite vel expectate. Iob.30.Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie.Pro quo hebrei legunt.Interiora mea efferbuerunt & non quieuerunt.vide etiam de hoc supra in dictione דום Dom. & infra in dictione sequenti.& inde דְּמָמָה Demama.i.silentium.trāquilitas .quies.vt.Ps.106.Et statuit procellam eius in auram. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Statuet turbinem in tranquillitatem. idest in silentium vel quietem.Ponitur etiam pro aura. vt 3.Reg.19.Et post ignem sybilus aure tenuis.

eticescere

Silere.

Immobilē esse.
Quiescere
Stare.
Manere.

דְּמָמָה
Trāquilitas.
Aura.

דָּמָה Dama.assimilare.similē eē.adeq̄re.tacere.existimare cogitare.putare.opprimere.excidere.vastare. consumere.Ps.48.Et similis factus est illis.Ps.101.Similis factꝰ sum pellicano solitudinis.Ps.143. Homo vanitati similis factus est.Canti.2.Similis est dilectus meus capree hinnuloq; ceruorum.& in eodem.5. Assimilaui te amica mea.& in eodem.7.Statura tua assimilata est palme.Esa.14 Similis ero altissimi.& in eodem.40.Cui ergo similem fecistis deum.& in eodem.Et cui assimilastis me.Hiere.6.Speciose & delicate assimilaui te filia sion. Threñ.2. Vel cui assimilabo te filia ierusalem.Ezech.31.Cui similis factus es in magnitudine tua.& in eodem.Abietes non adequauerunt summitatem eius.& in eodem.Omne lignum in paradiso dei non est assimilatum illi.& in eodem.32.Leoni gētium assimilatus es.Osee.12.Et in manu prophetarum assimilatus sum. & inde דְּמוּת Demuth.i.similitudo. exemplar imago.Geñ.1.Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā.Ezech.1.Et in medio eius similitudo quatuor animalium.& in eodem.Similitudo aūt vultus eorū. & in eodem.Et similitudo animalium & aspectus eorum. Pōitur etiam pro exēplari.vt.4.Reg.16. Misit rex achaz ad vriam exemplar eius.Itē ponitur pro imagine. vt Esa. 40.Et quam imaginem ponitis ei.& aliquando scribitur sine tau.vt Ezech.19.Mater tua q̄si vinea in sanguine tuo. Pro quo aliqui hebrei legunt.Mater tua quasi vitis in similitudine tua.Sed magis proprie significat sanguinem sicut est in littera nostra:vt dictum est supra in dictiōe דָּם Dam. & inde דְּמְיוֹן Dimion.i.similitudo.vt.Ps.16.Suscepert me sicut leo paratus ad predam.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Similitudo eius quasi leonis desiderantis predam.Significat etiam supradicta dictio דָּמָה Dama.tacere.aut silere. vt Esa.6.Ve mihi quia tacui. Threñ.3. Oculus meus afflictus est:nec tacuit.Item significat estimare siue existimare aut cogitare vel putare:aut arbitrari.vt.Ps.47.Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtu-

Assimilare

דְּמוּת
similitudo

Exemplar.
Imago

דְּמְיוֹן
similitudo

Tacere.

Estimare

lit.Estimauimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.Ps.49.Existimasti iniquē q̄ ero tui similis. Ester. 4.Ne putes q̄ animam tuam tantum liberes. Esa.10. Ipse autem non sic arbitrabitur.i. cogitabit. & in eodem.14. Iurauit dominus exercituū dicēs:si non vt putaui ita erit. Significat etiam opprimere aut excidere siue deuastare aut consumere.2.Reg.21.Virum qui attriuit nos & oppressit iniq;. Osee.4.Nocte tacere feci matrem tuam.Pro quo hebrei legunt.Nocte oppressi siue deuastaui aut excidi matrē tuam.Potest etiam significare tacere feci : sicut supra dictū est.&.lxx.sequētes primum significatum transtulerūt.Noctu assimilaui matrem tuam.& in eodem.10. Transire fecit samaria regem suum.pro quo hebrei legūt. Deuastauit vel consumpsit aut excidit samaria regem suum.& in eodē.11. Sicut mane transiit:pertransit rex israel.Pro quo hebrei legunt.Mane excissus siue consumptus est rex israel. Abdie. 1.Quomodo conticuisses.Pro quo hebrei legūt. Quomō excissus vel consumptus es.Soph.1.Conticuit omnis populus chanaā.Hiere.17. Cōticuit ascalon.Quod hebrei exponunt.Excissus est siue consumptus vel deuastatus est. Pōt etiam significare conticescere: vt supra dictum est.& inde דְּמִי Demi.i.excissio.siue consumptio.vt Esa.38.Ego dixi in dimidio dierum meorum.pro quo hebrei legūt. Ego dixi in excissione vel in consumptione dierum meorum. Et secundum hoc significatum exponunt aliqui hebrei aliqua que supra in dictione דָּמַם Damam dixim? significare tacere vel silere.vt.Ps.30.Erubescant impii & deducantur in infernum.Hiere.9.Et sileamus ibi quia dominus deus noster silere nos fecit.& in eodem.25.Et conticuerūt arua pacis.vbi in predictis locis aliqui hebrei dicunt q̄ significat excidere vel opprimere: aut consumere.Sed potest significare tacere aut silere vel conticiscere: sicut supra dictum est quia possunt deriuari a dictione supradicta דום Dom. siue a dictione damam. De quo vide in predictis dictionib?. In de דְּמִי Dómi.i.silentium.vt Esa.62.Et ne detis silentiū ei. Ps.82. Deus quis similis erit tibi.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. De? non silentium tibi.Et propter predictam equiuocationem potest etiam interpretari. Deus non similis tibi.i.nullus est similis tibi.Scribitur etiam cum he in fine & dicitur דוּמָה Dumia.vt.Ps.21.Et nocte non ad insipientiam mihi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit.Et nocte nec est silentiū mihi.Ps.38.Obmutui & humiliatus sum : & silui a bonis. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. Obmutui & silētio tacui de bono.Et de hoc vide supra in dictione דום Dom.

Consumere.

Excidere

דְּמִי
Excissio

דָּמַם
Silere.
Conticere

דְּמִי
Silentium

דּוּמָה
Silentium

דֶּמֶן Dómen.stercus siue sterquilinium. vt.Ps. 82. Facti sūt stercus terre.Hiere.9.In sterquilinium super faciē terre erūt.& in eodem.Et cadet morticinium hominis quasi stercus super faciem regiōis.& inde מַדְמֵנָה Madmena ꝑ additionem mem in principio & he in fine.i. sterquiliniū secundum hebreos. Sed beatus Hieronymus trāstulit plaustrum.Esa.25. Sicut teruntur palee in plaustro. Ponitur etiam מַדְמֵן Madmen pro silentio vel silente sicut dictio supradicta. Hiere.48. Ergo silens conticesces. vbi pro eo quod in littera nostra est silens : in hebreo ponitur מַדְמֵן Madmen.& dicunt aliqui hebrei q̄ est nomen proprium cuiusdam loci regionis moab.Et interpretatur stercus siue sterquilinium.

דֶּמֶן
Stercus
sterquiliū.

מַדְמֵנָה
Plaustrū.
מַדְמֵן
Silens

דָּמַע Damaa.lachrimare siue lachrimas fundere. plorare. vt Hiere.13.Plorans plorabit & deducet oculus meus lachrimā. & inde דִּמְעָה Dimaa.i.lachrima. vt in loco predicto.&.4.Reg.20.Vidi lachrimam tuam. Esa.25. Auferet dominus deus lachrimā.& Threñ.1. Et lachrime eius

דָּמַע
Plorare
דִּמְעָה
Lachrima

in maxillis eius. Quod in hebreo legitur in singulari. s. & lachrima eius in maxillis eius. & sic in aliquibus aliis locis vbi in translatione nostra legitur pluraliter. in hebreo legitur singulariter. & in plurali dicitur דְּמָעוֹת Demaoth. i. lachrime. vt Threñ. 2. Defecerūt pre lachrimis oculi mei. Significat etiam דִּמְעָה Dimaa Liquorem. s. vini vel olei. secūdū hebreos. vt Exo. 22. Pro eo quod nos habemus decimas & primitias tuas nō tardabis offerre. Hebrei legūt. Plenitudinem tuam. s. frugum: & liquorem tuū. s. vini vel olei: non tardabis. s. offerre. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum.

דְּמָעוֹת Lachrime

דִּמְעָה Liquor.

דַּמֶּשֶׂק Damésec. nomē proprium viri vel loci. vt Geñ. 15. Et filius procuratoris domus mee: iste damasc⁹ eliezer. 4. Reg. 8. Venit quoq; eliseus in damascū. Esa. 7. Caput syrie damascus. Amos. 5. In plaga lectuli & in damasci grabato. Sed in predicto loco dicunt aliqui hebrei ף est nomen cōmune: & ף significat angulum. & sic ipsi legunt. In plaga lectuli & in angulo grabati. Alii vero dicunt ף deriuatur a dictione מֶשֶׂךְ Mesech. que significat gubernare: siue sustentare. vt sit sensus. In plaga lectuli & in sustentaculo grabati.

Damascus

Angulus.

Sustētaculum.

דְּנָא Dena. siue דְּנָה in lingua chaldaica est ꝓnomē demōstratiuum generis feminini vel neutri. Dañ. 2. Vt quererent mīam a facie dei celi super sacramento isto. & in eodem. sacramentum hoc reuelatum est mihi. & in eodem. hoc est somniū. Et quandoq; preponitur ei littera caph. & dicitur כְּדָנָה. i. sic aut huiuscemodi. Hiere. 10. Sicergo dicetis eis. Dañ. 2. Verbum huiuscemodi non scisciatur.

Ite. Hoc.

כְּדָנָה Sic. huiuscemodi.

דְּנַג Donag. cera. vt. Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Ps. 96. Mōtes sicut cera fluxerunt a facie domini. Michee. 1. Sicut cera a facie ignis.

דְּנַג Cera

דָּעַךְ Daach. extinguere. conterere. consumere. vt Iob. 21. Quotiēs lucerna impiorū extinguetur. Ps. 117. Exarserunt sicut ignis in spinis. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Extincti sunt quasi ignis spinarum. Prouer. 20. Extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Significat etiam conterere vel cōsumere. ut Iob. 6. Et vt incaluerint soluentur de loco suo. i. conterentur vel consumētur. Esa. 43. & cōtriti sunt quasi linū.

דָּעַךְ Extinguere.

Conterere Cōsumere.

דֹּפִי Dóphi. opprobrium. Scandalū vt. Ps. 49. Et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. & solum inuenitur in predicto loco. Beatus vero Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit opprobrium.

Scandalū opprobriū

דָּפַק Daphac. pulsare. impellere. vt Iudi. 19. Et circūdātes domū senis fores pulsare ceperūt. Cāti. 5. Vox dilecti mei pulsantis. Geñ. 33. Quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vno die. Pro quo hebrei legunt. Et si impellerent eas vno die morientur omnes oues. i. si eas fecero ambulare plus solito: morientur omnes oues. Vnde beatus Hieronymus transtulit sensum.

Pulsare

Impellere

דַּק Dac. siue דַּכָּא. cōminuere. cōterere. attenuare. Et semper scribitur cum simplici coph. vt Exo. 30. Cūq; in tenuissimum puluerem vniuersa cōtuderis. Pro quo hebrei legunt. Et contūdes ea & cōminues. & in eodem. 32. Et cōtriuit vsq; ad puluerem. pro quo hebrei legunt. Et contriuit donec cōminutum est. Deut. 9. Omnino quoq; in puluerem redigens. i. in puluerē cōminuens. 2. Reg. 22. Quasi lutum platearum cōminuam eos. & illud quod habetur psalmo. 17. Et quasi lutum platearum delebo eos. Ibi em̄ scribitur אֲרִיקֵם Aricem per res & non per daleth. 4. Reg. 23. Combusit & cōminuit in puluerem. 2. Paralip. 34. Lucos etiam & sculptilia succidit atq; cōminuit. Et in eodem Lucos & sculptilia contriuit in frusta. Pro quo hebrei legunt. Lucos & sculptilia contrinit ad comminuēdum. i. in minutissimas partes. Esa. 28. Neq; in vngulis suis comminuet eum. & in eodem. 41. Tritura bis gentes & cōminues Michee. 4. Et cōminues populos multos. & inde דַּק Dac. ideſt minutum siue cōminutum aut tenue vt Exo. 6. Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo tussum. Accipitur etiam pro minutissimo vel tenuissimo puluere. vt Esa. 29. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiū te. & in eodem. 40. Ecce insule quasi puluis exiguus. & scribitur aliquādo cum he in fine & dicitur דַּקָּה Daca. vt Leuit. 16. Et hauriens manu compositum thymiama in incensum. Pro quo hebrei legūt. Et plenis pugnis siue pugilis suis thimiamatis aromatum comminuti aut tenuis. 3. Reg. 19. Et post ignē sybilus aure tenuis. & in plurali דַּקּוֹת Dacoth. vt Geñ. 41. Confecteq; macie. Pro quo hebrei legūt. Et tenues carne. & in eodem. Alie quoq; totidem spice tenues. Item דַּק Dac. i. lippus secundum beatū Hieronymum. vt Leuit. 21. Si gibbus si lippus. Hebrei tamen dicunt ף in predicto loco significat eū qui habet tenuē pellē vel telā super pupillā oculi. & inde דּוֹק Doc. pro qno beatus Hieronym⁹ transtulit nihilum. Esa. 40. Qui extendit velut nihili celos. & ēt in hoc loco hebrei dicūt ף significat cortinā vel telā tenuē. & legūt sic. Qui extēdit velut cortinā vel telam celos.

Cōminuti

דַּקּוֹת Tenues

דַּק Lippus

דּוֹק Nihilum

דָּקַר Dacar. perfodere. transfigere. cōfigere. vt Nu. 25. Et perfodit ambos simul: virum. s. & mulierem. Iudi. 10 Qui iussa perficiens interfecit eum. pro quo hebrei legūt. Et transfixit eum & mortu⁹ est. 1. Reg. 31. Euagina gladiū tuū & percute me. pro quo he. le. Euagina gladiū tuum & transfige me vel confige me. Esa. 13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. pro quo hebrei legūt Transfigetur vel p⁹fodietur. s. gladiis. Zach. 12. Aspicient ad me quem cōfixerunt. & in eodē. 13. Et cōfigent eū pater eius & mater eius & inde מְדֻקָּרִים Meducarim. i. transfixi vel cōfixi. s. gladiis pro quo btūs Hieronymus trāstulit vulneratos. Hiere. 37 Et relicti fuerint ex eis aliq vulnerati. & inde מַדְקֵרוֹת Madceroth. i. confixiones vel cōpunctiones. Prouer. 12. Est qui promittit & quasi gladio pungitur. pro quo hebrei legunt Est qui promittit vel qui profert quasi compunctiōes vel perfossiones gladii.

דָּקַר Perfodere

Trāsfigere percutere.

Occidere.

מְדֻקָּרִים Transfixi

Vulnerati

מַדְקֵרוֹת Pungere

Compunctiones.

דַּר Dar. nomen cuiusdam lapidis precios. vt Ester. 1. Sup pauimentum smaragdino & pario stratū lapide dispositi erant. & dicunt hebrei ף significat lapidem lucidum & quod deriuatur a דָּרוֹם Darom quod significat meridiem.

Lapis pārius.

דְּרוֹר Deror. libertas. remissio. electio. turtur. vt Leuit. 25. Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre tue. i. libertatem. Hiere. 34. Predicans vt dimitteret vnusquisq; seruum suum. pro quo hebrei legunt. Predicans eis remissionem vel libertatem: vt dimitteret vnusquisq; seruum suum. & in eodē. Vt predicaretis libertatē vnusquisq; ad amicū suū. & in eodē. Ecce ego predico libertatē ait dominus. & scribitur cum vau in secūda syllaba. Significat ēt דְּרוֹר Deror purum vel electū. vt Exo. 30. Sume tibi aromata prima myrrhe electe. i. eius que libere transit per manus mercatorū. Est etiā nomē cuiusdā auis. pro quo in nīa trāslatione ponitur turtur. vt. Ps. 83. Etenī passer inuenit sibi domum & turtur nidum. & beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. posuit genus pro specie & transtulit auem. Et similiter Prouer. 26. Sicut auis ad alta transuolans & passer quolibet vadens. vbi ponitur pro passere. Et dicūt aliqui ף significat hirundinē: eo quod libere nidificat apud homines in quacūq; domo absq; vllo timore.

Remissio

Electum.

Turtur.

Passer

דְּרָאוֹן Deraon. abominatio. opprobriū. vt Esa. 66. Et erūt vsq; ad satietatem visiōis omni carni. Pro quo hebrei legūt

דְּרָאוֹן

oppsobriũ Et erunt in opprobriũ: siue in abominationem omni carni. Potest etiã significare sicut est in littera nostra. vt sit dictio composita a דֵּי De. quod significat abũdantiam vel sacietatẽ aut satis: & רָאָה Raon quod deriuatur a verbo רָאָה Raa. quod significat videre. & licet dictio דֵּי De. scribatur cum littera Iod ad hoc quod significet abundantiã vel sacietatem: tamen in cõpositione potest omitti illa littera: sicut in aliis dictionibus compositis in quibus deficiunt vel superfluunt alique littere & maxime quando sunt litterevocales: sicut est Iod. & translatio chaldaica concordat cum littera nostra. in qua sic habetur. Donec dicant iusti satis vidimus. ponitur etiam predicta dictio דֵּיָאוֹן Deraon. Dañ. 12 vbi dicitur. Alii in opprobrium vt videant semper. i. vt satis videant. Pro quo hebrei legunt. Alii in opprobrium in abominationem semper. potest etiam legi sic. In sacietatẽ vel in abundantiam visionis semper. Quod est idem sensus cum littera nostra.

דֵּיָאוֹן
satis videt.
abomiatio

דַּרְבָּן
Stimulus
דַּרְבֹנוֹת
Stimuli

דַּרְבָּן Darban. stimulus. vt. 1. Reg. 15. vsq; ad stimulum corrigendum. & in plurali דַּרְבֹנוֹת Darbonoth. vt eccls. 12. Verba sapientium sicut stimuli.

דָּרְגְּנָה
Maceria
מַדְרֵגוֹת
Sepes.

דָּרָג Darag. maceria. sepes. & scribitur cum mem in principio & cũ he in fine & dicitur מַדְרֵגָה Madrega. vt Cãti. 2. In cauernis macerie. & in plali מַדְרֵגוֹת Madregoth. Pro quo beatus Hieronymus transtulit sepes. Ezech. 38. Et cadent sepes & omnis murus. Sed in suis explanationibus super loco predicto dicit q̃ significat munitiões. & in lingua chaldaica דָּרָג Darag significat gradum vel locũ eminentẽ.

דָּרָג
Gradus
דַּרְדַּר
Tribulus.

דַּרְדַּר Dardar. tribulus. vt Geñ. 3. Et spinas & tribulos germinabit tibi. Et solum inuenitur in predicto loco. Et ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.

דָּרַךְ
Calcare.
Cõculcare.
Ambulare
Calcare. vuas.
Trãsire. Dirigere
Oriri. Incedere.
דֶּרֶךְ
Via.

דָּרַךְ Darach. calcare. conculcare. ambulare. incedere. ire. viam facere. dirigere. tẽdere. extendere. s. arcum. vt Deut. 1. Et ipsi dabo terrã quam calcauit. & in eodẽ. 11. Ois locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit. & in eodẽ. 33. Et tu eorũ colla calcabis. Ios. 1. Oẽm locũ quẽ calcauerit vestigiũ pedis vestri. Iudi. 5. Cõculca aia mea robustos. & in eodem. 20. Geciderunt atq; prostrati sunt ad orientalẽ plagã vrbis gabaa. pro quo hebrei legũt. Calcauerũt siue conculcauerunt eũ vsq; cõtra gabaa. Iob. 22. Nũquid semitam se culorũ custodire cupis: quã calcaueruntviri iniqui. i. p quã ambulauerunt viri iniqui. & in eodẽ. 28. Non calcauerunt eã filii institorum. Ps. 90. Sup aspidem & basiliscũ ambulabis. Esa. 11. Ita vt transeant per eũ calciati. i. vt ambulent vel incedant per eũ. & in eo. 59. Ois qui calcat in eis ignorat pacem. i. ois qui ambulat vel incedit in eis. Michee. 1. Et calcabit super excelsa terre. Significat etiã calcare vuas vel oliuas in torculari. vt Iudi. 9. Vastãtes vineas vuasq; calcantes. Nee. 13. Calcantes torcularia in sabbato. Esa. 63. Et vestimenta tua sicut calcantis in torculari. & in eodem. Torcular calcaui solus. Hiere. 25. Celeuma quasi calcantiũ cõcinetur. Threñ. 1. Torcular calcauit domin9. Michee. 6. Tu calcabis oliuas. Item significat viam facere siue viam preparare. vt Abach. 5. Viam feciſti equis tuis in mari. Potest etiam legi sic. Calcasti in mari equis tuis. Ponitur etiam p̃ triturare. vt Hiere. 51. Filia babylonis tempus trituree ius. Significat ẽt dirigere vel incedere. Ps. 24. Diriget mãsuetos in iudicio. & in eodem. Dirige me in veritate tua. Ponitur etiam pro oriri. vt Nu. 24. Orietur stella ex iacob. Sed etiã in hoc loco hebrei legunt. Incedet siue ambulauit stella ex iacob. Inde דֶּרֶךְ Dárech. siue דֶּרֶךְ Dérech. i. via. Iter. consuetudo. Mos. vt Geñ. 6. Omnis quippe caro corrupebat viam suam. Et in eodem. 19. Et mane proficiscemini in viam vestram. & in eodem. Et custodierit me in via p̃ quã ambulo. Exo. 4. Cũq; essent in itinere in diuersorio. & in eodem. 18. Viam per quam ingredi debeant. Nu. 21. Et tedere cepit populus itineris ac laboris. & in eodem. Via regia gradiemur. Ios. 23. En ego hodie ingredior per viam vniuerse terre. Iudi. 17. Cũq; venisset in mõtem ephraim iter faciens. 1. Reg. 12. Et docebo vos viam rectam & bonã 3. Reg. 13. Nec reuerteris per viam qua venisti. & in eodẽ.. Abiit ergo per aliam viam & non est reuersus per iter quo venerat. Iob. 17. Et tenebit iustus viam suã. Ps. 1. Q̃m nouit dominus viam iustorum & iter impiorum peribit. Ps. 2. Neq; irascatur dñs & pereatis de via iusta. Esa. 10. Et baculum suum leuabit super te in via egypti. & in eodẽ. 40. Parate via dñi. Ponitur ẽt pro more vel consuetudine: vt Geñ. 19. Et nullus virorum remansit qui possit ingredi ad nos iuxta morẽ vniuerse terre. & in eodem. 31. Quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. & etiam ponitur aliq̃s in nr̃a translatiõe via: pro more vel cõsuetudie Et in plurali דְּרָכִים Derachim. i. vie. vt Hiere. 6. State sup vias & videte. & q̃s post se regit genitiuum vel q̃s cõponitur cũ pronominib9 ãmittit litterã mem. vt Leuit. 26. Deserteq; fiẽt vie vestre. 2. Parali. 13. Reliq̃ aũt sermonũ abie viarũq; & operũ eius. Ps. 24. Vias tuas dñe demonstra mihi. Ps. 118. Vias meas annunciaui. Ps. 137. Et cantẽt in viis dñi. Prouer. 10. Qui aũt deprauat vias suas manifestus erit & in eodem. 28. Qui peruersis graditur viis concidet semel. & in eodẽ. 31. Et diuitias tuas ad delẽdos reges. Pro q̃ hebrei legũt. Et vias tuas ad delẽdos reges. Esa. 58. Et glorificaueris eũ dũ non facis vias tuas. vbi ponitur ibi vias p̃ negociis vel operibus. Inde מִדְרָךְ Midrach. i. quãtum põt calcare vnius pedis vestigiũ: vt Deut. 2. Neq; emi dabo vobis de terra eorum quãtũ põt vnius pedis calcare vestigiũ Item דָּרַךְ Darach. tendere. s. arcũ vel sagittas. vt. Ps. 7. Arcum suum tetendit. Ps. 10. Q̃m ecce peccatores intenderũt arcũ. Ps. 36. Et intenderunt arcum suum. Ps. 63. Intẽderũt arcũ rem amarã. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Intenderũt sagittam suã verbũ amarissimum. Esa. 5. Omnes arcus eius extenti. & in eodẽ. 21. A facie arcus extenti. Hiere. 9. Et extenderunt linguã suã quasi arcum mendacii. & in eo. 51. Nõ tẽdat qui tẽdit arcũ suum. Thren. 2. Tetendit arcum suum quasi inimicus.

Iter.
Mos. cõsuetudo.
דְּרָכִים Vie.
מִדְרָךְ Quãti potest calcare vni9 pedis vestigium.
דָּרַךְ Tendere.
Extendere.

דַּרְכְּמוֹן
Solidus. drachma.

דַּרְכְּמוֹן Darchemon. drachma. solidus. vt Esdre. 2. Auri solidos q̃draginta millia & mille. Nee. 7. Auri drachmas viginti millia. & solum inuenitur in numero plurali.

דָּרוֹם
Meridies.

דָּרוֹם Darom. meridies. siue austrũ. vt Deut. 33. Mare & meridiem possidebit.

דְּרַע
Brachium
אְדְרַע
Brachium

דְּרַע Daraa. in lingua chaldaica significat brachiũ. Dañ. 2. Pectus & brachia de argento. & scribitur etiam cum aleph in principio. & dicitur אְדְרַע Edraa. Esdre. 4. Et prohibuerunt eos in brachio & robore.

דָּרַשׁ
Requirere
Exquirere
Querere

דָּרַשׁ Daras. querere. cõsulere. exquirere. reqrere. vt Geñ. 9. Sanguinem emi animarũ vestrarũ requirã. & in eodem. Et de manu fratris eius requirã animã hois. & in eo. 42. Sanguis eius exquiritur. Leuit. 10. Cũ q̃reret moyses exustũ reperit. Deut. 4. Si tñ toto corde q̃sieris eũ. & in eo. 13. Quere solicite & diligẽter rei veritate perspecta. Esdre. 10. Vt quererent rẽ. vbi ponitur דָּרְיָוֶשׁ Darios p̃ דָּרַשׁ Deros. & Ps. 9. Queretur peccatũ illi9 & non inuenietur. Ps. 13. Aut requirens deũ. Ps. 21. Laudate dñm qui requirunt eum. Ps. 33. Exquisiui dñm & exaudiuit me. Ps. 108. Et eiiciantur de habitationibus suis. pro quo beatus Hieronym9 in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ transtulit. Et querãtur in parietinis suis. Ps. 110. Exquisita in omnes volũtates ei9 Ps. 118. In toto corde meo exquisiui te. Esa. 31. Et dñm nõ

exquisierũt.& in eo.55. Querite dñm dũ inueniri põt.& in eodẽ.58.Me etenim de die in diem querunt.& in eodẽ.62 Tu aũt vocaberis quesita ciuitas.& in eodem. 65. Quesierunt me qui antea non interrogabant.Ponitur ẽt pro consulere vel interrogare.vt Geñ.25.Perrexitq; rebeca vt cõsuleret dominũ.Ezech.14.Et venerit ad prophetam vt interroget per eum me.& in eodem.20. Venerunt de senioribus israel vt interrogarent dñm.& in eo.Nunquid ad interrogandũ me vos venistis.& in voce passiua significat respõdere ad interrogata.vt in eodẽ.14.Nunquid interrogatus respõdebo eis.& in eo.20.Viuo ego quia non respondebo vobis.& inde מִדְרָשׁ Midras.i.liber in quo scribuntur res geste:eo quod in eo requiruntur res geste seu preterita. vt 2.Paralip.13.Reliqua aũt sermonũ abie viarũq; & operum eius scripta sunt diligentissime in libro addo prophete.

Consulere interrogãr

Respõdere

מִדְרָשׁ

Liber.

דָּשָׁא Dasa.germinare.pululare.Herbã facere. vt Geñ.1. Germinet terra herbam virẽtem.Ioel.2.Quia germinauerunt speciosa deserti.Inde דֶּשֶׁא Dése.i. herba. dũ est tenera & recẽs orta.Geñ.1.vt supra.& in eodem.Et protulit terra herbam virentem. Deut.32.Quasi imber super herbam.Hiere.50.Qm̃ effusi estis sicut vituli super herbã.

Germinare.

דֶּשֶׁא

Herba

דָּשַׁן Dasan. impinguare.incrassari. Pinguẽ esse. cinerem colligere.vel a cinere mundare.Deut.31.Cũq; comederint & saturati crassiq; fuerint.Ps.19. Et holocaustũ tuũ pingue fiat.Ps.22.Impinguasti in oleo caput meũ.Prouer. 11.Anima que benedicit impinguabitur.& in eodẽ.15.Alia aũt operantiũ impinguabitur.& in eo.15.Fama bona impinguat ossa.& in eo.28. Qui vero sperat in dño saluabitur.pro quo hebrei legunt.Qui vero sperat in domio impinguabitur.Esa.34.Incrassatus est adipe.& in eo.Et humus eorum adipe pinguium.Pro quo hebrei legunt.Et humus eorum adipe impinguabitur.& inde דָּשֶׁן Dasen.i.pinguis vel crassus.vt Esa.30.Eritq; vberrimus & pinguis. & in plurali דְּשָׁנִים דְּשָׁנֵי Desenim siue Disne.Ps.21.Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terre.Ps.91.Vberes & bene patiẽtes erunt.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Pingues & frondẽtes erũt. & inde לֶשֶׁן Désen.vel דָּשֶׁן Dasen.cũ accentu in prima syllaba.i.pinguedo.crassitudo.vt Iudi.9.Nũquid possum desere pinguedinem meã.Ps.66.Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.Esa.55.Et delectabitur in crassitudine aia vestra.Hiere.51.Et inebriabo aiam sacerdotum pinguedine. Item לֶשֶׁן Désen siue דָּשֶׁן Dasen.i.cinis.vt Leuit. 1.In quo cineres effundi solent.pro quo hebrei legũt. In locum cineris.& in hebreo caret nũero plurali. & in eodẽ. 6 Tolletq; cineres quos vorans ignis exussit.3. Reg.13. Et effũdetur cinis q in eo est. & inde verbũ דָּשַׁן Dasen.i.cineres colligere.vel a cinere mundare.vt Exo.27. Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres.Nu.4. Sed & altare mundabũt cinere.& inde illud psalmi.20.Et holocaustum tuũ pinguefiat: exponũt aliqui hebrei.Et holocaustũ tuũ incineretur.i.in cinerẽ redigetur sup altare holocausti.

Pingues impinguare

Pinguis.

דְּשָׁנִים

Pingues.

לֶשֶׁן

pinguedo.

Crassitudo

דָּשֶׁן

Cinis.

דָּשַׁן

Cinerẽ suscipere.

A cinere mundare

דָּת Dath.edictũ.lex.ritus.constitutio.snia.Esdre.8.Dederũtq; edicta regis satrapis qui erant de cõspectu regis. Ester.1.Scientium leges ac iura maiorum.& in eodẽ.& scribantur iuxta legem persarum atq; medorũ.& in eodem.3. Nouis vtens legibus.& in eodem.Insuper & regis scita cõtemnens.Pro quo hebrei legunt.Et leges siue edicta regis non ipsi faciunt.i.cõtemnũt.& in eodẽ.Statimq; edictũ pependit in susis.& in eodẽ.4.Et tunc ingrediar ad regẽ contra legem faciens.Dani.2.Vna est de vobis snia.& aliqñ scribitur cum aleph in fine.vt in eodem.Et egressa snia sapientes interficiebantur.Ponitur ẽt pro tributo quod datur regibus vl' principibus per singulos annos.vt Esdre.6.vt de arca regis.1.de tributis que dantur de regiõe trãs flumen.

Edictum Rex.

Sentẽtia

Tributum

דָּת

דִּתָּא Ditha in lingua chaldaica significat herbã siue fenum.Dani.4.Et cum feris pars eius in herba terre.

Herba.

דִּתָּא

דִּתַבְרַיָּא Dethabraia.in lingua chaldaica significat optimates siue magnates.& solum inuenitur in nũero plurali.Dani.3. Duces & tyrãni & optimates.

דִּתַבְרַיָּא

optimates

De incipientibus a littera.ה.He.

ה

הַ Ha. Ista particula הַ Ha. Nunq̃ reperitur sola per se sicut neq; vlla alia littera hebraica. Sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis. Et qñ preponitur: tunc cõmuniter est quasi articulus demõstrationis sicut in greco.ὁ.ἡ.τό. qui sunt articuli masculini & feminini & neutrius sicut in nostro vulgari dicitur.El.la.los.las.Et sic in hebreo dicitur הָאִישׁ Hais.i.vir cũ predicto articulo El. s.vir specialis de quo habemus aliquam cognitionem : vel de quo facta est aliqua mentio.& ideo nunq̃ apponitur nomini proprio quia est notus per se & non indiget tali articulo.nec etiam predictus articulus apponitur nomini qñ illud no mẽ iungitur cũ pnomine deriuatiuo.s.Meus.tuus suus.noster.vester.Nisi in paucis admodũ locis:vt Ios.7. Et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei. vbi huic nomini tabernaculi mei in hebreo preponitur predictus articulus & dicitur הָאָהֳלִי Haaholi.Et quãtum memoria teneo solum inuenitur in predicto loco. In aliis vero locis semper apponitur nomini quod non habet post se pnomen adiunctum.vt Geñ.42.Locutus est nobis dñs terre dura.pro quo in hebreo habetur. Locutus est nobis vir dominus terre dura.vbi preponitur predicta particula הַ Ha huic dictioni vir.Exo.11.Fuitq; moyses vir magnus valde. Pro quo in hebreo habetur.Etem̃ vir moyses magnus valde.s.fuit הָאִשָּׁה Haisa.i.mulier cum predicto articulo.la.vt Geñ.3. Mulier quã dedisti mihi sociã.הָאֲנָשִׁים Haanasim. idest viri.cum predicto articulo los. vt Geñ.34. Irati sunt valde.pro quo in hebreo habetur.Irati sũt viri valde.Exo. 35. Viri cum mulieribus prebuerũt.הָנָּשִׁים Hanasim.i.mulieres cum predicto articulo.las.vt in eodem.15.Egressiq; sunt oẽs mulieres post eam.& predictus articulꝰ הַ Ha preponitur omnibus casibꝰ & generibꝰ & nũeris. Nomiatiuo vt הָאָרֶץ הָיְתָה Haares haitha.i.terra erat. vt Geñ.1. Terra aũt erat inanis & vacua.genitiuovt מִקְוֵה הַמַּיִם Micue hamaim.i.cõgregationem aquarum.vt in eodem. Cõgregationesq; aquarũ vocauit maria:Datiuo vt עַל הָאָדָם Al haadam.i.homini.vt in eodẽ.2..Precepitq; ei dicens.Pro quo in hebreo habetur.Precepitq; dñs deꝰ homini siue ipi dicens.Accusatiuo ut אֵת הַשָּׁמַיִם Eth hasamaim.i.celos. vt in eodem.1. In principio creauit deus celum & terrã.Vocatiuo vt הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם Haazinu hasamaim.i. audite celi.vt Deut.32.Audite celi que loquor. Ablatiuo vt בְּיוֹם הַשְּׁמִינִי Baiom hasemini.i.in die octauo.vt Leuit. 9.Facto aũt octauo die.& aliqñ ponitur pro hoc articulo vocãdi.o. vt הַמֶּלֶךְ Hamelech.i.o.rex.vt Iudi.3.Verbũ secretũ habeo ad te. o rex הַשַּׂר Hasar.i.o princeps.vt.4 Reg.9.Verbum mihi ad te o princeps.& in eo. At ille dixit ad te o princeps. הַנַּעַר Hanaar.i.o adolescens.vt.1.Reg.17. De qua progenie es. o adolescẽs הָרֹאֶה Haroe.i.o videns.vt.2.Reg.15. O videẽs reuertere in ciuitatem הַכֹּהֲנִים Hacohanim.i.o sacerdotes. vt Malach.1.O sacerdotes qui despicitis nomen meum.Et secũdũ hebreos nunq̃ preponitur nomini proprio predictus articulus:nisi tm̃ nominibus appellatiuis. Et licet preponatur huic nomini ade tamẽ preponitur ei prout est no

Articulus nomiatiui

Articulus genitiui.

Articulus datiui.

Articulus accusatiui.

Articulus vocatiui.

Articulus ablatiui.

Articulus vocandi.

mẽ appellatiuum & significat hominem. Significat ẽt q̃si
Ille. ꝓnomẽ demõstratiuũ. vt הָאִישׁ Hais.i.ille vir.vt.2.Reg.12
Tu es ille vir qui feciſti hãc rem.vbi pro eo quod in lĩa no-
ſtra eſt ille vir in hebreo habetur Hais. הָאִשָּׁה Haiſa.i.illa
mulier.vt.1.Reg.1.Ego ſum illa mulier que ſteti coram te
hic הָרְחָבָה Archaba.i.illa latiſſima.Hiere.51.Murus baby-
lonis ille altiſſimus. debet legi latiſſimus.& in hebreo mu
rus eſt generis feminini.& aliq̃n ſignificat emphaſim.i. ni
miam quandã expreſſionem vel excellentiam.Sicut apud
latinos. Alexander ille magnus.Sic apud hebreos.dicitur.
הָאֱלֹהִים Haelohim ſiue הָאֵל Hael.i.ille de⁹ qui eſt ſup oẽs
deos. הַגָּדוֹל Hagadol.i.ille magn⁹.הַגִּבּוֹר Hagibor.i.ille po
tens.הַנּוֹרָא Hanora.i.ille terribilis vt Deut.10.De⁹magn⁹
& potens & terribilis.vbi omnibus his dictionibus preponi
tur predictus articulus הַ Ha.vt הָעַלְמָה Haalma.i. virgo cũ
predicto articulo.vt Eſa.7.Ecce uirgo cõcipiet & pariet fi-
lium. Apponitur etiam hec littera הַ cum apice patha no-
mini uel pronomini aut uerbo. Et eſt articul⁹ interrogãdi
Nunquid. uel dubitandi:& ſignificat nunquid uel nun.vt Geñ.4.Nũ
Nun. quid cuſtos fratris mei ego ſum.& in eodem.18. Nun vere
paritura ſum.& in eodem.20.Nun gentem ignorantem &
iuſtam interficies.& in eodem.27.Nun vnã tm̃ benedictio
nem habes.& in eodẽ.54.Nunquid vt ſcorto abuti debue
re ſorore noſtra.& in eodẽ.37.Nunquid rex noſter eris.Et
in eodem.41.Nun inuenire poterim⁹ talem uirũ.& Exo.
2.Nun occidere me uis.Nu.11.Nunquid ego concepi oẽm
hanc multitudinẽm.& in eodem.16.Nun parum uobis eſt.
Iob.4.Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabitur. Et
ſic in aliis q̃ plurimis locis. Item ponitur pro forſitan. vt
Forſitan. Exo.14.Forſitã non erãt ſepulchra in egypto.Iob.11.For-
ſitan veſtigia dei cõprehendes. Item ſiguificat vtrũ. Geñ.
Utrum. 24.Vtrum proſperum iter ſuum feciſſet deus.& in eodem
27.Vtrum tu ſis filius meus eſau.& in eo.37.Vide vtrũ tu
nica filii tui ſit.& in eodem.42.Vtrum falſa an vera ſint.
Exo.16.Vt tentem eũ vtrum ambulet in lege mea.Nu.11.
Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur.
& in eo.13.Vtrũ fortis ſit an infirmus.ponitur etiam in pre
An. dicto loco pro An. & in eodẽ.16.An & oculos noſtros vis
eruere. &.1.Reg.21.An deſũt nobis furioſi.Iob.40.An ex
trahere poteris leuiatan hamo.Item ponitur pro hac par-
Si. ticula.Si.interrogatiue vel dubitatiue.vt Geñ.8. Vt vide-
ret ſi iam ceſſaſſent aque·& in eo.43.Si pater viueret:ſi ha
beremus fratrem.& Exo.4.Vt videam ſi adhuc viuãt.Ps.
13.Vt videat ſi eſt intelligens.Ps.57.Sivere vtiq̃ iuſtitiam
loquimini.Item ponitur pro.Ne.Interrogatiue uel dubi-
Ne. tatiue aut admiratiue.vt.3.Reg.13.Tu ne es vir dei qui ve-
niſti de iuda.& in eo.17.Etiam ne viduã apud quam ego
Ecce. vtcũq̃ ſuſtentor afflixiſti.& in eodem.18.Tu ne es ille qui
cõturbas iſrael.Item ponitur pro ecce.vt Iob.26.Ecce gi-
gantes gemũt ſub aquis.Et qñ apponitur verbo vel parti-
Qui. cipio aliquãdo ponitur pro noñe relatiuo.ſ.qui.que.quod.
vt Geñ.2.Ipſe eſt qui circuit oẽm terrã euila⁹.& in eodẽ.
24.Quis eſt ille homo qui venit per agrum.Ioſ.10.Et ait
ad principes qui ſecũ ierant.vbi ponitur הַהֹלְכִי Hehalchu.
ideſt qui ierant vel qui ambulauerant.& Eſdre.10.Omnes
viri qui duxerũt vxores alienigenas. Eſter.1. Qui regna-
uit ab india vſq̃ ad ethiopiam. Habet fortaſſe & alios mo-
dos ſignificãdi:qui poſſunt reduci ad ſupradictos. De quo
vide in ſuperiori tractatu grãmatice.

He. הַהּ Hah.interiectio eſt dolentis.pro quo beatus Hierony-
mus tranſtulit. Ve.vt Ezech.30.Vlulate ve diei. & ali-
quãdo ſcribitur cũ aleph in prĩcipio.& dicitur אֲהָהּ Ahah.
De quo vide ſupra in littera aleph.

הִנֵּה He.ecce.vt Geñ.47.Accipite ſemina & ſerite agros. הִנֵּה
Ecce. Pro quo hebrei legunt.Ecce vobis ſemen & ſerite ter-
rã.& Ezech.16.Quapropter & ego vias tuas in capite tuo
dedi.pro quo hebrei legunt.Et etiam ego ecce viam tuam
in capite.ſ.tuo dedi.

הָבַב Habhab..offerre.vt Oſee.8.Hoſtias offerent. & ſo-
Offerre lum inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui he-
brei ꝙ deriuatur a dictione יָהַב Iahab.que ſignificat addu
cere vel afferre ſiue offerre. Alii vero dicũt ꝙ ſignificat cõ
cremare ſiue aſſare.quia idem ſignificat in lingua chaldai
ca & arabica.

הָבָה Haba.aduerbium eſt exhortandi vel inuitandi.ſ.cia.
Venite. age. agite. beat⁹Hieronym⁹tranſtulit venite.Geñ.11
Venite faciam⁹lateres. De q̃ vide ifra in dictiõe יָהַב Iahab.

הֶבֶל Habal.euaneſcere.ſiue vanũ eſſe. Aut vane agere: vel
Vane agere vane loqui.vt. 4.Reg.17.Secutiq̃ ſũt vanitates & va-
Vana loq. ne egerũt.Iob.27.Et quid ſine cauſa vana loquimini.Hie
re.2.Et ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt. &
Vanum cꝫ inde הֶבֶל Hébel ſiue הֶבֶל Hábel.i.vanitas aut vanum.& in
הֲבָלִים plurali הֲבָלִים Habalim.i.vanitates aut vana.vt Eccl's.1. Va
Vanitas. nitas vanitatum dicit eccl's: vanitas vanitatũ & oĩa vanitas.
Vanitates & in eo. Vidi cũcta que fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vani-
tas.& in eodẽ.2.Et eſt quicq̃ tam vanũ. & in eo. Adoleſcẽ
Vanum tia & voluptas vana ſunt. Deut.32.Irritauerũt me in vani-
tatibus ſuis.Hiere.10. Vana ſunt & opus riſu dignũ.Põitur
Sculptilia etiam pro idolis vel pro ſculptilibus .vt in eodem.14. Nũ-
quid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluat.

הֵבֶן Haben.gen⁹ eboris.Sed quia eſt dictio obſcura & inu-
Hebenini ſitata.ideo btũs Hieronym⁹poſuit in trãſlatiõe ipſum
הֲבָנִים hebraicũ.vt Ezech.27.Dẽtes eburneos & hebeninos. vbi
ponitur in hebreo הֲבָנִים Habnim.in nũero plurali.& ſolũ
inuenitur in predicto loco.Et dicunt aliqui hebrei ꝙ ſigni
ficat quoddã genus ligni pulcherrimi.

הֹבֵר Hober augur.aſtrologus.vt Eſa.47.Stent & ſaluent
Augures. te augures celi qui contemplantur ſydera.lxx. vero
Aſtrologi. ſic tranſtulerunt.Stent & ſaluam te faciant aſtrologi celi.&
ſolum inuenitur in nũero plurali & in predicto loco.

הָגָה Haga.meditari.loqui.clamare.ſonos ſeu verba profer
Meditari. re.rugire.gemere.amouere.auferre.vt Iob.27.Neq̃
lingua mea meditabitur mendacium. Ps.1. Et in lege eius
meditabitur die ac nocte.Ps.2.Et populi meditati ſunt ina
nia.Ps.62.In matutinis meditabor in te.Ps.70.Sed & lin-
gua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.i. loquetur.
Ps.76.Et meditabor in oĩbus operib⁹tuis.Eſa.33.Cor tuũ
meditabitur timorẽ.& in eo.37.Meditat⁹eſt in ſpiritu ſuo
duro per diẽ eſtus.Sed dicunt hebrei ꝙ in predicto loco ſi-
Amouere. gnificat amouere vel auferre·& ſic legunt. Amouit ſiue ab-
Loqui ſtulit in ſpiritu ſuo duro.& in eodẽ.59.Concepim⁹ & locu
Clamare ti ſumus de corde verba mendacii.ponitur ẽt pro clamare.
vt.Ps.113.Nõ clamabũt in gutture ſuo.& btũs Hieronym⁹ Sonare
in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Nõ ſonabunt in gutture
ſuo.Eſa.8.Qui ſtridẽt in incantationibus ſuis.pro quo he-
brei legunt.Qui garriũt & clamãt vel ſonant aut loquũtur
Item ſignificat rugire vel gemere.vt Eſa.31. Quomõ ſi ru Rugire
giat leo & catulus leonis ſup predam ſuã.& in eo.59.Et q̃ſi Gemere
columbe meditantes gemem⁹.& ſupra in eodẽ. 38. Medi
tabor vt colũba.i.gemã vel rugiam vt colũba. Inde הֶגֶה הֹגֶה
He ge.i.ſonus.ſermo.locutio.gemit⁹.vt Iob.37.Et ſonum de Sonus
ore eius procedẽtẽ.&.Ps.59.Sicut aranea meditabuntur.
Pro quo beat⁹Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trãſtu
lit.Quaſi ſermonẽ loquẽs.ponitur etiã pro gemitu.pro q̃
beat⁹Hieronymus tranſtulit carmẽ.ſ.lugubre vel triſte. vt Carmen.
Ezech.2. Et ſcripte erant in eo lamentationes & carmen

& ve.& aliqñ ſcribitur cum duplici gnimal.& ſignificat clamorem vel rugitum aut meditationem.vt.Ps.5. Intellige clamorem meum.& beatus Hieronymus tranſtulit.Intelli ge rugitum meum.Ps.38.In meditatione mea exardeſcet ignis.& aliqñ ſcribitur cum tau in fine & dicitur הגות Haguth.vt.Ps.48.Et meditatio cordis mei prudentia. Inde הגיון Higaion.i.meditatio.vt.Ps.9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.pro quo hebrei legũt. In operibus manuum ſuarum corruit impius meditatio ſemper.ſiue meditatione ſemper.Ps.18.Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.Ponitur etiam pro cantico.vt.Ps.91.Cum cãtico in cithara.Item הגה Haga.amouere.auferre.2.Reg.20.Amoto ergo illo de via tranſibat oĩs vir.& Prouer.25.Aufer rubiginem de argento.& in eodẽ. Aufer impietatem de vultu regis.

Ragitus Meditatio הגות Meditatio הגיון Meditatio Canticum הגה Amouere. Auferre.

הגן Hagan.ſeparatũ.vt Ezech.42.Que via erat añ veſtibulũ ſeparatum per viam oriẽtalẽ ingredientibus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt ſeparatum in hebreo habetur הגנה Hagina.& ſolum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei ף ſignificat rectum ſiue directum. Tamẽ ſi illa particula ה Ha eſſet articularis ſicut ſupra in principio huius littere dictum eſt.Tunc dictio גנה Gina ſignificat hortum ſiue pomerium.& tunc poterit eſſe talis littera.ſ.que via erat ante veſtibulum ſiue ante peribolum horti ſiue pomerii per viam orientalem ingrediẽtibus. Alii vero dicũt ף predicta dictio deriuatur a dictione נגן Nagan.que ſignificat canere vel pſallere.& legũt.Que via erat ante peribolum vel clauſuram organizationis vel cantici.i. vbi leuite canebant laudes deo.& huius opinionis eſt Nicolaus de lyra cui concordat tranſlatio chaldaica.

Separatũ הגנה

Cantre.

הד Hed.laus.ſiue gloria.vt Ezech.7. Prope eſt dies occiſionis & non glorie montium.& dicunt hebrei ף ſignificat ſonitum ſiue clamorem aut reſonantiam.Et ף deriuatur a ſequenti dictione que ſignificat ſonitum vel clamorẽ Alii vero dicunt ף deriuatur a dictione הוד Hod.que ſignificat laudem vel gloriam.ſicut eſt in littera noſtra. De quo infra dicetur.

Gloria

הדד Hedad.ſonitus.ſtrepitus.clamor.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vocem calcãtium.Eſa.16.Vox calcantium irruit.& in eodem. Vocem calcantium abſtuli.i. clamorem vel ſtrepitum quem calcantes in torculari faciũt Quod etiam dicitur celeuma.vt Hiere.25. Celeuma quaſi calcantium concinetur.& in eodem.48.Nequaq̃ calcator vue ſolitum celeuma cantabit.& in eodem.51. Et ſuper te celeuma cantabitur.in quibus locis ponitur predicta dictio pro celeuma.Et ſcribitur cum iod in prima ſyllaba.

Clor calcãtium. Clamor Celeuma.

הדברי Hadabre ſiue הדברא Hadabraia in lingua chaldaica ſignificat optimates ſiue principes. & ſolum inuenitur in numero plurali.Dañ.3.& ait optimatibꝰ ſuis.

optimates

הדה Hada.extendere.mitere.ſ.manũ.vt Eſa.11.Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manũ ſuam mittet.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

Mittere.

הדך Hadach.conculcare.conterere.vt Iob.40. Et contere impios in loco ſuo.& ſolũ inuenitur in predicto loco.

Conterere

הדם Hadom.ſcabellum.vt Ps.109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Eſa.66. Terra autem ſcabellum pedum meorum. Item הדם Hadem.in lingua chaldaica ſignificat ſcidere:aut in fruſta ſecare & inde הדמין Hadamin.i.fruſtra ſeu fragmenta. Dañ.1. Peribitis vos.pro quo hebrei legunt.in fruſta concidemini.& in eodem.3.Diſpereat:& domus eius vaſtetur.pro quo hebrei legunt.In fruſta concidatur.

Scabellũ. הדם Scindere. הדמין Fruſta.

הדס Hadas.myrtus.vt Nee.8.Frõdes myrti & ramos palmarum.Eſa.41. Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinã & myrtum.& in eodem.55. Et pro vrtica creſcet myrtus. & in plurali הדסים Hadaſim. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Myrteta.Zach.1.Et ipſe ſtabat inter myrteta que erant in profundo.

Myrtus הדסים Myrteta

הדף Hadaph.impellere.expellere. ſubuertere. vt Nu. 35. Si per odium quis hominem impulerit.Deut.6.vt deleret omnes inimicos tuos coram te.pro quo hebrei legũt. Vt expellat omnes inimicos tuos coram te. Prouer.10. Et inſidias impiorũ ſubuertet.Eſa.22.Et expellam te de ſtatione.Hiere.46.Non ſtetit:quoniam dominus ſubuertit eum Ezech.34.Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis.i.expellebatis vel impellebatis.

Impellere Expellere. ſubuertere Impigere

הדר Hadar.decorare.honorare.gloriare.glorificare.vt Leuit.19.Et honora perſonã ſenis. Prouer. 25. Ne glorioſus appareas coram rege.i.ne glorieris coram rege ſeu ne glorificeris.Threñ.4.Faciem ſenum non erubuerunt. Pro quo hebrei legunt. Facies ſenum non ſunt honorate. vel non ſunt decorate. Dañ.5.Deum qui habet ſtatum tuũ in manu ſua non glorificaſti.Exo.23.Et pauperis non miſererearis in iudicio.pro quo hebrei legunt.Et pauperẽ non honorabis ſiue non decorabis in iudicio. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.& inde הדר Hadar ſiue הדר Heder.i.pulcher ſiue decorus:aut pulchritudo vl decor.vt Leuit.23. Sumetiſq; vobis die prio fructꝰ arboris pulcherrime.Ps.95.Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.Ps. 103.Cõfeſſionem & decorem induiſti. Dañ.11. Et indignꝰ decore regio. Ps.144.Magnificentia glorie ſanctitatis tue loquetur.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatẽ tranſtulit decorẽ glorie magnitudis tue & verba mirabilium tuorum loquar. Dañ.4. Et in gloria decoris mei.& aliqñ ſcribitur cũ tau in fine.vt.Ps.95. Adorate dñm in atrio ſancto eius.pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit. Adorate dominum in decore ſanctuarii.2.Paralip.20.Vt laudarent eũ in turmis ſuis. pro quo hebrei legunt. Et laudarent decorẽ ſanctuarii.ſiue decorem ſanctum aut in decore ſanctuarii. Ponitur etiam pro dignitate. vt Prouer.14. In multitudie populi dignitas regis.i.gloria ſiue decor regis.& in plurali הדרי Hadre.pro quo in noſtra tranſlatione habetur ſplẽdores.Ps.109.In ſplendoribus ſanctorum.Sed beatꝰ Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem pro הדרי Hadre.legit הדרי Harere cum duplici res.i.montes.vbi ſic tranſtulit.In montibus ſanctis.Et hec varietas cõtigit propter ſimilitudinem res & daleth: que ſunt quaſi vnius figure.& fortaſſe in libris antiquis erat ſcriptũ הדרי Harere cũ duplici res. Inde הדור Hadur.i.decorus glorioſus ſiue formoſus.vt Eſa.63.Iſte formoſꝰ in ſtola ſua.& in pſali הדורים Hadurim.vt in eodem.45.Et glorioſos terre humiliabo. Hebrei tamen dicunt ף in predicto loco ſignificat anfractus:ſiue abrupta:vel circuitus viarum:aut vias non rectas. & ſic legunt.Et diſtorta.i.ea que non ſunt recta rectificabo ſiue anfractus vel abrupta.ſ. viarum equabo.Item הדר Hadar in lingua chaldaica ſignificat reuertere. Dañ.4. Et ad honorem regni mei decoremq; perueni.pro quo hebrei legunt.Et ad honorem regni reuerſus ſum ſiue reductꝰ ſum.

Dignitas. הדרי ſplẽdores. Montes. הדור Formoſus הדורים Glorioſi הדר Reuertere

הו Ho.ve.Interiectio dolentis.vt Amos.5.Et in cũctis que foris ſunt dicetur ve.ve.& ſolũ inuenitur in pdicto loco.

הוא Hu.pronomen eſt tertie perſone aut verbum ſubſtantiuum.ſ.ipſe vel ipſum.ille vel illud.iſte vel iſtud.is vl id. eſt vel fuit.Gſñ.J.Ipſe eſt qui circuit omnem terram eui

Ipſe.

Ipsum. Ille. Iste.

lath.& in eodem.Ipsum est nomen eius.Et in eodē.18.Ipe vero stabat iuxta eos.& in eo.27. Quis igitur ille est qui dudū captam venationem attulit mihi.Exo.6.Iste est aarō & moyses.& in eo. Iste est moyses & aaron. Ester.7. Quis est iste & cuius potentie.Et accipitur etiam in genere neutro:quia hebrei non habent gen⁹ neutrum:sed pro eo vtū tur cōiter genere masculino & aliquando feminino.Scribi tur etiam הוא Hi cum vau in medio dictionis. & cum puncto hiric in genere femínino.s.ipsa.illa.ista.vt Gen̄.3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno.pro quo in hebreo habetur.Ipsa dedit mihi de ligno. & in eodem. Ipsa conteret caput tuum.Sed in predicto loco in codicib⁹ hebreorum scribitur הוא Hu cum puncto surec:quod interpretatur ipse vel ipsum & refertur ad semen:De quo supra dixerat:inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuum & semen illius.Vtroq; tñ mō legi potest: quia eisdē litteris vtrūq; scribitur in hebreo scilicet ipsum & ipsa.Et in eodem.17. Delebitur anima illa de populo suo. & in eodem.24.Ipsa est mulier quam preparauit domin⁹ filio domini mei.& sic in aliis locis ponitur הוא Hi.cum vau in medio dictionis in genere femínino.Item ponitur הוא Hu.p hoc nomine relatiuo quis vel qui.vt Gen̄.14.Qui habitabat in sodomis.& in eodē. Qui habitabat in conualle mābre.Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo Sum es fui. vt Gen̄.20.Quia propheta est. & in eodem. In omni loco ad quem ingrediemur dices q frater tu⁹ sim.Deut.32. Videte q ego sim solus. Vide etiam de hoc infra in dictione הָוָה Haua.

Ipsa

הוא

Illa.

הוא

Qui.

Hod.gloria.laus.confessio.honor. decor siue species. Nu.17.Et dabis ei precepta cunctis videntibus & partē glorie tue.2.Paralip.29.Et tibi laus.s.est.& Iob.39. Gloria narium eius terror.Ps.103.Confessionem & decorē induisti.Ps.148.Confessio eius super celum & terrā. Hiere. 22.Ve domine:ve inclyte.Pro quo hebrei legunt.Ve domine siue ve domino & ve glorie eius.Dañ.11.Et non tribuetur ei honor regius. Osee.14. Et erit quasi oliua gloria eius.Zach.10. Quasi equum gloria eius in bello. Significat etiam decorem siue speciē.1. Paralip.7. Soror autem eius regina peperit virum decorū.Dañ.10. Et species mea immutata est in me.

הוֹד

Gloria.

Confessio.

Honor.

Decorus.

Species

Haua.verbum est substantiuū.s.sum es fui.vt Gen̄.27. Esto dominus fratrum tuorū.Esdre.4. Nam & reges fortissimi fuerunt in ierusalem.Nec.8.Et leuare te velis super eos in regē.Pro quo hebrei legunt.Et tu es sup eos rex siue & tu velis esse super eos rex. Eccls.2. Quid enim p̄derit homini de vniuerso labore suo.pro q̄ he.le.quid eñ est homini de vniuerso labore suo.Et aliquando scribitur cum aleph in fine.vt in eodem.11.In quocūq; loco ceciderit ibi erit.& Iob.37.Qui precipit niui vt descendat in terrā.Pro quo hebrei legunt. Qui precipit niui esse in terra.i.vt descendat in terram sicut est in littera nostra. Dañ.2. Tu rex videbas.Pro quo hebrei legunt.Tu rex videns eras. & aliquando scribitur cum lamed in principio & aleph in fine loco he. Dañ.2.Sit nomen domini benedictum in secula.vide etiam de hoc infra in dictione הָיָה Haia.Item הוֹה Houa siue הָוָה Haua aut הָוָת Hauath.i.calamitas.vanitas.insidie. iniquitas.peruersitas.vt Iob.6.Et calamitas quam patior. Esa.47.Irruet super te calamitas quam non poteris expiare.Ponitur etiam pro vanitate.Ps.51.Et preualuit in vanitate sua.Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit.Confortatus est in insidiis suis.Prouer.10.Insidias impiorum subuertet.Michee.7.Et magn⁹ locutus est desiderium anime sue.Pro quo hebrei legūt. Et magnus locutus est iniquitatem vel peruersitatem anime sue.Sed mutando he primum in aleph:tunc potest significare desiderium.& in plurali.הָוֹת Hauoth.Ps.37.Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates.sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit insidias.Ponitur etiam pro iniustitia. vt. Ps.51. Iniustitiā cogitauit lingua tua.Pro quo beatus Hieronymus transtulit in predicto psalterio.Insidias cogitat lingua tua.Ps.54 Et labor in medio eius & iniustitia. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit.Insidie in vitalibus eius.Ponitur etiā pro iniquitate.vt.Ps.56.Donec transeat iniquitas.Sed etiam in hoc loco beatus Hieronym⁹ in predicto psalterio transtulit.Donec transeant insidie. Et dicūt aliqui hebrei q̄ ab hac dictione deriuatur verbum הֲהוֹתְתוּ Thehothethu.Pro quo.lxx.trāstulerunt irruitis. vt. Ps.61. Quousq; irruitis in hominem. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit. Vsquequo insidiamini contra virum.

Infidie Iniquitas

הָוֹת

Vanitates

Iniustitia.

Irruere

Insidiari.

הוֹי Hoi.ve.interiectio dolentis.siue o.quod est aduerbium vocatiui casus.vt Esa.1. Ve genti peccatrici.& in eodem 5. Ve qui coniungitis domum domui.& in eodem. Ve qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis.& in eodē. Ve qui dicunt malum bonum & bonum malum. & in eodem. Ve qui sapientes estis in oculis vestris.& in eodem. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum.& in eodem.10. Ve qui cōdunt leges iniquas.& in eodem. Ve assur virga furoris mei & Hiere.22.Non plangent eum ve frater & ve soror:non concrepabunt ei ve domine & ve inclyte.& in eodem.47. O mucro domini vsquequo non quiesces. & Zach.2.O. O fugite de terra aquilonis.& in eodē.2.O sion fuge.Esa. 55.Omnes sitientes venite ad aquas. Pro quo hebrei legunt. O omnes sitientes venite ad aquas.& aliquando scribitur sine Iod.& dicitur הו Ho de quo supra dictum est.

הוֹי

Ve.

O.

Hon.diuitie: siue multitudo aut abundātia diuitiarum. substantia.sufficientia.satis.vt.Ps. 118.Sicut in omnib⁹ diuitiis.Prouer.11.Non proderunt diuitie in die vltionis. Et in eodem.13.Et quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Et in eodem.19.Diuitie addunt amicos plurimos.Ponitur etiam pro substantia.vt Prouer.1.Omnem pretiosam substantiam reperiemus.& in eodem.3.Honora dominum de tua substantia.Et in eodem.6.Omnem substantiam dom⁹ sue tradet.Et in eodem.10.Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.Et in eodem.13. Substantia festinata minuetur. Et in eodem.24. Vniuersa substantia preciosa & pulcherrima.Significat etiam satis vel sufficientia. vt Prouer.30.Et quartum q̄ nunquam dicit sufficit.Et in eodem. Ignis vero nunq̄ dicit sufficit.Ponitur etiam pro precio.vt.Ps.43 Vendidisti populum tuum sine precio.idest sine substantia vel sine diuitiis.

הוֹן

Diuitie

Substātia

sufficientia.

Precium

Haza.dormitare secundum hebreos.& inde הָזִים Hozim.idest dormitantes.Pro quo beatus Hieronymus transtulit.videntes vana.quasi חֹזִים Chozim cum littera cheth.Esa.56.Videntes vana dormientes & amantes somnia.& solum inuenitur in predicto loco.

הָזָה

הָזִים

Vana.

Hi.ve.Interiectio dolentis.vt Ezech.2. Et scripte erant in eo lamentationes & carmen & ve.& solū inuenitur in predicto loco.

הִי

Ve.

Hi .pronomen est tertie persone generis femínini.i. ipsa.illa.ista.ea.eadē.vt Gen̄.20.Et ipsa ait frater meus est.Iudi.4.Que iudicabat populum.Et in eo . Et sedebat sub palma que nomine illius vocabatur . Pro quo he-

הִיא

Ipsa.

הִיא brei legunt. Et ipſa ſedebat ſub palma debbora. Threñ. 1. Habitauit inter gentes pro q̄ in he. hī ipſa habitauit inter gētes. Et aliquando ſcribitur cū vau in medio dictiōis ſicut ſupra dictum eſt in dictione הוּא Hu. Ponitur etiam pro hoc verbo ſubſtantiuo ſum es fui. vt Geñ. 12. Quare non indicaſti mihi q̄ vxor tua eſſet. Et in eodem. 20. Dixitq̄ de ſara vxore ſua ſoror mea eſt. Ps. 118. Quia in eternum mihi eſt.

Ipſa.

Eſſe.

הָיָה Haía eſſe. verbum ſubſtantiuum. egrotare. euaneſcere. vt Geñ. 6. Noe vir iuſtus atq̄ perfectus fuit in' generationibus ſuis. Et in eodem. 10. Ipſe cepit eſſe potens in terra: & erat robuſtus venator coram domino. Et in eodē. Fuit autem principium regni eius babylon. Et in eodem. 21. Et fuit cum eo. Et in eodem. 26. Sit iuramentum inter nos. Exo. 3. Ego ſum qui ſum. & in eodem. Qui eſt miſit me ad vos. Et in eodem. 9. Ecce manus domini erit ſuper agros. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hominum. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio ſaul. Et i eo. 7. Ego ero ei in patrē & ipſe erit mihi in filium. Dañ. 1. Fuit autem daniel vſq̄ ad annum primum cyri regis. Et aliquando ſcribitur ſine he finali. vt in aliquibus locis ſupradictis. Scribitur etiam aliquando cum duplici iod. vt Geñ. 24. Soror noſtra creſcas in mille millium. Pro quo in hebreo habetur. Soror noſtra tu ſis in mille millium. 2. Reg. 15. Si veneris mecum eris mihi oneri. & a predicta dictiōe: & a ſupradicto verbo הָוָה Hauа. deriuatur nomen domini tetragrammaton quod ſcribitur quattuor litteris. ſcilicet. Iod. he. vau. he. & ſignificat eſſe vel eſſentiam. pro quo beatus hieronymus & alii interpretes traduxerunt dominum: & etiam hebrei pro hoc nomine legunt אֲדֹנָי Adonái. ideſt dominus. de quo vide ſupra in dictione אָדוֹן Adon. Et aliquando predicta dictio הָיָה Haía. pōitur p̄ hoc verbo. fio. fis. fit. vt Geñ. 1. Fiat lux & facta eſt lux. Et in eodem. Fiat firmamentū in medio aquarum. Et in eodem. Et factum eſt ita. Et in eodem. Fiant luminaria. & Ruth. 1. Et factum eſt in diebus vnius iudicis. Threñ. 3. quis eſt iſte qui dixit vt fieret. Ezech. 1. Factum eſt verbum domini ad ezechielem filium buzi. Et in eodem. 6. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens. Et in voce paſſiua aliquando recipit nun in principio. vt Deut. 4. Si facta eſt aliquando huiuſcemodi res. Iudi. 19. Nunquam res talis facta eſt. Prouer. 13. Deſiderium ſi compleatur delectat animam. Pro quo hebrei legunt. Deſiderium factum. ideſt completum delectat animam. Significat etiam infirmari ſiue languere: quando ſcribitur cum nun in principio. vt Dañ. 8. Et ego daniel langui & egrotaui per dies. Item ſignificat euaneſcere ſiue perire. pro quo beatus hieronymus tranſtulit fugit. vt Dañ. 2. Et ſomnus eius fugit ab eo.

Fieri.

Languere Euaneſcere

הֵיךְ Hech. Quomodo. vt. 1. Paralipo. 13. Quomodo poſſum ad me introducere Arcam dei. Dañ. 10. Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo.

Quomodo.

הִים Him. Turbare. tumultuari. perdere. interficere. Ps. 54. Contriſtatus ſum in exercitatione mea & cōturbatus ſum. Michee. 2. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Et aliquando ſcribitur ſine iod. vt Deut. 7. Et interficiet illos donec penitus deleantur. Vbi vltimum mem non eſt de ſubſtantia dictionis: ſed eſt pronomen relatiuum numeri pluralis. & Ruth. 1. Velox apud cunctos fama percrebuit. Pro quo hebrei legunt. Et conturbata eſt omnis ciuitas ſuper eis. Siue tumultuata eſt omnis ciuitas ſuper eis. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum. Vide etiam de hoc infra in dictione הָמָם Hamam. & in dictione הָמָה Hama. Et inde מְהוּמָה Mehuma. ideſt perturbatio. pauor. interfectio. vt Deut. 7. Donec penitus deleantur. Pro quo hebrei legunt. Perturbatione ſiue interfectione magna nimis. Et. 1. Reg. 5. Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus.

Cōturbare Tumultuari. Interficere

מְהוּמָה Perturbatio. Pauor

הִין Hin. Velle. paratum eſſe. vt Deut. 1. Cumq̄ inſtructi armis pergeretis in montem. Pro quo hebrei legunt. Et voluiſtis aſcendere in montem: ſiue parati fuiſtis aſcendere in montem. Et dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur a dictione הֵן Hen: que ſignificat ecce. Item. הִין Hin. Menſura erat liquidorum. vt Exo. 29. Et quartam partem Hin. Et Nume. 28. Et quartam partem Hin vini.

Velle. paratū eſſe.

הִין Hin genus menſure.

הֵיכָל Hechal. Templum. palatium. & communiter ſcribitur cum iod in prima ſyllaba. vt. 3. Reg. 6. Et porticus erat ante templum. Ps. 5. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Ps. 10. Domiuus in templo ſancto ſuo. Ps. 143. Circum ornate vt ſimilitudo templi. & Eſa. 6. Et ea que ſub ipſo erant replebant templum. Et in eodem. 39. Et erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini: templum domini: templum domini eſt. Et ſecundum hebreos ponitur ibi templum ter eo quod in tres partes erat diuiſum. ſcilicet in domum exteriorem que dicebatur porticus. Et in domum mediam in qua erat menſa & candelabrum. Et in domum interiorem in qua erat arca & cherubin que dicebatur oraculum ſiue ſanctum ſanctorum. Dañ. 1. Et qui poſſent ſtare in palatio regis. Amos. 8. Et ſtridebunt cardines templi. Et in plurali. הֵיכָלִים Hechalim: ſiue הֵיכְלֵי Hechle. ſecundum terminationem nominum maſculinorum ſiue. הֵיכָלוֹת Hechaloth. Secundum terminationem feminínorum. vt. Ps. 44. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te. ideſt a templis vel a palatiis eburneis. Prouer. 30. Stellio manibus nititur & moratur in edibus regis. ideſt in palatiis regis. Ponitur etiam pro delubris. Eſa. 13. Et ſyrene in delubris voluptatis. Oſee. 8. Et oblitus eſt iſrael factoris ſui & edificauit delubra.

Templum

Palatium

הֵיכָלִים Domus. Templa. Palatia. Ædes.

Delubra.

הָבַר Hacar. Opprimere. Iob. 19. Et non erubeſcitis opprimentes me. Et aliqui hebtei dicunt q̄ ſignificat impudenter agere. ſiue ingratum eſſe. Quia in lingua Arabica ſignificat impudentiam. Vnde in predicto loco ipſi legunt. Et non erubeſcitis impudenter agitis contra me: ſiue ingrati eſtis mihi. Et inde הָכָרַת Hacarath. ideſt impudentia ſiue ingratitudo. Eſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. Pro quo hebrei legunt: Impudentia vultus eorum reſpondebit eis. Vnde ſubditur. Et peccatum ſuum quaſi ſodoma predicauerunt: & non abſconderunt. Poteſt etiam deriuari a verbo נָכַר Nacar. Quod ſignificat cognoſcere vel agnoſcere. ſicut eſt in littera noſtra.

opprimeꝛ.

Impudenter agere. ingratū eſſe.

הָכָרַת Agnitio Impudentia.

הָלַל Halal. Laudare. gloriari. letari. ſplendeſcere. fulgere Inſanire. conturbare. iniq̄ agere. Iudi. 16. Quod etiam populus videns laudabat deum ſuum. 1. Paralipo. 16. Laudate nomen ſanctum eius. Pro quo hebrei legunt. Laudamini ſiue gloriamini in nomine ſancto eius. Et in eodem. 29. Confitebimur tibi & laudabimus nomen tuum inclytum. 2. Paralipo. 20. Laudabant dominum

Laudare.

deum israel voce magna.ps.9.Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue .ps . 21. In medio Ecclesie laudabo te.Ps.62. Et labiis exultationis laudabit os meum.Et in eodem . Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Ps.101.Et qui laudabant me aduersum me iurabant . Sed beatus hieronymus aliam significationem sequens in psalterio iuxta hebraicam ve. transtulit.Exultantes per me iurabant.Ps.118.Septies in die laudem dixi tibi . pro laudaui te.Et in eodē. Viuet anima mea:& laudabit te.Ps.134. Laudate nomen domini laudate serui domini . Ps . 145 . Lauda anima mea dominum.Ps.148.Laudate dominum de celis.Ps.150.Omnis spiritus laudet dominū . Prouer . 27.Laudet te alienus & non os tuum.Et in eodem.31.Mulier timens deum ipsa laudabitur.Et in eodem. Laudent eam in portis opera eius.Canti.6 . Regine & concubine & laudauerunt eam.Esa.58.Neqꝫ mors laudabit te. Et in eodem.45.In domino iustificabitur & laudabitur omne semen israel.Et inde מְהֻלָל Mehulal . siue מַהֲלָל Mahalal. idest laudabilis:siue laus:vel laudatio.vt.1.Reg.22. Laudabilem inuocabo dominum.Prouer.27.Sic probatur homo ore laudantis.Pro quo hebrei legunt . Et homo iuxta laudem suam siue iuxta laudationem suam.Sed beatus hieronymus transtulit sensum . Et inde תְּהִלָּה Thehila.siue תְּהִלַּת Thehilath.idest laus . siue laudatio aut laudabilis . vt in titulo psalmi.44.Vbi dicitur laudatio ipsi dauid. & in eodem Ps. Laudationem domini loquetur os meum . Hiere. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem' laudabilem.Et in plurali. תְּהִלוֹת Thehiloth.vt.Ps.21.Tu autem in sancto habitas laus israel . Pro quo hebrei legunt . Et tu sanctus habitator siue habitās laudes israel siue laudatiões israel.Beatus vero hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Et tu habitator sancte laus israel. Et ponitur ibi singulare pro plurali.& Esa. 60 .Et laudes domini annunciantes.Scribitur etiam pluraliter. הִלּוּלִים Hilulim . idest laudationes . Pro quo beatus hieronymus transtulit laudabiles.vt Leuit.19.Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino.& inde הַלְלוּיָהּ Aleluia.idest laudate dominum. & est dictio composita ab הַלְלוּ Halelu . qꝫ significat laudate vt supra.& יָהּ Ia:quod est vnum de nominibus dei : & ponitur pro domino.vt Ps.146.Laudate dominum quoniam bonus est psalmus. Vbi pro eo quod in littera nostra est Laudate dñm:in hebreo habetur הַלְלוּיָהּ Haleluia. Itē הָלַל Halal significat gloriari vel letari.scilicet quando est verbum quarte coniugationis.vt.Ps.48 . Et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.Ps.51. Quid gloriaris in malitia:qui potens es in iniquitate . Ps . 96. Et qui gloriantur in simulachris suis.Ps.105.Et gloriemur in laude tua.Prouer.20.Et cum recesserit gloriabitur.Et in eodem. 27.Ne glorieris in crastinum.Hiere. 9.Non glorietur sapiens in sapientia sua:& non glorietur fortis in fortitudine sua :& non glorietur diues in diuitiis suis : sed in hoc glorietur qui gloriatur.Ponitur etiam pro letari . vt Esa . 41 . Et in sancto israel letaberis.Et inde הִלּוּלִים Hilulim .Pro quo beatus Hieronymus transtulit choros cātantium . vt Iudi. 9.Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui. Item הָלַל Halal.idest splendere.fulgere .lucere. Iob .29. Quando splendebat lucerna eius super caput meum.Et in eodem.31.Si vidi solem cum fulgeret.Et in eodem.41.ster nutatio eius splendor ignis.Esa.13.Quoniam stelle celi & splendor earum non expandent lumen suum . vide etiam de hoc supra in dictione אָהַל Ahal.& inde הֵילֵל Helel. idest lucifer.vt Esa.14.Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris.Significat etiam הָלַל Halal Insanire : vt.1.Reg.21.Et collabebatur inter manus eorum. Pro quo hebrei legunt.Et insaniebat inter manus eorum . Hiere. 25.Et bibent & turbabuntur & insanient . Ponitur etiam pro conturbare.vt Eccl's. 7 . Calumnia conturbat sapientem. Et Naū . 2.In itineribus conturbati sunt.Item ponitur pro iniqꝫ agere.Ps.74.Dixi iniquis nolite iniqꝫ agere.Et inde הוֹלְלִים Holelim.idest stulti siue iniqui.Ps.5.nec permanebunt iniusti ante oculos tuos.Pro quo beatus hieronymus transtulit.Non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum.Ps.72.Quia zelaui super iniquos . Et inde מְהֹלָל Meholal.idest stultus . siue iniquus . pro quo beatus hieronymus transtulit.Errorem.Eccl's.2.Risum reputaui errorem.& inde הוֹלֵלוֹת Holeluth.idest insania vel stultitia secundum hebreos.Sed beatus hieronymus transtulit.errorem.Eccl's.1.Erroresqꝫ & stultitiam . Et in eodem. 7.Et vt cognoscerem impietatem & errorem imprudentium.& in eodem.10.Et nouissimum oris illius error pessimus.Et supra in eodem.9. transtulit contemptum. vbi dicitur.Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita sua . Et inde תָּהֳלָה Tahola . Pro quo beatus hieronymus transtulit prauitatem.vt Iob . 4 . Et in angelis suis reperit prauitatem.

Laudabil.
מְהֻלָל

Laus.
תְּהִלָּה

Laudatio.

Laudabil.
תְּהִלּוֹת

Laudes.

הִלּוּלִים

Laudabiles

Aleluia.
הַלְלוּיָהּ

Laudate dominum.

הָלַל

Gloriari.

Letari.
הִלּוּלִים

Chori cantantium.

הָלַל

Splendeſ Fulgere.

הֵילֵל

Lucifer
הֵילֵל

Insanire.

Cōturbare

Iniqꝫ agere.
הוֹלְלִים

Iniqui
מְהֹלָל

Error.
הוֹלֵלוֹת

Stultitia.
Error.

Contēpt'.

תָּהֳלָה
Prauitas

Nonne.
הֲלֹא

Nonne.
Nunqd nō

Halo.Nonne.nunquid non:vtiqꝫ.ecce. Gen.20.Nōne ipse dixit mihi soror mea est.Et in eodem . Nōne pro rachel seruiui tibi.Exo.4.Nonne ego dominus. Iudi. 9.Nunquid non est ipse filius ierobaal . Prouer . 8 . Nunquid non sapientia clamitat . Et aliquando scribitur cum vau & aleph in fine.vt Gen.4. Nonne si bene egeris recipies.Et in eodem.31.Nonne quasi alienas reputauit nos. Et in eodem.42.Nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum.Et aliquando ponitur pro vtiqꝫ siue pro ecce. vt Exo.4.Aaron frater tuus leuites scio qꝫ eloquens sit. Pro quo hebrei legunt. Vtiqꝫ: siue ecce Aaron frater tuus leuites. Deut.4.Qui est in rabath filiorum amon . pro quo hebrei legunt. Vtiqꝫ est siue ecce est in rabath filiorum Amon. Ios.1.Ecce precipio tibi confortare & esto robustus. Et.1.Reg.10.Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem.Et in eodem.25.Nonne ecce dauid latitat apud nos.Vbi ponitur pro nonne & ecce. Ruth .2.Audi filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Vbi in hebreo premittitur supradicta dictio.scilicet vtiqꝫ siue ecce audi filia . 1 . Reg. 13 . Ego enim sum qui precipio vobis . Vbi similiter in hebreo premittitur supra dicta dictio הֲלֹא Halo . Vide etiam de hoc infra in dictione . לוֹא Lo.

Vtiqꝫ.

Ecce.

הֲלָאָה Hála . Vltra . trans . illuc.Deinceps.vt.1.Reg.10. Cumqꝫ abieris inde & vltra transieris . Et in eodem.20.Ecce sagitte vltra te sunt.Et in eodem. Ecce sagitta ibi est:porro vltra te. Amos. 5 . Et migrate vos faciam trans damascum.Ponitur etiam pro illuc.vt Gen.19 . Recede illuc.Nu.16.Et ignem huc illucqꝫ dispergat . Vbi ponitur pro huc & illuc. Item significat deinceps . vt Leuit.22. Die autem octauo et deinceps offerri poterunt.1. Reg. 18. A die illa et deinceps.Et inde deriuatur נַהֲלָאָה Nahalaa. idest remota vel electa aut repulsa. Et est participium passiuum in hebreo. Pro quo Beatus hieronymus transtulit. Eam que laborauerat.vt Mich.4 . Et eam que laborauerat in gentem robustam.Lxx.vero transtulerunt . Et repulsam.Potest etiam deriuari a dictione לָאָה Laa.Que significat laborare.sicut beatus hieronymus transtulit.

הֲלָאָה
Vltra.

Trans.

Illuc.

Deinceps.

נַהֲלָאָה

Ea que laborauerat.
Repulsa.

הֲלָה Iniqtas agere.

הֲלָה Hala. Iniqs siue praue agere. & inde תְּהֲלָה Tahola. i. Prauitas. Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatē. De quo vide supra in dictione הָלַל Halal.

סְהֲלָה Prauitas

הָלַךְ Halach. Ambulare. gradiri. ire. incedere. procedere. Discurrere. transire. Gen. 3. Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso. Et in eodem. 5. Et ambulauit enoch cum deo. Et in eodem. cum deo ambulauit noe. Et in eodem. 17. Ambula coram me. Et in eodem. 32. Ecce properat in occursum tuum. Pro quo hebrei legunt. Et ecce ipse ambulat in occursum tuum Et in eodem. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei. Leuit. 26. Et ambulabo inter vos. Deut. 22. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorū Ios. 10. Et ait ad principes exercitus qui secum ierant. Et ponitur ibi הָלְכוּ Halchu cum aleph addita in fine. 3. Re. 21. Et ambulauit demisso capite. Iob. 25. Si ad orientem ierono nō apparet. Et in eodem. 24. Nudos dimittunt homies indumenta tollentes. pro quo hebrei legunt. Nudum faciunt ambulare absq; indumento. Et in eodem. 30. Merens incedebam sine furore. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in cō silio impiorum. Ps. 14. Qui ingreditur sine macula. idest qui graditur vel ambulat sine macula. Ps. 25. Et complacui in veritate tua. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et ambulabo in veritate tua. Ps. 57. Tota die contristatus ingrediebar. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Tota die merens ambulabam. Ps. 42. Quare contristatus incedo. Ps. 54. In domo dei ambulauimus in consensu. Ps. 84. Iustitia ante eum ambulabit. Ps. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ps. 130. Neq; ambulaui in magnis neq; in mirabilibus super me. Prouer. 6. Aut ambulare super prunas. Et in eodem. 7. Abiit via longissima. Et in eodem. 8. In viis iustitie ambulabo. Et in eo. 15. qui cum sapientibus gradi tur. Abach. 2. In luce sagittarum tuarum ibunt. Ponitur etiam pro discurrere vel procedereaut transire. vt Exo. 9. Ac discurrentia fulgura super terram. Iob. 41. De ore eius lampades procedunt. Ps. 72. Et lingua eorum transiuit in terra: sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit & ligua eorum deambulauit in terra. Item ponitur pro venire. quod est etiam ambulare. vt Nu. 22. Cur non statim venisti ad me. Hiere. 51. qui fugitis gladium venite & nolite stare. Et in voce passiua prime coniugationis ponitur pro adduci. Ps. 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. quasi vmbra cum declinatur adductus sum. Et inde הֲלִיכָה Halicha. idest deambulatio. vel locus super quo ambulant. Pro quo beatus hieronym? transtulit. Iter. vt Naum. 2. Ruent in itineribus suis. quod in hebreo legitur singulariter. scilicet in deambulatione sua siue in itinere suo. Et in plurali. הֲלִיכוֹת Halichoth. vt Iob 6. Considerate semitas theman itinera saba. Prouer. 31. Considerauit semitas domus sue. Abach. 3. Ab itineribus eternitatis eius. Accipitur etiam הֲלִיכִי Haliche pro pedibus. Iob. 29. Quando lauabam pedes meos butyro. & inde הֹלֵךְ Hélech. idest viator siue peregrinus. vt. 2. Reg. 12. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem. Et inde מַהֲלָךְ Mahalach. idest iter. vt Nec. 2. Vsq; ad quod tēpus erit iter tuum. Ione. 3. Et niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et in eodem. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius. & pluraliter. מַהֲלָכִים Mahalechim. idest itinera. siue deambulatoria. vel ambulantes. vt Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic assistunt. Quod etiam potest legi sic. Et dabo tibi deambulatoria inter assistentes hos. Scribitur etiam aliquando cum thau in principio & in genere femenino: et dicitur תַּהֲלֻכוֹת Thahalachoth. Nec. 12. Et ierunt ad dexteram super murum. Pro quo hebrei legunt. Et deambulatoria siue deambulantes ad dexteram super murum. & inde הֲלַךְ Halach. quod significat reditum siue tributum q̄ accipitur a viatoribus. Esdre. 4. Tributum & vectigal & annuos reditus non dabunt. Et in eodem. Tributum quoq; & vectigal & reditus accipiebant.

תַּהֲלֻכוֹת deambulatoria.

הָלַךְ Percutef.

הָלַם Halam. percutere. q̄ssare. concutere. excidere. vt Iudi. 5. Vngule equorum ceciderunt. idest percusserūt Potest etiam legi sic. Vngule equorum percusse siue q̄ssate sunt. & subditur ratio fugientibus impetu & per precepsruentibus. Et in eodem. Et percussit sisaram. Ps. 73. In secuti & ascia deiecerunt eam. idest exciderunt eam. Esa. 16. Domini gentium exciderunt flagella eius. id est propagines eius vel ramos eius. Esa. 28. Errantes a vino. Pro quo hebrei legunt. Percussi siue conq̄ssati a vino. Ponitur etiam pro cudere quod est idem quod percutere vel q̄ssare. vt Esa. 41. Confortauit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis. Et inde הַלְמוּת Halmuth. idest malleus. vt Iudi. 5. Sinistram suam misit ad clauum: & dexteram suam ad fabrorum malleum. Et in plurali scribitur cum mem in principio. & dicitur מַהֲלֻמוֹת Mahalumoth. vt Prouer. 19. Et mallei percutientes stultorum corporibus. Et inde יָהֲלֹם Iahalom per additionem iod in principio: quod significat quendam lapidem preciosum. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit hyaspidem. Exo. 28. In secundo carbūculus: sapphyrus & hyaspis. & Ezech. 28. Sardius topazius & hyaspis. Hebrei tamen dicunt q̄ significat lapidem adamantem: eo quod frangit & diuidit alias gēmas durissimas. Item הֵלֹם Halom. idest huc: illuc. vt Iudi. 18. Quis te huc adduxit. & in eo. 10. Vtrum nam venturus esset illuc. 1. Reg. 14. Et huc illucq; difugiens. Et in eodem. Accedamus huc ad deum. 2. Reg. 7. quia adduxisti me hucusq;. Ps. 72. Ideo conuertetur populus meus hic Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Propterea conuertetur populus eius huc.

Percutef. Excidere. Cudere. Malleus. Mallei. Hyaspis adamas. Huc. Illuc. Hic.

הֵם Hem. Pronomen est tertie persone pluralis numeri. scilicet ipsi. isti. illi. hi. vt Gen. 14. Isti accipient partes suas. Exo. 6. Hi sunt qui loquūtur ad Pharaonem. Ps. 94. Semper hi errant corde: & isti non cognouerunt vias meas. Et in genere femenino scribitur cum littera nun in fine. De quo infra dicetur. Inuenitur etiam nun in fine in genere masculino. vt Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. Et recipit in fine he. & dicitur הֵמָּה Hémma. vt Gen. 6. Isti sunt potentes a seculo. ponitur etiam pro verbo substantiuo. vt Gen. 48. Et respondit: filii mei sunt. Cāti. 6. Sexaginta sunt regine. Et aliquando duplicatur he & mem. vt Ezech. 7. Non ex eis nec ex populo nec ex sonitu eorum. Vbi pro eo quod in littera nostra est ex populo: in hebreo habetur מֵהֵמֵּם Mehemmehem. Quod potest interpretari. Ex eis. & dicunt hebrei q̄ ponitur ibi pro filiis filiorum. Cui concordat translatio chaldaica. Potest etiam deriuari a dictione חֲמָה Hama. Que significat tumultum aut multitudinem. idest populum. vt sit sensus. Non ex eis nec ex tumultu eorum: nec ex sonitu eorum. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum vau in medio & dicitur הוֹם Hom. idest hi siue illi aut ipsi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. dicitur etiam הֵמּוֹ Himo. siue הֵמֹּן Himon. Dani. 2. Et comminuit eos. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus samarie.

Isti. Hi. Esse.

הֵם הֵמּוֹ hi.

חָמַם Hamam.conterere.consumere.interficere. occidere pterrere.cõturbare. tumultuari. personari. Esa. 28 Nec vexabit eum rota plaustri. Pro quo hebrei legunt. conterere. Nec conteret Rota plaustri. Et licet in predicto loco pro eo quod in littera nostra est neque: in hebreo non ponatur negatio: sed vau littera cum puncto seua: quod est coniunctio: tamen cum precedenti negatione valet pro neque. vt infra dicetur in principio littere vau. Et Hiere. Deuorare. Cõsumere. 51. Deuorauit me nabuchodonosor Rex Babylonis. Pro quo hebrei legunt: contriuit siue consumpsit me nabuchodonosor rex babylonis. Et aliquando scribitur cũ simplici mem. vt Exo. 14. Et interfecit exercitum eorum. Interficere Occidere. Et in eodem. 23. Et occidam omnem populum ad quẽ ingredieris. Ester. 9. Vt occideret illos atq; deleret. Ios. 10. & Perterrere. conturbauit eos dominus a facie israel. Iudi. 4. Perterruit q; dominus sisaram. 1. Reg. 7. Et exterruit eos. 2. Reg. 22. Cõsumere. Cõturbare Fulgura & consumpsit eos. Ps. 17. Fulgura multiplicauit. & conturbauit eos. vide etiam de hoc supra in dictione הִים Him: & infra in dictione sequenti.

הָמָה Hama. tumultuari. sonare. conturbare. rugire. 1. Re. Personare. Tumultuari. 4. Et personuit terra. 3. Reg. 1. Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis. Et in eodem. Et insonuit ciuitas. Prouer. 20. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas. Sonare. Ps. 45. sonuerũt & turbate sunt aque eorum. Ps. 82. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Esa. 16. Super hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit. Et in eodem. 17. Et multitudo maris sonantis. Pro quo hebrei legunt. Vt sonitus maris sonabunt. Hiere. 6. Vox eius quasi mare sonabit Et in eodem. 31. Qui conturbat mare & sonant fluctus eius. Et in eodem. 48. Cor meum ad moab quasi tibia eris sonabit. Et in eodem. 51. & sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. cõturbare. Ponitur etiam pro conturbare. vt Ps. 45. Conturbate sunt gentes. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum. Ps. 76. Memor fui dei & delectatus sum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Recordans dei conturbabar. Hiere. 31. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum. Ezech. 7. Quasi columbe in conuallibus omnes trepidi. idest conturbati. Ponitur etiam pro latrare. Ps. 58. Et famem patientur vt canes. Pro quo beatus hieronymus in Latrare. psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et latrẽt vt Rugire. canes. Ponitur etiam pro rugire. vt Esa. 51. Et rugiemus q̃ si vrsi omnes. vide etiam supra in dictione הִים Him. & inde הֹמְיָה Homia. idest tumultuosa vel sonans: aut conturbata. Pro quo beatus hieronymus transtulit frequens. vt Esa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. & inde הֲמִיָּה Hemia. i. sonitus. Esa. 17. Concidit cadauer tuũ. Pro quo hebrei legunt. Sonitus organorum tuorum. scilicet detractus est ad inferos. sed propter equiuocationem dictionum potest etiam legi sicut beatus hieronymus transtulit. Inde הָמוֹן Hamon. idest tumultus. sonit9. multitudo. populus. diuitie. 1. Reg. 4. Quis est hic sonitus tumultus huius. Et in eodem 14. Tumultus magnus exortus est. Hiere. 46. Ecce ego visitabo super tumultum alexandrie. Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Ezech. 17. Nec ex sonitu eorum. significat etiam multitudinem siue populum. vt Geñ 17. Quia pater multarum gentium constitui te. 3. Reg. 18. Quia sonus multe pluuie est. Et. 4. Reg. 7. Quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine israel. 2. Paralip. 20. Venit contra te multitudo magna. Et in eodem. Nolite timere neq; paueatis hanc multitudinem. Esa. 13. Vox multitudinis in montibus. Et in eodem. 16. Et auferetur gloria moab super omni populo multo. Et in eodem. 17. Ve multitudini populorum multorum. Hiere. 5. Vere mendaces erãt colles & multitudo montium. Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Et in eodem. Deficiam multitudinem tuam. Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem. 39. Et vocabitur vallis multitudinis gog. & scribitur in plurali הֲמוֹנִים Hamonim. idest populi. Ioel. 3. Populi populi in valle concisionis. Et inde dicitur הֲמוֹנָה Hamona. nomen proprium ciuitatis in qua sepelienda erat multitudo Gog vt Ezech. 39. Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrã. Ponitur ẽt הָמוֹן Hamon. pro diuitiis: vel pro multitudine diuitiarum. Ps. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Eccls. 5. Qui amat diuitias. Ponitur etiam pro angelo. Esa. 33. A voce angeli fugerunt populi. Sed beatus hieronymus in explanationibus Esaie super predicto loco sic ait. A voce enim angeli quem symmachus ita vt in hebreo scriptum est transtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi. Inuenitur etiam אָמוֹן Amon cum aleph in principio loco he: & significat populum vel multitudinẽ. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militie.

הֲמוּלָה Hamula. loquela. vociferatio. sonitus. Hiere. 11. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea. Ezech. 1. Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. Pro quo hebrei legunt. sonus siue vox vociferationis vel loquele vt sonus castrorum. scilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei q̃ littera he que ponitur in principio non est de substantia dictionis: sed est littera articularis: vt supra in principio huius littere dictum est. & dicunt q̃ idem significat quod מִלָּה Milla. idest verbum vel sermo aut loquela. sicut infra dicetur.

הָמַן Haman. multiplicari. aut superare: scilicet multitudine. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestri sunt. Et inde dicunt aliqui q̃ deriuatur הָמוֹן Hamon idest multitudo. Populus. tumultus. sonitus. de quo vide supra in dictione הָמָה Hama.

הָמַס Hamas. Tabescere. contabescere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Hebrei tamen dicunt q̃ significat arefacere. Vnde in predicto loco ipsi legunt. sicut exustio ignis arefacti. scilicet sunt: vel essent. Nam ponitur ibi הֲמָסִים Hamasim in numero plurali. Alii vero dicunt q̃ deriuatur a dictione מָסַס Masas. que significat tabescere. vt Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. transtulit. Sicut tabescit cera a facie ignis.

הָמַר Hamar. fouea. Et scribitur cum mem in principio: & in numero plurali. scilicet מַהֲמַרוֹת Mahamoroth. vt Ps. 139. In miseriis non subsistent. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit in foueas vt non resurgant. & solum inuenitur in predicto loco.

ה

הֵן Hen. Ecce. en. Aduerbium demonstratiuum. vt Geñ. 3. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est. Et in eodem. 4. Ecce eiicies me hodie a facie terre. Et in eodem. 11. Ecce vnus est populus. Et in eodem. 30. Gratum habeo quod petis. Pro quo hebrei legunt. Ecce siue en iam esset secundum verbum tuum. Deut. 10. En domini dei tui celum est. Iob. 33. Ecce & me sicut & te fecit deus. Et in eodem. quia querelas in me reperit. Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas siue occasiones in me reperit. Et in eodem. Hoc est ergo in q̃ non es iustificat9. Et in eo. Ecce hec oĩa operatus est deus. Ps. 50. Ecce. n. in iniquitatib9 cõcept9 sũ. et i eo.

כִּי Ecce enim veritatem dilexisti. Ponitur etiam הֵן Hen. pro si vt Exo.8. quod si mactauerimus ea que colũt egyptii corã eis lapidibus nos obruent. Iob.13. Etiã si occiderit me in ipso sperabo. Hiere.2. Et videte si factũ est huiusce modi. Itẽ. הֵן Hen. pronomen est tertie persone pluralis numeri femi nini generis. Nu.27. Et ei in hereditatem succedant. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies hereditatẽ patris earũ ad eas vel ad ipsas. Et aliquando accipitur in genere masculino. Ruth.1. Si eos expectare velitis donec crescant. De q̃ vide supra in dictione הֵם Hem.

Si

Ipse.

הִנֵּה Hine. ecce. en. sicut dictio precedens. vt Gen̄.1. Ecce dedi vobis omnem herbam. Et in eodem.12. Ecce cõiux tua. Et in eo.18. Ecce in tabernaculo est. & in eo.22. Ecce inquit ignis & ligna. Et in eo.24. En rebeca coram te est. Et in eo.28. Et ero custos tuus quocunq; perrexeris. Pro quo he.le. Ecce ego tecum & custodiam te vbicunq; p rexeris. Et cõponitur cũ pronominibus hoc modo. ſ. הִנֵּנִי Hinéni. i. ecce ego. Gen̄.6. Ecce ego adducã diluuii aquas super terram. Esa.65. Dixi ecce ego ecce ego. הִנְּךָ Hinecha siue הִנָּךְ Hinach. idest ecce tu. vt Gen̄.16. Ecce ait concepisti. Pro quo he.le. Ecce ait tu concepisti. Deut.31. Ecce tu dormies cum patribus tuis. הִנּוֹ Hino. i. ecce ille: siue ecce ipse. vt Iob.2. Ecce in manu tua est. Pro quo he.le. Ecce ille ĩ manu tua. ſ. est. הִנֵּנוּ Hinénu. idest ecce nos. vt Gen̄.14. En omnes nos serui sumus domini mei. Ios.9. Nunc autem in manu tua sumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce nos in manu tua. ſ. sumus. 2.Reg.5. Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Hiere.3. Ecce nos venimus ad te. הִנָּכֶם Hinechem. idest ecce vos. הִנָּם Hinam idest ecce illi. Et quando componitur cum pronomine prime persone vel tertie aut per se positum ponitur aliquando pro hoc verbo adsum siue paratus sum. aut presto sum. vt Gen̄.22. At ille respondit adsum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego fili mi siue adsum fili mi. Et in eodẽ. 27. Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego siue adsum: quis es tu fili mi. Et in eodem.37. Quo respondente presto sum ait. Nu.14. Parati sumus ascendere ad locum. 1.Reg.12. Presto est rex vester quem elegistis. 3.Reg. 1. Adest nathan propheta. Esa.58. Primus ad sion dicet ecce adsum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad sion ecce adsunt. idest dicet ad sion: ecce adsunt filii tui. Item הֵנָּה Hẽna idest huc. modo. aduerbium loci vel presentis temporis. & vtroq; modo ponitur. Gen̄.15. Vbi dicitur generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum vsq; ad presens tempus. Et in eodem.44. Et huc vsq; non comparet. Et in eodem.45. Et adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite patrem meum huc. 2.Reg.5. Non ingredieris huc. Hiere. 50. Huc facies eorum veniẽt. Item הֵנָּה Hena. Pronomen ẽ tertie persone pluralis numeri femini generis. vt Exo.1. Ipse enim obstetricandi habent scientiam. Nu.31. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Accipitur etiã in genere masculino. 2.Reg.4. Ingressi sunt autem domũ. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi ingressi sunt domũ. Accipitur etiam pro verbo substantiuo. Gen̄.6. Videntes autem filii dei filias hominum q̃ essent pulchre.

Ecce.

En.

Ecce ego.

Adsum.

Presto sũt. Parati sumus.

Presto est. Adsunt.

Huc. Quousq; usq;

הֵנָּה

Ipse. Ipsa.

Ipsi.

Esse.

הַס Has. silere. tacere. Amos.6. tace & nõ recorderis nominis dñi. Soph.1. Silete a facie dñi dei. Zach.2. Sileat omnis caro a facie dñi. Nu.13. Inter hec caleb compescẽs murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Pro quo hebrei legunt. Et silere fecit caleb populum ad Moysen vel pro moyse. idest propter murmur qui oriebatur contra eũ

Tacere. Silere.

הַפַּךְ Hapach. vertere: siue verti. reuerti. conuertere. conuerti. Euertere vel euerti. Subuertere: aut aduersari. Peruertere. mutare. Deut.23. Vertitq; maledictionem eius in benedictionem. 3.Reg.22. Verte manum tuam & eiice me de exercitu. Prouer.12. Verte impios & non erunt. Iudi.20. Quod cum cernerẽt filii israel in ipso certamine positi. Pro quo hebrei legunt. Et versus est vir israel in certamine. & in eodem. Versa facie fortissime resistebant. 1. Re. 4. Irruerant enim in ea dolores subiti. Pro quo hebrei legunt. Versi enim fuerant dolores eius in eam. Siue euerse vel dissolute sunt compages eius in ea. Nam eadem verba ponuntur. Dañ.10. vbi dicitur. Dñe mi in visione tua dissolute sunt compages mee. Ester.9. Versa vice superiores iudei esse ceperunt. Iob.30. redactus sum in nihilũ. i. versus sum in nihilum. Et in eodem.41. in stipulam versi sunt ei lapides funde. Prouer.12. verte impios et non erunt. Threñ. 5. hereditas nostra versa est ad alienos. Itẽ significat reuerti. vt. i. Reg.25. reuersi sunt itaq; pueri dauid per viam suã. 4. Reg.5. Quando reuersus est homo de curru suo. 2. Paralip. 9. que reuersa abiit in terrã suã. Ios.8. presertim cum ii qui simulauerunt fugã et tendebãt ad solitudinẽ contra persequentes fortissime restitissent. Pro quo hebrei legunt Et populus qui fugerat ad desertum reuersus est contra persequentem. idest contra populum persequentem. Osee.7. Ephraim factus est subcineritius panis qui non reuersatur. Item significat conuertere siue conuerti. Ps.77. Conuertit in sanguinem flumina eorum. Et in eodem. Conuersi sunt in die belli. Ps.104. Conuertit cor eorum vt odirẽt populum eius. Iob.38. Restituetur quasi lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: conuertetur siue vertetur vt lutum signaculum. Esa.34. Et conuertentur torrentes eius in picem. Threñ.3. Et conuertit manum suam tota die. Osee.11. Conuersum est in me cor meum. Ioel.2. Sol conuertetur in tenebras. Item significat euertere vel aduersari. 2. Reg.10. Et exploraret ciuitatem & euerteret eam. 1.Paralipo.19. vt explorent & inuestigent & scrutentur terram. pro quo hebrei legunt. Vt scrutentur & euertant & explorent terram. Iob.19. Et quem maxime diligebam aduersatus est mihi. Item significat subuertere. Gen̄.19. Vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Et in eodem. Et subuertit ciuitates has. Iob.9. Quos subuertit in furore suo. & in eodem.28. Subuertit a radicibus montes. Thren.4. Que subuersa est in momento. & inde הַפֵּכָה Haphecha. idest subuersio. Gen̄. 19. Et liberauit lot de subuersione vrbium. & aliquãdo scribitur cum mem in principio. vt Deut.29. In exemplũ subuersionis sodome & gomorre. Itẽ ponitur pro peruertere Hiere.23. Et peruertistis verba dei viuentis. Et inde הַפֵךְ Haphech. idest peruersio siue peruersum. Esa.29. Peruersa est hec vestra cogitatio. Et aliquando scribitur pluraliter. & cum tau in principio & dicitur תַּהְפֻּכוֹת Thahpuchoth. Deut.32. Generatio enim peruersa est. Pro quo hebrei legunt. Generatio enim peruersionum vel auersionũ est. Prouer.2. Ab homine qui peruersa loquitur. Et in eodem. Et exultant in rebus pessimis. Pro quo hebrei legunt. Et exultant in subuersionibus pessimis. Et in eodem.25. Et cor tuum loquetur peruersa. Et aliquando duplicantur littera pe & littera caf. & dicitur הַפְכְפַךְ Haphachpach. Prouer.21. Peruersa viri via aliena est a deo. & inde מַהְפֵּכֶת Mahapécheth. Quod ponitur pro neruo carceris quo malefactores vel qui peruerse agunt vinciuntur. Hiere.29. Vt mittas eum in nerum & in carcerem. Significat etiam predicta dictio voluere. Iudi.7. Videbatur mihi quasi subcineritius panis ex ordeo volui & in castra madian descendere. Iob. 37. Et nubes spagũt lumẽ suũ: que lustrãt cuncta per circui

Euertere.

Conuertere. Conuerti.

Euertere.

Aduersari.

Subuertere

הַפֵּכָה Subuersio

Peruertere הַפֵךְ Peruersi.

תַּהְפֻּכוֹת Peruersa.

הַפְכְפַךְ Peruersa.

מַהְפֵּכֶת Peruersa.

Neruus.

Voluere.

חָמַם Chamā. calefieri. calefacere. incalescere. & aliq̄n̄ scribitur cū simplici mē. vt Exo.16. Cūq; incaluisset sol liq̄fiebat. 1.Re.11. Cras erit vobis salus cum icaluerit sol. 3. Re. 1. Cumq; operiretur vestibus nō calefiebat. Et in eo. Et calefaciat dñm nostrū regē. 4.Reg.4. Et calefacta ē caro pueri. Iob.6. Cū incaluerint solutētur de loco suo. Et in eo.31. Et de velleribus ouiū mearū calefactus est. Et in eo.39. Tu forsitā in puluere calefacies ea. Ps.38. Cōcaluit cor meū intra me. Eccls.4. Si dormierint duo fouebūtur mutuo.i. calefient mutuo. Et in eo. Vnus quō calefiet. Esa.44. Sūpsit ex eis & calefactus est. Et in eo. Et calefactus est & dixit vah: calefactus sum: vidi focū. Et in eo.47. Nō sunt prune quibus calefiant. & p eo qd̄ in littera nostra ē qbus calefiāt in hebreo est לַחֻמָּם lachmā.i. ad calefaciēdū se. & eadem dictio pōitur Iob.30. Vbi dī & radix iuniperorū erat cibus eorū. vbi p eo qd̄ in littera nr̄a est erat cibus eorū in hebreo ponitur p̄dicta dictio. vnde hebrei legūt. Et radix iuniperorū ad calefaciēdū se. potest ēt deriuari a dictiōe לֶחֶם Lechem. que signāt panē vel cibū sicut est in littera nostra. Esa.57. Qui cōsolamini in diis. Pro quo he.le. Qui calefacti estis i diis siue in idolis.i. in lignis ex qbus idola fiunt. Et ponitur ibi verbū passiuū prime cōiugationis: quod scribitur cū littera nū in principio. Potest etiā deriuari a dictione נָחַם Nacham que signāt cōsolari sicut est in l̄ra nr̄a. Osee.7. Oēs calefacti sunt quasi clibanū. Aggei.i. operuistis vos & nō estis calefacti. Vide ēt de hoc infra in dictiōe יָחַם Iachā. Et inde חוֹם Chom. idest calor. estus. feruor. vt Gen.8. Frigus. & estus. Et in eodem.18. In ipso feruore diei. Nec.7. Vsq; ad calorem solis. Iob.24. Ad nimium caloꝛem transiet ab aquis niuium. Hiere.51. In calore eorum ponam potus eorum. Et inde חַם Cham.i. calidus. vt Ios.9. Calidos assumpsimus panes. 1.Reg.21. Vt ponerentur panes calidi. Iob.37. Nonne vestimenta tua calida sunt. Et inde חַמָּה chāma. idest sol. eo quod calefacit. Canti.6. Electa vt sol. Esa.24. Et confundetur sol. Et in eodem.30. Et erit lux lune sicut lux solis. Ponitur etiam חַמָּה Chāma pro calore. vt Ps.18. Nec est qui se abscondat a calore eius. Et dicunt aliqui hebrei q̄ inde deriuatur חוֹם Chum: de quo supra diximus significare nigrum siue ruffum.

חֶמְאָה Chema. Butyrum. & scribitur in singulari cum he vel tau in fine & dicitur חֶמְאָה Chema siue חֶמְאַת Chemath. vt Gen.18. Tulit quoq; butyrum & lac. Deut.32. Butyrum de armento & lac de ouibus. Iudi.5. In phiala fortium obtulit butyrum. Esa.7. Butyrum & mel comedet. Scribitur etiam aliquando sine aleph. vt Iob.29. Quando lauabam pedes meos butyro. vbi ponitur חֶמָה Chema pro חֶמְאָה Chema. & pluraliter declinatur sicut nomina feminina. vt Ps.54. Diuisi sunt ab ira vultus eius. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Nitidius butyro os eius. Hebrei vero legunt pluraliter. scilicet lenificauerunt plusquam butyrū os eius. De quo dictum est supra in dictione חָלָק chalac.

חָמַד Chamad. Concupiscere. Desiderare. vt Exo.20. Non concupisces domum proximi tui. Et in eodem Nec desiderabis vxorem eius. Et in eodem.34. Nullus insidiabitur terre tue. Pro quo hebrei legunt. Nullus concupiscet vel desiderabit terram tuam. Deutero.

חֲלָקִים Partes.
מַחֲלֹקֶת מַחְלְקוֹת Partes. Diuisiones.
Vices.
Turma Turme.
חָלַק Lenificat.
Molificat
Blādiri Adulari.
Blande ficte q̄ loqui. Dolose agere.
חָלָק Lenis.
חֶלֶק Lenitas.
Blandus.
חַלָּקוֹת Blanditie חַלָּקוֹת Dolosa.
Dolī.
Fraudulēter.
חָלָק Lubricū.
חַלַּקְלַק חַלָּק לַקּוֹת Lubricum
חָלוּק Limpidissimo lapio.
חָלַשׁ Debilitat
Vulnerat חָלַשׁ Infirmus. חֲלוּשָׁה Fuga.
חַם חַמָּם Incalescere. Calefieri.
Fouere.
חוֹם Estus. Feruor. Calor.
חַם Calidus.
חַמָּה Sol.
חַמָּה Calor.
חֶמְאָה חֶמְאַת Butyrum.
חָמַד Concupiscere. Desiderare

7.Nō cōcupiſces argentū & aurū de quibus facta ſunt.Ioſ. 7.Et cōcupiſcēs abſtuli & abſcōdi.Prouer.12. Deſideriū impi monumentū eſt peſſimorū.Pro quo he.le. Deſiderat ſi ue cōcupiſcit impius venari peſſimos.Poteſt ēt legi ſicut ē in lra nra:ſicut infra dicetur in dictiōe מצד Maſad.Canti.2 In vmbra illius quē deſideraueră ſedi. & ide חמד Chémed ſiue חמדה Chemda.i.cōcupiſcētia.cupido. deſiderium ſiue deſiderabile.Ps.105.Pro nihilo habuerūt terrā deſiderabilem.Eſa.32.Plangite ſuper regione deſiderabili.Hiere.12 Dederūt portionē meā deſiderabilē in deſertū. Daſi.11.Et erit in cōcupiſcētia feminarū. Ezech.23. Iuuenes cupidinis vniuerſos. Oſee.13.Ipſe deripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.Zach.7.Et poſuerūt terrā deſiderabilē in deſertum.Ponitur ēt pro deſiderato.vt Aggei.2.Et veniet deſideratus cunctis gentibus.& inde חמד Chamud.i. deſiderabile.& in plu.חמדים Chamudim:ſiue חמדות Chamudoth.i.deſiderabiles vel deſiderabilia.vt Ps.38. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animā eius.Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Et poſuiſti quaſi tineā deſiderabilia eius.& in hebreo ſcribitur in predicto loco ſingulariter.ſ.deſiderabile eius.Eſa.44.Et amantiſſima eorū nō ꝓderūt eis.i.deſiderabilia eorū.Daſi.9. Quia vir deſideriorū es.Et in eo.10.Et panē deſiderabilē nō comedi.Ponitur ēt ꝓ optimo vel valde bono.vt Geñ.27.Et veſtibus eſau valde bonis quas apud ſe habebat domi.1. Reg.9.Et cuius erunt optima queq; iſrael. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מחמד Machmad.& in plurali מחמדים ſiue מחמדי Machamade Canti.5. Et totus deſiderabilis.et Ezech.24. Ecce ego tollo a te deſiderabile oculorū tuorū. & Oſee.9. Deſiderabile argentū eorū.Threñ.1.Omnium deſiderabilium ſuorum que habuerat.Et in eo.Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia ſua.Et in eo.Dederunt precioſa queq; pro cibo. i.deſiderabilia queq;.Ioel.3.Et deſiderabilia mea pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra.ſcribitur ēt cum nū in principio & dicitur נחמד Nechmad.i.deſiderabile. Geñ.3. Aſpectuq; delectabile.Pro quo he.le.Et deſiderabile ad intelligendū ſiue intellectui.Prouer.21. Theſaurus deſiderabilis & oleum in tabernaculo iuſti.Et in plu. נחמדים Nechemadim.ps.18.Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum.

חמה Chama.ſocer.ſocrus.murus.vt Geñ.38. Nunciatū eſt thamar ꝙ ſocer illius aſcenderet in thānath.Et in eo. Miſit ad ſocerū ſuū.Reperitur ēt ſe.ge.pro ſocru.vt Ruth. 1.Orpha oſculata eſt ſocrum ſuā.Mich.7. Nurus cōtra ſocrum ſuam.Item חמה Choma.i.murus.Ioſ.2.Domꝰ enim eius herebat muro.1.Reg.25.Pro muro erant nobis.2.Re. 11.Quare acceſſiſtis ad murū.Canti.8.Si murus eſt edificemus ſuper eum propugnacula argentea. Et in eo.Ego murus.Et in plu.חמות Chomoth.i.muri.vt Deut.28.Et deſtruantur muri tui firmi atq; ſublimes.& Canti.5.tulerūt pallium meū cuſtodes murorū.Eſa.49. Muri tui coram oculis meis ſemper.Et in eo.60.Et edificabūt filii peregrinorum muros tuos.Et in eo.Et occupabit ſalus muros tuos.Inuenitur ēt חומתים Chomothaim ꝓ duobus muris:ſicut & alia nomina in aim deſinētia que cōiter ſignificāt dualē numerū.vt Eſa.22.Et lacū feciſtis inter duos muros.Itē חמה chama.i.ſol ſiue calor. De quo vide ſupra in dictione חמם Chamam. Item חמה Chema.i.furor.ira. De quo vide infra in dictione יחם Iacham.Item חמה chema.i.butyrum.vt Iob.29 Quando lauabam pedes meos butyro. De quo vide ſupra in dictione חמא Chema cum aleph. Quia cōmuniter ſcribitur cū littera aleph excepto in loco predicto.

חמט Chómet.Genus ſerpentis vel animalis imundi. pro quo beatus hieronymus tranſtulit lacertam.vt Leuit. 11.Lacerta & talpa omnia hec immunda ſunt.

חמל Chamal.miſereri.parcere.indulgere.Exo.2. Cernēſq; paruulū vagientē miſerta eius ait. Deut.13.Vt miſereāris & occultes eū.2.Reg.12.parcens ille ſumere de ouibus & bobus ſuis.Et in eo.Eo quod fecerit verbum iſtud & nō pepercit.Et in eo.21.pepercitq; rex miphiboſeth filio ſaul.Hiere.13.Nō parcā & nō concedā.Et in eo.15.Quis enim miſerebitur tui hieꝛlm.Et in eo.21.Nō parcet neq; miſerebitur.Et in eo.50.Nō parcatis iaculis. Et in eo.51.Nolite parcere iuuenibus eius.Ezech.16.Vt faceret tibi vnum ex his miſertus tui.Malach.3.Et parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo.Et ide חמלה Chemla.i.miſeratio ſiue mia.vt Geñ. 19.Eo qđ parceret dñs illi.ꝓ quo he.le. In miſeratiōe dñi ſup eū.Ponitur ēt ꝓ indulgētia.vt Eſa.63. In dilectiōe ſua & indulgentia ſua ipſe redemit eos. Scribitur etiā cū mem in principio & dicitur מחמל Machmal.vt Ezech.24.Et ſit per quo pauet aīa veſtra.pro quo he.le.Et ſuper miſerationem ſiue indulgentiam anime veſtre.ideſt ſuper illud cui anima veſtra miſeretur & indulget.

חמן Chaman.Simulachrū.& ſolū inuenitur ī numero plurali.vt Leuit.26.Et ſimulachra veſtra confringam.2. Paralip.34.Et ſimulachra que ſuppoſita fuerant demoliti ſunt. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ deriuatur a ſupradicta dictione חמה Chama.que ſignificat ſolem & ꝙ erant ſimulachra ſiue imagines ſolis.Ponitur etiam pro delubris.vt Ezech. 6.Et conterentur delubra veſtra.

חמס Chamas. Iniq; vel iniuſte agere. Iniq; opprimere.ledere. Diſſipare.contēnere.polluere.Geñ.16. Iniq; agis cōtra me. Iob.21.Et ſententias cōtra me iniquas.ꝓ quo he.le.Et cogitationibus contra me iniq; vel iniuſte agitis. ſ.cogitādo de me mala.Ezech.22.Neq; opprimatis iniq. Itē ponitur pro ledere vel diſſipare.vt Iob.15. Ledetur q̄ſi vinea in primo flore.Prouer.8.Qui aūt in me peccauerit ledet animā ſuā.Threñ.2.Et diſſipauit quaſi hortū tētoriū ſuū.Ponitur ēt ꝓ contēnere.vt Ezech.22. Sacerdotes eius cōtemp ſerūt legē meā. Itē ponitur pro polluere.Hiere. 13.Pollute ſunt plante tue.Et inde חמס Chamas.i. Iniquitas.iniuſtitia.iniuria.oppreſſio.Geñ.6. Et repleta eſt iniquitate.2.Reg.22.De iniquitate liberabis mē.Ps.71. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum.Ponitur etiam ꝓ mendaci.vt Deut.19.ſi ſteterit teſtis mendax contra hominem.ideſt teſtis iniquitatis. & in plurali.חמסים Chamaſim Ps.139. Ab hominibus iniquis eripe me.Et inde מחמס thachmas.Quod ſignificat quodam genus auis imunde: quā tranſlatio noſtra noctuam vocat.vt Leuit.11. Struthionem & noctuam & larum.

חמץ Chames.fermentare.vt Exo.12.Tulit igitur populus conſperſam farinā anteq; fermentaretur.Et in eodē. Neq; enim poterat fermentari.Leuit.6.ideo nō fermētabitur.Oſee.7.Donec fermentaretur totum.& inde חמץ Chames.i.fermentū.ſiue fermētatū.vt Exo.12.Quicūq; comederit fermentum peribit anima illa ex iſrael. Et in eo.23. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem victime mee. Leuit.2.Omnis oblatio que offertur domino abſq; fermento fiet. Leuit.7.Panes quoq; fermentatos. Amos.4. Et ſacrificare de fermentato laudem.ideſt ſacrificiū laudis. Scribitur etiā cū littera mem in principio & cū tau in fine & dicitur מחמצת Machmeſeth.vt Exo.12. Qui comederit fermentatum peribit anima eius.Et in eodem.Omne fermentatū nō comedetis.Et inde חמץ Chómes.i.acetum.vt Nume.6. Acetum ex vino & ex qualibet alia potione.

חמט Lacerta.
חמל Miſereri. Parcere.
חמלה Miſeratio Indulgentia.
מחמל
חמן Simulachra.
Delubra.
חמס Iniq; agere
Iniuſte agere.
Opprimere iniq. Ledere.
Diſſipare. Cōtēnere. Polluere.
חמס Iniquitas
Mendax.
חמסים Iniqui.
תחמס
Noctua.
חמץ Fermētare.
חמץ Fermētū.
Fermentatus.
מחמצת Fermētatū
חמץ Acetum.

חָמַן Contrahi.

Ps.68.Et in siti mea potauerūt me aceto.& inde חָמַן Chames.i.exacerbari siue cōtrahi.vt Ps.72. Quia inflam matū est cor meū.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trāstulit quia contractū est cor meū . Item חָמֵן Chomes.i.nocens siue iniquus.vt Ps.70. De manu contra legem agentis & iniqui.pro quo btūs hieronymus in psal terio iuxta he.ve.transtulit.De manu iniqui & nocentis.& inde חָמוּן Chamos.i.oppressus . Esa .1.Subuenite oppres so.Ité חָמִין Chamis.i.pabulū.Pro q̄ btūs hieronymus trā stulit.Migma.vt Esa.30.Cōmixtum migma comedent.he brei tamen dicunt q̄ in p̄dicto loco signīat granū frumēti purum & mundū.Ité חָמוּץ Chamus.i.tinctus.Esa.63.quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra.

חֲמֵן Jniquus . Nocens.

חָמוּן Oppress⁹.

חָמִין Migma.

חָמוּץ Tinctus.

חָמַק Declinare

חֲמוּקֵי Juncture.

חָמַר Turbare . intumesce re.

חַמְרְמַר intumesce re.

חֵמָר Cōturbare Bitumen.

חֹמֶר Lutum

חֵמָר Cementus Agger.

חֹמֶר Corus.

חֲמוֹר Asinus .

חֲמֹרִים Asini.

יַחְמוּר Bubalus.

Chamac. Diuertere.declinare.vt Canti.5.At ille de clinauerat.Hiere.31.Vsquequo delicijs dissolueris fi lia vaga.Pro quo he.le.Vsquequo diuertes siue declinabis .s.a via recta filia vaga:siue filia aduersatrix . & inde חֲמוּקֵי Chamuce . Pro quo beatus hieronymus transtulit iunctu ras.vt Canti.7.Iuncture femorum tuorum sicut monilia.

חָמַר Chamar.Turbare.intumescere.vt Ps.45 . Sonuerūt & turbate sunt aque eorū.pro quo beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Sonantibus & intume scentibus gurgitibus eius.Et aliqñ duplicatur līa mem & līa res & dicitur חַמְרְמַר Chomarmar.vt Iob.16 .Facies mea intumuit a fletu .Threñ.1.Conturbatus est venter meus . Item חֵמָר Chemar.bitumē.vt Genē. 11. Habuerunt late res pro saxis & bitumen pro cemento.Et in eo. 14 . val lis aūt siluestris habebat puteos multos bituminis . Inde verbum bituminare . Exo. 2.Et liniuit eā bitumine acpi ce.vbi ponitur nomen & verbū ab eo deriuatum.s. bitumi nauit eam bitumine acpice.Item חֹמֶר Chómer.i. lutum si ue cementū ex calce & arena cōmixtū:siue aceruus : aut co rus.vt Exo.1.Operibus duris luti & lateris.Iob.10.Memē to queso q̄ sicut lutū feceris me.Et in eo.38.Restituetur vt lutū signaculū.Esa.64.Nos vero lutū:& fictor noster tu . Abach.3.In luto aquarū multarū.Potest etiam legi . Coa ceruationē siue cōgregationē aquarū multarū . Iuxta illud Ps.32.Cōgregans quasi in vtre aquas maris . Ponitur etiā pro cemento.vt Genē.11.Et bitumen pro cemento. Signīat ēt aggerē siue acceruū.vt Exo.8.Congregauerūt eas in in mēsos aggeres.Item חֹמֶר Chómer.corus genus mensure. vt Esa.5.Et triginta modii sementis facient modios tres. Pro quo he.le.Corus sementis faciet ephi. Et est idem sen sus.Nam corus cōtinet triginta modios:& ephi est decima pars cori.vt Ezech.45.Vt capiat decimā partē cori batus & decimā partē cori ephi. Osee.3.Quindecim argenteis & coro hordei.Item חֲמוֹר Chamor.i.asinus.vt Genē.22.Stra uit asinū suū.Et in eo.49.Isachar asinus fortis . Deut . 28. Asinus tuus rapiatur coram te.Iudi.15.In maxilla asini in mādibula pulli asinarū deleui eos: & percussi mille viros. Pro quo aliqui hebrei legūt sic. in maxilla asini coacerua tio aceruorū.s.percussa est de philisteis.sequitur. In maxil la asini percussi mille viros.Quia vt dictū est asinus & acer uus eisdem litteris scribitur in hebreo . De quo vide Bur genē .in additionibus super predicto loco .1. Reg . 16 .Tulit itaq̄ Isai asinū plenū panibus.Et i hebreo nō habetur ple num sed sic.Tulit itaq̄ isai asinū panū.i.onustū siue plenū panibus sicut est in littera nīa.4.Reg.6.Caput asini octo ginta argenteis venderetur.& in plu . חֲמֹרִים Chamorim . i.asini.vt Genē.12.Fuerūtq̄ ei oues & boues & asini .Et in de dicunt hebrei q̄ deriuatur יַחְמוּר Iachmur.Pro quo bea tus hieronymus trāstulit bubalū.Deut.14. Cerui & capre am & bubalum.Hebrei dicunt q̄ significat quoddā genus ceruorū.Item חֲמַר Chémer.vel חָמַר Chámar.i.vinum siue merū.vt Deut.32.Et sanguinem vue biberent meracissi mum.Ps.74.Quia calix in manu dñi vini meri.i.optimi plenū.Esa.27.In die illa vinea meri cantabitur ei.Et in li gua chaldaica scribitur aliqñ cum aleph in fine & dī חַמְרָא Chamra.Dañ. 5. precepit ergo iam temulentus.p q̄ he.le. Precepit in gustu vel sapore vini.& in eo . Bibebant vinū.

חֲמַר Vinum.

חֲמַר Merum .

חַמְרָא Vinum

חָמֵשׁ Quinq⁹.

חֲמֵשׁ Chames.quinq⁹.vt Esa . 45 . Ita vt quinq⁹ partibus excederet.Et in eodē.45.Adhuc enim quinq⁹ anni residui sunt.1.Reg.25.Et quinq⁹ arietes coctos.Esa.19.Erūt quinq⁹ ciuitates in terra egypti.Et in genere masculio scri bitur cū he in fine & dicitur חֲמִשָּׁה Chamissa .contra mo rem aliorū nominū.Genē.14.Quattuor reges contra quin q⁹.Et in eo.47.Extremos quoq⁹ fratrum suorū quinq⁹ vi ros constituit.Et similiter alia nomina numeralia a tribus vsq⁹ ad decem seruant predictū ordinem: q̄ in genere ma sculino assumunt he in fine.vt infra in suis locis dicetur.in de verbum חָמֵשׁ Chimes.i.quintam partem tulit.Siue quī tam partem imposuit.ac si diceremus quintauit :sicut a de cem dicitur decimauit.vt Genē.41.Et quintā partē fructuū cōgreget in horrea.Pro quo he.le.Et quintet terrā egypti. Et est sēnsus sicut in līa nīa.Inde חֲמִישִׁי Chamisi .i.quintus. vt Genē.1.Et factū est vespere & mane dies quintus . & inde חֹמֶשׁ Chómes siue חֲמִישִׁית Chamisith.i.quinta .s. pars . vt Genē.47.Quintam partem regi dabitis.Et in eo . In vni uersa terra egypti regibus quinta pars soluitur. Leuit.5.& quintā partē ponet.Et in eo.Et quintā desuper partē dño cui damnū intulerat. Nu.5.Quintāq⁹ desuper ei in quem peccauerit . Accipitur etiam חֲמִישִׁית Chamisith p quīquā gulato.i.pro re quinq⁹ angulorū.3.Reg.6. Postesq⁹ an gulorū quinq⁹.i.quinquāgulati.Sicut in eo.dicitur quadran gulati.Et inde חֲמִשִּׁים Chamisim.idest quīquaginta. Genē. 18.Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate . Et inde quin quagenarius dicitur שַׂר חֲמִשִּׁים Sar chamisim . idest prin ceps quinquaginta.vt Exo.18.Et cōstitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos . Pro quo in hebreo legitur.Principes milliū & principes cētum & pri cipes quinquaginta & principes decem : scilicet virorum. Et inde חֹמֶשׁ Chómes.Pro quo beatus hieronymus tran stulit inguen.2.Reg.2.Percussit ergo eum abner auersa ha sta in inguine.Et in eo.3.Et percussit eum ibi in inguine & mortuus est.Et in eo.4 . Et percusserunt eum in ingui ne.Et vt dicit nicolaus de lyra est locus in corpore humano post quintam costam vbi pendent membra vitalia.Et quia arma bellica sunt fabricata cum costis & iuncturis ferreis ad similitudinem humani corporis & protegunt hominē vsq⁹ post inguen: inde dicitur חֲמֻשִׁים Chamusim .i .arma ti.vel quia homines armati procedebant ordinatim quin queni ad bellum.Exo.13.Et armati ascenderunt filii israel de terra egypti.Et Ios.1.Vos aūt trāsite armati añ fres uros.

חֲמִשִּׁי Quintus.

חֲמִשִּׁית Quinta pa

חֲמִשִּׁית Quinqua gulati.

חֲמִשִּׁים Quinqua ginta.

Quinqua genarii.

חֹמֶשׁ Jnguen.

חֲמֻשִׁים Armati.

חֲמַת Vter

חֲמַת Chemath.siue חֹמֶת Chémeth. Lagena . hydria . vter. Genē. 21.Et tollēs panem & vtrem aque imposuit sca pule eius.& in eo.Cūq⁹ cōsumpta eēt aqua in vtre.Osee.7 Ceperūt principes furere a vino.Pro q̄ he.le.Ceperūt prici pes lagenā siue vtrē vini:vel de vino.pōt ēt signīare irā si ue furorē sicut est in līa nīa.vt Iob.21.Et de furore oīpotē tis bibet. De quo vide infra in dictiōe יַיִן Iacham . Poni tur ēt pro felle. Deut.32.fel draconū vinū eorū. Abach . 2. Ve qui potū dat amico suo mittēs fel suū. Sed ēt in predicto loco hebrei dicūt qđ signīat hydriam siue vtrem.

חֲמַת Lagena.

חֵמָה Furor.

חֵמָה Fel.

חֵן Chen. Gratia. De quo vide in dictione sequenti.

חָנַן Chanan.misereri.gratificari. donare.s.per gratiā .dep cari.orare. Genē.43. Deus inquit misereatur tui fili mi .

חָנַן Misereri.

Exo.33.Et miserebor cui voluero. Pro quo in hebreo habetur. Et miserebor cui miserebor:siue cui misertus sum. Vnde in epistola beati pauli ad Romanos.cap.9. Sic habetur.Moysi enim dicit miserebor cui misertus sum. & scribitur in predictis locis p simplicē nun:sicut & in aliqbus aliis sequētibus.Iudi.21.Miseremini eorū. Iob.19.miseremini mei miseremī mei saltē vos amici mei.Ps.6.Miserere mei de?qm infirm? sum.Ps.25.Audiuit dñs & misertus ē mei. Ps.30.miserere mei dñe qm tribulor. ps.36. Iustus aūt miseretur & tribuit.Ps.66.Deus misereatur nr̄i. Ps.76. Aut obliuiscetur misereri deus.Ps.101. Quia tempus miserendi eius.Prouer.14.Qui aūt miseretur pauperi beatus. Et in eo.19.Feneratur aūt dño qui miseretur paupis. Esa.26. Misereatur impio & nō discet iustitiā.Et in eo.30. Propterea expectat dñs vt misereatur tui.Et in eo. Miserans miserebitur tui.Et in eo.33.Dñe miserere mei.Amos.5.Si forte misereatur dñs deus exercituū.Malach.1.Et nunc deprecamini vultum dei vt misereatur nostri. Sigñat ēt donare vt Geñ.33.Quos donauit deus seruo tuo.Et in eo. Et quā donauit mihi deus tribuens oīa.Ps.118.Et de lege tua miserere mei.Pro quo btūs hieronymus ī psalterio iuxta he. ve.transtulit.Et legem tuā dona mihi. Et quādo est verbū quarte coniugationis tunc sigñat deprecari siue orare.aut quasi per gratiā vel misericordiam petere.vt Geñ.42.Cū q̄ deprecaretur nos.Deut.5.Deprecatusq̄ sum dñm. Iob. 19.Ore proprio deprecabar illū.Et in eo. Et orabam filios vteri mei.Et qa ille qui orat vł deprecatur submisse loq? tur:ideo ponitur in nr̄a translatione p submisse loqui.Prouer.26.Quādo submiserit vocem suā nec credaris ei. Itē ponitur p ingemiscere.vt Hiere.23. Quomodo cōgemuisti cū veniissent tibi dolores. Sed etiā in predicto loco hebrei legunt.Quō deprecata es cū veniissent tibi dolores.vł sic.Quā gratiā siue quā misericordiā habuisti cū veniissent tibi dolores.Inde חן Chen.i.gra Geñ.18.Si inueni gratiā in oculis tuis ne transeas seruū tuum.Et in eo.39. Et dedit ei gratiā in conspectu principis carceris.Exo.3.Daboq̄ gratiam populo huic.Et in eo.12.Dñs autem dedit gratiā populo corā egyptiis.Et aliqñ scribitur cū littera iod ī medio & dē חין Chin.De quo supra dictū est in suo loco. & inde חנינה Chanina.i.misericordia siue gratia. Pro quo beatus hieronymus transtulit requiē.Hiere.16.Qui nō dabūt vobis requiē.& inde תחנה Thechina.i.clementia.mīa.gratia. deprecatio siue obsecratio.aut preces. vt Ioſ.11. Et non mererentur vllam clementiam.3.Reg.8. Respice ad orationē serui tui et ad preces eius.Et in eodem. Et exaudies in celo orationes eorum & preces eorum. Et in eodem. Sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & populi tui. Hiere. 38. Prostrabam ego preces meas coram Rege. Declinatur etiam pluraliter תחנונים Thachanunim siue תחנוני Thachanune.secundum formam nominum masculinorum. vt Ps.27. Quoniam exaudiuit vocē deprecationis mee. Ps. 129.Fiant aures tue intendentes in vocē deprecatiōis mee. Prouer.18.Cum obsecrationibus loquitur pauper. Hiere. 31.Et in misericordia reducam eos.Zach.12. Spiritum gratie & precum.Reperitur etiam תחנונת Thachanunoth. secundū formā noīum femininorū.vt Ps.85. Et intende voci deprecationis mee. Inde חנם Chinam.i.gratis siue gratuito aut frustra: supuacue.Geñ.29.Nun quia frater meus es gratis seruies mihi.Exo.21.Egredietur gratis absq̄ pecunia.Nu.11.Recordamur pisciū quos comedebamus in egypto gratis.Ps.34.Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.Et in eo. Superuacue exprobrauerūt animam meam.Prouer.i. Frustra ei iacitur rete ante oculos

Donare.

Deprecari Orare.

Submisse loqui. Ingemiscere.

חן Gratia.

חנינה Requies.

תחנה Clemtia. Preces. deprecatio

תחנונים deprecatio

Obsecrationes. Mia. Preces.

תחנונת חנם

Gratia. Supuacue Frustra.

pēnatorū. Malach.1.Et nō incēdat altare meum gratuito.

חנה Chana.castrametari.castra ponere. manere. expugnare.obsidere.circūdare.scilicet castris obsidentiū. Exo. 13.Castrametati sunt in etham.Et in eo.14. Reuersi castra metentur e regione phiairoth. Et in eo.in conspectu eius castra ponetis super mare.Et in eo.15. Et castrametati sūt iuxta aquas.Et in eo.9.Castrametati sunt in eodem loco. Et in eo.Ibiq̄ israel fixit tentoria.Pro quo hebrei legunt. Et mansit ibi israel.Iudi.11.Et castrametatus est trans Arnon.Et in eo.19.Mane apud me etiam hodie.Pro quo hebrei.Manete obsecro:ecce dies manendi vel quiescēdi. s. est. eo quod iam tendebat ad occasum.vt supra in eodem dicitur.1.Reg.4.Et castrametatus est iuxta lapidem adiutorii. Et in eo.Porro philistiim venerūt in aphec. Pro quo hebrei. Et philistiim manserūt siue castrametati sunt in aphec. Et in eo.13.Et ascendentes castrametati sunt in machmas.Et in eo.17.Castrametati sunt inter sochoth & azecha. Ponitur etiam pro obsidere vel expugnare aut circūdare. s. castris obsidentium.2.Reg.12.Et obside ciuitatem & cape eā 5.Reg.16.Porro exercitus obsidebat gebbeton.2. Paralip. 32.Et obsedit ciuitates munitas volens eas capere. Ps.26. Si consistant aduersum me castra.idest si obsederint vel castrametati fuerint aduersum me Esa.29.Vea riel ariel ciuitas quā expugnauit dauid.& potest etiā legi. Ciuitas in qua mansit vel in qua habitauit dauid. Et in eodē. Et circundabo te quasi spheram Zach.8. Et circundabo domum meam ex iis que militant mihi. Et inde תחנת Thachanoth. idest mansio siue castrametatio.4.Reg.6. In loco illo & illo ponamus insidias.Pro quo hebrei legunt.In loco illo & illo mansio mea:scilicet erit ad insidiandum. Et inde מחנה Machane.idest castrametatio.Siue castra.aut turma.circumuallatio.Et est vtriusq̄ generis tam in singulari quā in plurali.vt Geñ.32.Castra dei sunt hec.Et in eodem. Si venerit esau ad vnam turmam & percusserit eam:alia turma que reliqua est saluabitur.Et in eodem.Ipse vero mansit nocte illa in castris. Nu.2. In castris filiorum ruben ad meridianam plagam.Deut.23.Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum. Et in plurali מחנים Machanim:siue מחנים Machanaim secundum formam masculinorum:aut מחנות Machanoth secundum formam femininerum.idest turme.castra.agmina.vt Geñ.32. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim.idest castra. Et in eodem. Et diuisit populum in duas turmas.Et in eodem.Et nunc cum duabus turmis regrediar.Nu.10. Quando mouenda sunt castra.Et in eodem.15.Vrbes quales:murate an absq̄ muris.pro quo hebrei legunt. Vrbes quales in quibus habitant:si in castris an in munitionibus. & est sensus sicut in littera nostra.1.Reg.17. Congregantes autem philistiim agmina sua.Et in eodem.29.Congregata sunt ergo philistiim vniuersa agmina.Canti.6.Quid videbitis in sunamite nisi choros castrorū.Et inde חנית Chanuioth.idest mansiones parue.siue habitacula ad pernoctandum secundum hebreos.Pro quo beatus Hieronymus transtulit ergastulum.Hiere.37.Itaq̄ ingressus est Hieremias in domū laci.& in ergastulum. Et inde חנית Chanith. idest lancea siue hasta.vt.1.Reg.17.Hastile autem haste eius erat quasi liciatorium texentium.Et in eodem. Ipsum autem ferrum haste eius. Et in eodem.18.Tenebat autem saul lanceam. Et in eodem.19. Nisusq̄ est saul configere dauid lancea.1.Reg.22.Hastam manu tenens. Et in eodem.26. Ecce hasta regis.2. Reg.23. Ipse est qui leuauit hastam suam. Et in plurali. חניתים Chanithim secundum formam masculinorum: siue חניתות Chanithoth

Gratuito. חנה castrametari. Castra ponere. Manere. castra. Turma. Obsidere. Expugnare circundare. חנת Thachanoth castrametatio. מחנה Ergastulū חנית Hasta. Lancea. חניתים חניתות Agmina.

secundum formam femininorum.vt.2.Paralipo.23.Dedit ꝙ ioiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosꝙ. Esa.2. Et lanceas suas in falces.

Lancee.

חָנַט Chanat. condire.s.aromatibus :sicut in corporibus mortuorū fieri solet vt seruentur a putrefactione.producere.proferre.vt Gesi.50.Precepitꝙ seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem suum. Et in eo. Quibus iussa complentibus.Pro quo hebrei legunt.Et condierunt medici israelem.Et in eodem. Iste quippe mos erat cadaueruum conditorum.Et in eo.Et conditus aromatibus repositus est in loculo.Itē חָנַט Chanat.i. producere.proferre.s. quando arbor profert primos fructus:vel qñ ficus profert grossos suos.Canti.2.Ficus protulit grossos suos. Et inde dicunt aliqui ꝙ deriuatur חִטָּה Chita.i.triticum vel frumētum:eo qđ in lingua chaldaica dicitur חִנְטִין Chintin.vt Esdre.6. Frumentum sal vinum & oleum.Et de hoc vide supra in dictione חִטָּה Chita.

Condire. Proferre. Triticum. Frumētū.

חָנַךְ Chanach.Initiare.dedicare.erudire.ibuere.s. primis rudimentis.Deut.20. Quis est homo qui edificauit domum & non dedicauit eam.Et in eo.Et alius dedicet eā. 3.Reg.8.Dedicauerunt templū dñi rex & filii israel. Inde חֲנֻכָּה Chanucha.i.dedicatio.vt Nu.7. Hec in dedicatione altaris oblata sunt.Et in titulo.p̄s.30.Psalmus cantici in dedicatione domus.Item חָנַךְ Chanach.erudire.siue imbuere.scilicet primis elementis vel a primis moribus. vt Prouer.22.Prouerbium est:adolescens iuxta viā suā:etiam si senuerit nō recedet ab ea.pro quo hebrei legunt. Erudi siue imbue adolescentem iuxta viam suam: etiam si senuerit non recedet ab ea.Et inde חֲנִיכִים Chanichim.idest eruditi siue imbuti legibus domus. Pro quo beatus Hieronymus transtulit expeditos.vt Gesi.14.Numerauit expeditos vernaculos suos.

Dedicare. Dedicatio Erudire. Imbuere. Expediti.

חִנָּם Chinam.Gratis siue gratuito.superuacue.frustra. De quo vide supra in dictione חָנָן Chanan.

Gratis.

חֲנָמַל Chanamal.pruina.Ps.77.Et moros eorū in pruina sed btūs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trāstulit frigus.Hebrei tamen dicunt ꝙ significat speciē grādinis.Et solum inuenitur in predicto loco.

Pruina

חָנַף Chanaph.polluere.maculare.simlare.hypocritā esse. seducere. Accipere personam.Nu.35.Ne polluatis terram habitationis vestre.Et in eo. Que infontium cruore maculatur.Ps.105.Et interfecta est terra in sanguinibus.ꝙ quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Et polluta est terra in sanguinibus.Et ēt in trāslatione nra fortasse debet legi infecta ꝙ iterfecta.Esa.24.Et terra iterfecta ē ab hītatoribus suis.vbi sīlr ꝙ interfecta debet legi infecta.i.polluta siue vitiata aut cōtaminata.Hiere.3. Nunqd nō polluta & cōtaminata erit terra illa.& in eo. Et polluisti terrā in fornicatiōibus tuis.Et in eo.25. Propheta nāꝙ & sacerdos polluti sunt.Dasi.11.& ipii in testñ simulabūt fraudulēter.& inde חֲנוּפָה Chanupha.i.pollutio vel cōtamiatio Hiere.23.A ꝓphetis hism egressa est pollutio sup oēm terrā.Et inde חָנֵף Chaneph.i.hypocrita.simulator. fallax. vt Iob.8.Spes hypocrite peribit.& in eo.13. Non eī veniet in cōspectu eius oīs hypocrita.Et in eo.15.Cōgregatio eī hypocrite sterilis.Et in eo.20.& gaudiū hypocrite ad instar pūcti.Et in eo.34.qui regnare facit hoiem hypocritam pp petā populi.Et in eo.36.Simulatores & callidi ꝓuocāt iram dei.Ps.34.tētauerūt me subsānauerūt me.Pro qꝫ btūs hieronymus in psalterio iuxta he.ve.trāstulit. In simulatione verborū fictorū.& in he.legitur in pñi.s.in simulatorib⁹ vl simulatiōibus.Esa.9.Quia oīs hypocrita est & nequā. Et in eo.10.Ad gentē fallacē mittā eum.Et in eo.33. Possedit

Polluere. Maculare simulare. Pollutio. Hypocrita simulator. simulatio. Fallar.

timor hypocritas.Et inde חֹנֶף Chóneph.i. hypocrisis vel simulatio.vt Esa.32. Vt perficiat simulationem.

חֹנֶף simulatio.

חָנַק Chanac.strangulare.necare.laqueo suffocare. 2.Reg.17.Dispositā domo sua suspēdio iteriit.i.laqueo se suffocauit.Iob.7. Quam ob rem elegit suspendium anima mea.Naum.2.Et necauit leonibus suis.

חָנַק laqueo suffocare vel suspendere Vel necare.

חֶסֶד Ghesed.misericordia.beneficiū.gratia.Gesi. 21. Hāc mīam facies mecū.& in eo. Iuxta mīam quā feci tibi facies mihi.Et in eo.47.Et facies mihi mīam & veritatē. Exo.15. Dux fuisti in misericordia populo quē redemisti. Et in eo.34.Faciens misericordiā in millia.Deut.7.Custodiens pactū & mīam.2.Reg.16.Hec est inquit gratia tua ad amicū tuum.Iob.6.Qui tollit ab amico mīam.Ps.25.qm̄ mīa tua ante oculos meos est.Ps.88.Misericordias dñi in eternū cantabo.& in eo.qm̄ dixisti in eternū mīa edificabitur.Prouer.3.Misericordia & veritas non te deserant. Esa.16.Et preparabitur in mīa solium.Et in eo.57. Et viri mīe colliguntur.Ione.2.Misericordiam suā derelinquūt. i.nō recordātur beneficiorum tanꝫ ingrati. Et inde חָסִיד Chasid.i.misericors.sanctus.benignus.benefaciens.siue q est in statu gratie.Ps.4.Qm̄ mirificauit dñs sanctū suum. Ps.11.quoniā defecit sanctus.Ps.15. Non dabis sanctū tuū videre corruptionē.Et inde verbū חָסַד Chasad.i.sanctum vel misericordem esse.Ps.17.Cum sancto sanctus eris.vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum. Item חָסַד chasad.ponitur per antiphrasin pro improperare siue insultare.vt Prouer.25.Ne forte insultet te qui audierit. Et inde חֶסֶד Chesed.ideſt improperium siue nefas.vel res nefaria vt.Leuit.20.Nefariam rem operati sunt. Item חֲסִידָה Chasida.Nomen auis est inmunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit porphyrionem.Leuit.11. Onocrotalum & porphyrionem.Hebrei tamen dicunt ꝙ significat ciconiam.

Beneficiū. חָסִיד sanctus. חָסַד sanctū esse. Insultare. חֶסֶד nefaria res חֲסִידָה Porphyrion.

חָסָה Chasa.confidere.fiduciam habere.sperare. protegere. Tutari. Deut.32. Vbi sunt dii eorum: in quib⁹ habebant fiduciam.Ps.5.Et letentur omnes qui sperant in te Ps.16.Qui saluos facis sperantes in te.Ps.30.In te dñe speraui.Ps.35.In tegmine alarum tuarum sperabunt. Ps.56. Quoniam in te confidit anima mea.Et in eodem. Et i vmbra alarum tuarum sperabo.Ps.65.Letabitur iustus in domino:& sperabit in eo.Prouer.14.Sperat autem iustus in morte sua.Esa.14. Et in ipso sperabunt pauperes populi eius.Naum.1.Et sciens sperantes in se. Soph.3. Et sperabunt in nomine domini. Item significat protegere vel tutari.vt Iudi.9.Venite & sub vmbra mea requiescite.i. ptecti & securi estote.Ps.60.Protegar in velamento alarū tuarū.ps.90.Et sub pennis eius spabis.i.ptegeris.& ide חֲסוּת Chasuth.i.fiducia.Protectio.vt Esa.30. Et fiducia vmbre egypti in ignominiā.Et inde מַחְסֶה Machse.i.spes.fiducia. Protectio.p̄s.45.Deus nr refugiū & virtus.pro quo beat⁹ hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Deus nra spes & fortitudo.Ps.61.Deus adiutor noster in eternū. pro quo beatus Hieronymus transtulit.Deus spes nostra semper.p̄s.70.Et tu adiutor fortis. pro quo beatus Hieronymus transtulit.Et tu spes mea fortissime.p̄s.90. Dicet domino susceptor meus es tu.pro quo beatus hierōymus trāstulit. Dicēs dño spes mea.Et in eo.qm̄ tu dñe spes mea.p̄s 103.Petra refugium herinaciis.i.ptectio siue tutamen herinaciis.Esa.25.Spes a turbīe: vmbraculum ab estu.Et in eo.28.quia posuimus mendacium spes nostra.

חָסָה Fiduciam habere. sperare confidere. Protegi חֲסוּת Fiducia. מַחְסֶה spes. Refugium

חָסַל Chasal.deuorare deuastare. Deu.28.qm̄ locuste deuorabūt oia.& ide חָסִיל Chasil.i.bruch⁹.gen⁹ locuste.siue rubigo a deuorādo vl deuastādo dictū.vt Esa.33.sīc colligitur bruch⁹.Ioheł.1.residuum bruchi comedet rubigo.

Deuorare חָסִיל Bruchus.

חָסַם Ligare

חסם Chasam.claudere siue ligare.s.os.vt Deut.25.Non ligabis os bouis terentis. Ezech.39. Que obstupescere faciet pretereuntes.Pro quo hebrei legunt.Que claudere faciet pretereuntes.s.ora vel nares propter magnitudinem fetoris cadauerum mortuorum.Sicut exponunt hebrei.& inde מַחְסוֹם Machsom.i.illud quo aialiū ora claudūtur.Pro quo translatio nostra habet custodiā.vt.Ps.38.Posui ori meo custodiā.Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit silentium.

מַחְסוֹם Custodia

חֹסֶן Fortitudo חָסְנָא Diuitie Substātia Opes. חָסַן Reponere חָסֹן Fortis Potens.

חסן Chósen.fortitudo.potentia.diuitie.opes.vt Prouer.15 Domus iusti plurima est fortitudo.Dani.4. In robore fortitudinis mee.& aliquando scribitur cum aleph in fine. & dicitur חָסְנָא Chisna. Dani.2.Et regnum & fortitudinē & imperium & gloriam dedit tibi.Accipitur etiam pro diuitiis vel substantia aut opibus.Esa.33.Diuitie salutis sapiētia & scientia.Hiere.20.Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius.Ezech.22.Opes & precium acceperunt.& in de verbū.חָסַן Chasan.i.thesaurizare.reponere.Esa.25.Nō condentur nec reponētur.& inde חָסֹן Chason.i. fortis siue potēs.Esa.1.Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppe & opꝰ vr̄m q̄si scintilla.pro quo hebrei le.Et erit fortis in stuppā & opus suum q̄si scintilla.Amos.2.Et fortis ipse quasi quercus.& aliq̄s scribitur cum iod in secunda syllaba. & dicitur חָסִין Chasin.vt.Ps.88.Quis similis tui potens es dñe.Item חָסַן Chasan in lingua chaldaica significat obtinere vel possidere aut hereditare.Dani.7.Et obtinebit regnum vsq; in seculum.Et in eo.Et regnū obtinebūt sancti.i. possidebūt.

חָסִין Potens. חָסַן Obtinere.

חָסַף Fictilis Testa.

חסף Chasaph siue חַסְפָּא Chaspa.in ligua chaldaica significat fictile siue testam.Dani.2. Quedā aūt fictilis. & in eodē.Tunc contrita sunt pariter ferrum:testa.

חַסְפַּס מְחֻסְפָּס pilo cōtusus.

חספס Chasphas. minutum siue contussum.& additur lr̄a mem in pricipio & dicitur מְחֻסְפָּס Mechusphas.Pro q̄ btūs Hieronymꝰ transtulit.Quasi pilo contussū.Exo.16 Apparuit in solitudine minutum & quasi pilo cōtussum.& solum inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui hebrei ꝙ significat rotundū.In translatione chaldaica habetur quasi decorticatum.

חָסַר Minui. Deficere Deesse. Indigere

חסר Chasar.deesse.deficere.indigere.diminui.vt Genē.8. Et ceperunt minui post centum quinquaginta dies. Et in eodem. At vero aque ibant & decrescebant.i. deficiebant vel minuebantur.& in eodem.18.Quod si minꝰ quinquaginta iustis quinq; fuerint.Pro quo hebrei legūt.Si forte deficiāt de quinquaginta iustis quinq;. Exo.16. Nec qui minus parauerat reperit minus.Pro quo hebrei legūt. Nec qui minus parauerat diminuit.s.mensurā gomor.& est sensus sicut in littera nostra.Deut.2.Et nihil tibi defuit.& in eodem.8.Et rerum omniū abundantia perflueris. Pro q̄ he.le.Nihil indigebis in ea.Et in eodem.15.Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. 1.Reg.21. An desūt nobis furiosi.5.Reg.17. Nec lecythꝰ olei minuetur. & in eodē. Et lecythꝰ olei non est imminutꝰ. Nec.9.Nihil eis defuit.Ps.8 Et minuisti eum paulominꝰ ab angelis.Ps.22.Et nihil mihi deerit.Prouer.10.Et virga in dorso eius qui indiget corde.& in eodem.12.Quam gloriosus & indigens pane.& in eodem.28.Dux indigens prudentia multosopprimit.& in eodem.31.Et spoliis non indigebit.Eccls.4. Et fraudo animam meam a bonis.i.diminuo bona anime mee.& in eodem.6.Et nihil deest anime sue.Canti.7. Nunq; indigens poculis. Esa.23.Et potum sitienti auferat.Pro quo hebrei legunt.Potum sitiēti diminuat siue indigere faciat. Hiere. 44.Indiguimus omnibus.& inde חֶסֶר Chaser siue חֹסֶר Chéser.i.defectus.egestas.indigentia.vt Prouer. 10. Indocti autem in cordis egestate morientur..& in eodem.28.Et

חֶסַר Egestas

ignorat ꝙ egestas supueniet ei.& inde חֹסֶר Chóser.i.penuria.egestas.indigētia.defectus.Deut.28.Propter rerū oīm penuriā.Iob.30.Egestate & fame sterriles.Amos.4.Et indigentiā panis in oīnibus locis vestris.& inde חִסְרוֹן Chesron idest defectus siue diminutio.aut indigentia. Eccls.1. Stultorum infinitus est numerus.Pro quo hebrei legunt.Et defectus nō potest numerari.Potest etiam legi sic. Et deficiēs vel indigens.s.corde & intellectu non potest numerari. Et tunc erit sensus sicut in littera nostra. & ponitur ibi in hebreo singulare pro plurali.sicut in pluribus aliis locis. Et inde מַחְסוֹר Machsor.i.defectus siue indigētia.aut penuria. Iudi.18.In quo nullius rei est penuria.& in eodem.19.Nulla re indigemus nisi hospitio.Pro quo hebrei legunt.Nullius rei est indigentia.& in eodem.Et prebebo omnia que necessaria sunt.Pro quo hebrei legunt.Omnis indigentia tua super me.Et est sensus sicut in littera nostra. Prouer. 28.Qui dat pauperi non indigebit.i.non erit ei indigētia vel egestas.

חֹסֶר Penuria. חֶסַר Egestas חִסְרוֹן Defectus. מַחְסוֹר Penuria. Indigētia

חָף

חף Chaph.mundus siue immaculatus. De quo vide in dictione sequenti.Quia inde deriuatur secūdū hebreos.

חָפַף In thalamo morari protegere. חוּפָּה Thalamꝰ. חוֹף Littus. Statio nauium. Maritima Portus חָף Immaculatus.

חפף Chaphaph.occultare.velare.protegere.btūs Hieronymꝰ trāstulit:q̄si in thalamo morari. Deut.33.Quasi in thalamo tota die morabitur.Pro quo he.le.Protegens super eum tota die. Inde חוּפָּה Chupa.i.thalamus.eo quod est coopertus & velatus.Ps.18.Et ipse tanq; sponsus procedēs de thalamo suo. Ioel.2.Egrediatur spōsus de cubiculo suo. & sponsa de thalamo suo. & inde חוֹף Choph.i.portus vel littus.aut statio nauium:eo quod occultat & protegit naues. Genē.49.Zabulon in littore maris habitabit. & in eodem Et in statione nauium.Hiere.47.Et aduersus maritimas eius regiōes.Pro quo he.le.Et aduersus portum maris. Et inde חָף Chaph.i.mundus siue immaculatus.vt Iob.33.Immaculatus & non est iniquitas in me.

חָפָא Irritare חָפָה Tegere Operire Cooperire

חפא Chapha.irritare. De quo vide in dictione sequenti.

חפה Chapha.operire.tegere.velare.vt.2.paralip.3.Domū quoq; maiorē texit tabulis ligneis abiegnis. & in eodem.Texit domum & trabes eius & postes.& in eodem.Genacula quoq; texit auro.Ester.6.Lugens & operto capite. & in eodem.7.Et statim operuerūt faciem eius.Ps.67. Pēne columbe deargentate.Pro quo in hebreo legitur.Coopte argento.Hiere.14. Operuerunt capita sua. Itē חָפָא Chapha.cum aleph in fine.i.irritare siue detrahere.s.occulte.vt 4.Reg.17.Et irritauerunt filii israel verbis non rectis dominum deum suum.

חָפַז Festinare Festināter fugere. Formidare Mirari Excessꝰ mētis.

חפז Chaphaz.festinare siue festināter abire.formidare.expauescere.mirari.admirari.stupescere.strīgere.2.Reg. 4.Cūq; festinaret vt fugeret cecidit.4.Reg.8. Que proiecerant syri dum turbarentur.i.dum festinarent vt fugerēt. 1.Reg.23.Porro dauid despabat se posse euadere.pro q̄ he.le.Et dauid festinabat ire a facie saul.Potest etiam legi sic.& dauid formidabat ad eūdum a facie saul.i.formidabat posse abire a facie saul.quod est idē sensus cū littera nostra. Itē significat formidare siue expauescere. Deut. 20. Nolite cedere neq; formidetis.Ps.103.A voce tonitrui tui formidabunt. Itē significat mirari.siue admirari.aut stupescere:vel excessum mentis.vt 1ob.40.Ecce absorbebit flumē & nō mirabitur.Ps.30.Ego dixi in excessu mentis mee. Ps.34. Cōturbati sunt cōmoti sunt.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Cōturbati sunt admirati sunt.Ps.115.Ego dixi in excessu meo.& beatus Hieronymus in predicto psalterio trāstulit.Ego dixi in stupore meo & inde חִפָּזוֹן Chiphazon.i.festinatio aut pauor.vel admiratio siue excessus.s.mentis.vt Exo.12.Et comedetis eum fe-

חִפָּזוֹן

Festinatio Paaor

Tumultus חֹפֶן

Manus

Pugillus

חֵפֶץ

Uoluntatē habere.

Uelle.

Stringere חָפַן

Uolūtas.

חָפַר

Fodere

Explorare. Cōsiderar. Scrutari Cōtēplari.

Cōfundere

Erubescer.

Pudere. חָפַשׁ

Libertate donare. חָפְשִׁי

stinanter. Pro quo hebrei legunt. Comedetis eum in festinatione. Deut. 16, In pauore egressus est de egypto. Pōitur etiā pro tumultu. vt Esa. 52. Qm̄ nō in tumultu exibitis

חֹפֶן Chóphen. Interior pars manus: que vola dicitur siue pugnus vel pugillus. & solum inuenitur in nūero plurali. Exo. 9. Tollite plenas manus cineris de camīo. Leuit. 16. Et hauriens manu cōpositum thymiama. Pro quo hebrei legunt. Et plenis manibus siue pugillis thymiamate. Eccls. 4. Melior est pugillus cū requie: q̄ plena vtraq; manus cum labore.

חֵפֶץ Chaphes. velle. placere. voluntatem aut complacētiā habere. siue dilectionē vel amorem habere. Gen. 34. Amabat enim puellam valde. pro quo he. le. Qui volebat aut voluntatem siue cōplacentiā habebat in filia iacob. Nu. 14. Si propicius fuerit dns. pro quo he. le. Si voluntatē habuerit dns. aut si vult dns. Deut. 21. Si aūt postea nō sederit animo tuo. pro quo he. le. Et si non habueris voluntatē vel cōplacentiā in ea. & in eo. 25. Sin aūt noluerit accipere vxorem fratris sui. i. si non voluerit. Iudi. 13. Si dns nos vellet occidere. 1. Reg. 15. Nunquid vult dns holocausta & victimas. Ps. 146. Non in fortitudine equi volūtatem habebit. Canti. 8. Donec ipsa velit. Ezech. 18. Nunquid voluntatis mee est mors impii. i. nunquid voluntatem habeo in morte impii. & in eo. Qua nolo mortē morientis. pro quo he. le. Quia non habeo voluntatē in morte moriētis: siue quia non volo mortem morientis. & in eodem. 33. Viuo ego dicit dominus nolo mortem impii. i. non volo. Ponitur etiā pro stringere. vt Iob. 40. Strinxit caudam suam quasi cedrus. & inde חֵפֶץ Chéphes. i. voluntas. complacentia. beneplacitum. Ps. 1. Sed in lege domini volūtas eius. Ps. 110. Exquisita in omnes voluntates eius. Esa. 58. In die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra. & in eo. Facere voluntatē tuā in die sancto meo. & in eo. Et non inuenitur voluntas tua. Ponitur etiam in numero plurali. pro reb? preciosis. i. pro iis que desiderantur. vt Prouer. 3. Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.

חָפַר Chaphar. fodere. explorare. contemplari. considerare. scrutari. confundere siue cōfundi. erubescere. Gen. 21. Qm̄ ego fodi puteū istum. & in eo. 26. Oms puteos q̄s foderant serui patri illius. & in eo. Fodit alios puteos: quos foderant serui patris sui abraā. & in eo. Foderūtq; in torrēte ni. & in eo. Profectus inde fodit alium puteū. Nu. 21. Puteus quem foderunt principes. Iob. 12. Et defossus securus dormies. Quod sic exponitur ab hebreis. s. dormies secur? quasi terra esset defossa in circuitu tuo. Sicut fit in arce vel fortalicio ne inimici possint accedere ad murum. Eccls. 10 Qui fodit foueam incidet in eam. Hiere. 13. Et fodi & tuli lumbare. Item significat explorare vel considerare aut contemplari seu scrutari. Ios. 2. Vt explorarent terram. & in eodem. Et omnē terram considerare venerunt. Iob. 3. Quasi effodientes thesaurum. pro quo he. le. Et scrutantur eam. s. mortem magis q̄ thesauros. & in eodē. 39. Inde contēplatur escam. Significat etiam confundere vel erubescere. Ps. 33. Et facies vestre non confundentur. Prouer. 15. Impius autem confudit & cōfudetur. & in eodē. 19. Ignominiosus erit & infelix. pro quo he. le. Confundere faciens & erubescere faciens. Esa. 1. Erubescetis super hortis quos elegeratis. & in eo. 24. Erubescet luna & confundetur sol. & in eodem. 33. Confusus est libanus. & in eo. 54. Non erñ te pudebit. i. non erubesces. Hiere. 15. Confusa est & erubuit.

חָפַשׁ Chaphas. liberum eē. liberare. i. libertate donare. Leuit. 19. Nec libertate donata. & in eodē. Quia nō fuit libera. & inde חָפְשִׁי Chopsi. i. liber vel liberatus. Exo. 21. In septimo egredietur liber gratis. Deut. 15. In septimo anno dimittes eum liberum. & in eo. Et quem libertate donaueris: nequaq̄ vacuum abire patieris. Iob. 3. Et seruus liber a domino suo. & in eo. 39. Quis dimisit onagrū liberum. Ps. 87. Inter mortuos liber. & in pl'i חָפְשִׁים Chopsim. Hiere. 34. Vt dimitteret vnusquisq; seruum suum & ancillam suam liberos. & inde חֹפֶשׁ Chóphes. i. libertas. Ezech. 27. In tapetibus ad sedendum. pro quo hebrei legunt. In pannis siue in vestibus libertatis ad sedendū siue ad equitandū ideſt pannis siue tapetibus quibus liberi vtuntur. sicut exponunt hebrei. & inde חָפְשִׁית Chopsith. pro q' beatus Hieronymus transtulit separatam. vt. 2. Paralip. 26. Et habitauit in domo separata plenus lepra. i. libera ab aliorum hominum habitatione.

חָפַשׂ Chaphas cū apice ceboleth. scrutari. inuestigare. mutare. Gen. 44. Quos scrutat? incipiens a maiori vsq; ad minimū. 1. Reg. 25. Scrutabor eū i cūctis millibus iuda. Ps. 63. Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinium. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Ps. 76. Et scopebā spm̄ meū. pro quo hebrei legunt. Et scrutabatur spiritus meus siue inuestigabat vel inuestigabatur. Prouer. 2. Et sicut thesauros effoderis illam. i. scrutatus fueris vel inuestigaueris illam. & in eodē. 20. Que inuestigat omnia secreta ventris. Threñ. 3. Scrutemur vias nostras. Amos. 9. Inde scrutans auferam eos. Soph. 1. In tēpore illo scrutabor ierusalem in lucernis. Abdie. 1. Quomodo scrutati sunt esau. vbi pōitur in hebreo verbū passiuum prime coniugationis quod scribitur cū nun in principio. Item significat mutare. s. habitum vel vultū. vt. 1. Reg. 28. Mutauit ergo saul habitum suum. 3. Reg. 20. Et mutauit aspersione pulueris os & oculos suos. & in eodem. 22. Sume arma tua & ingredere prelium. pro quo he. le. Muta. s. habitum & ingredere prelium. & in eodem. Porro rex israel mutauit habitum suum. Iob. 30. In multitudine eorum cōsumitur uestimentum meū. pro quo hebrei legunt. In multitudine fortitudinis. s. dolorum mutatur vestimentum meum. Et est sensus sicut in littera nostra. Prouer. 28. Regnantibus impiis ruine hominū. pro quo hebrei legunt. Cum surrexerint impii mutatur homo. vel secūdum aliam significationem scrutatur siue inuestigatur homo.

חֵץ Ches. Sagitta. De quo vide in dictione sequenti. quia inde deriuatur.

חָצַץ Chasas. diuidere. dimidiare. vt Iob. 21. Et numerus mensium eius dimidietur. Item חֲצַץ Chasas. i. sagitta. iaculum. Ps. 76. Etenim sagitte tue transeunt. & cōmuniter scribitur cū simplici sade. & dicitur חֵץ Ches. vt. 4. Reg. 19. Nec mittet in eum sagittam. Hiere. 9. Sagitta vulnerās lingua eorū. & in eo. 50. Non parcatis iaculis. quod in hebreo legitur singulariter. s. iaculo vel sagitte. Scribitur etiā cum iod in fine & dicitur חֵצִי Chési. vt. 1. Reg. 20. Iecit aliā sagittam trās puerum. & in eo. Ecce ibi est sagitta. 4. Reg. 9. Et egressa est sagitta per cor eius. & in plurali חִצִּים Chisim siue חִצֵּי Chise. vt Deut. 32. Sagittas meas complebo in eis. 1. Reg. 20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eū. Ps. 19. Sagitte potētis acute. & ide מְחֻצֵּין Mechases siue חִצִּין Choses. i. ballistarius siue sagittarius aut phalanx vel turma armatorum & curruum. Iudi. 5. Vbi colisi sunt currus. Pro q' hebrei legunt. A voce sagittariorum uel ballistariorū. Prouer. 30. Et egredietur vniuersa per turmas suas. Item חֲצַץ Chasas. i. calculus siue lapillus. Prouer. 20. Et postea implebitur os eius calculo. Ponitur etiam translatiue pro numeratione vel numero. vt Threñ. 3. Confregit ad numerū dētes meos. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Cōfre-

Liber

חָפְשִׁים Liberi

חָפְשִׁי Libertas

חָפְשִׁית Separata.

חָפַשׂ Scrutari

Mutare.

חֵץ

חָצַץ Dimidiat.

חֲצַץ חֵץ Sagitta. Iaculum

חֲצִי

חִצִּים Sagitte

מְחֻצֵּין ballistari'. Turma

חִצִּין Calculus Numerus.

git calculo siue in modum arene dentes meos.

חָצַב Fodere — חצב Chasab.fodere. scindere. secare. percutere. excidere. sculpere.dolare. Deut.6. Cisternas quas non fodisti. Pro quo in hebreo habetur.Cisternas defossas siue excisas quas non fodisti siue nō excidisti.& in eodem.8. Et de mō tibus eius eris metalla fodiuntur.2.Paralip.2.Et octoginta millia qui cederent lapides de mōtibus.Ps.28. Vox domini intercidentis flamā ignis.i.excidentis.Et beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Vox domini diuidens flāmā ignis.Prouer.9.Excidit colūnas ei? septem. Esa.5.Torcular extruxit in ea.pro quo he.le.Torcular excidit siue effodit in ea.& in eodē.10.Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea.& in eodem.15. Attendite ad petram vnde excisi estis.& in eodem.22. Quia excidisti tibi hic sepulchrū: excidisti in excelso memoriale. Pōitur etiam pro percutere. Esa.51.Nunquid non tu percussisti superbum. Item significat sculpere siue dolare.vt Iob.19 Vel certe sculpātur in silice. Osee.6. Propter hoc dolui in prophetis.& inde מַחְצֵב Machseb.i.lapicidium.s.locus vnde lapides exciduntur.vt.4.Reg.22. Vt emantur ligna & lapides de lapidicinis.

יָחַד Iachad.vnire.vnicum facere.vt Ps.85. Letetur cor meum vt timeat nomen tuum.Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Vnicum facor meum vt timeat nomen tuum. & aliquando ſcribitur ſine iod.vt Geñ.49.Et in cetu eorum non ſit gloria mea.Pro quo hebrei legunt.Et in cetu eorum non vniatur.ideſt non conueniat gloria mea. Et de hoc vide ſupra in dictione חָבַר Chada.& inde יָחִיד Iachid. ideſt vnicus.vnigenitus.vt Geñ.22.Tolle filium tuum vnigenitū. Ps.24.Quia vnicus & pauper ſum ego.Prouer.4.Tenellus & vnigenitus coram matre mea.Hiere.6.Luctum vnigeniti fac tibi.Et in genere feminino יְחִידָה Iechida. vt Iudi.11.Occurrit ei vnigēita filia ſua.Ps.21.Et de manu canis vnicam meam.p̄s.34.A leonibus vnicam meam. Et inde יַחַד Iachad.ideſt ſimul.in vnum.pariter.Iob.19. Simul venerunt latrones eius.Et in eodem.38. Cum me laudarent ſimul aſtra matutina.Ps.2.Et principes conuenerunt in vnum.Ps.48.Simul in vnum diues & pauper. Et aliquando ſcribitur cū vau in fine & dicitur יַחְדָּו Iachdau.vt Geñ. 13.Vt habitarent ſimul.Et in eodem.Et nequibant habitare communiter.ideſt pariter.Et in eodem.22. Cumq; duo pergerent ſimul.Deut.22.Non arabis in boue ſimul & aſino.Et in eodem.25. Quando habitauerint fratres ſimul. Ps.47.Conuenerunt in vnum.Ps.54. Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos.Hiere.51.Iuuenes & ſenes ſimul.& aliquando ſcribitur cum iod & vau in fine.vt Hiere. 46.Et ambo pariter conciderunt.Et in eodem. Verſi ſunt & fugerunt ſimul.Et in eodem.49.Sacerdotes eius & principes eius ſimul.

יָחַל Iachal.Expectare.ſperare.preſtolari.Geñ.8.Expectauit nihilominus ſeptem diebus aliis.Iob.14.Cunctis diebus quibus nunc milito:expecto.Et in eo.29. Expectabant me ſicut pluuiam. p̄s.32. Quemadmodum ſperauimus in te.Ps.118.In quo mihi ſpem dediſti. Pro quo btūs hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Quem me ſperare feciſti.Ps.130.Speret iſrael in domino.Ezech.13.Et perſeuerauerunt confirmare ſermonē. Pro quo hebrei legunt.Et ſperauerunt confirmare ſermonem.& Michee.5.Et non preſtolabitur filios hominum. Et in voce paſſiua prime coniugationis ſcribitur cum nun & vau in principio loco iod.Ezech.19. Que cum vidiſſet quoniam infirmata eſt & periit expectatio eius. Pro quo hebrei legunt. Et vidit quod cum expectaretur:

Annus. Tempus. Hodie. Quadam die. Hodie. Dies. Dies p ſingulos dies. Tempora. Dico. Columba. Columbe. Cenum. Limus. Grecia. Cogitare. Amatores Sudor. Sudor. Vnicū facere. Vnigenit? Vnicus. Vnigenitus Vnica. Simul. In vnum. Simul. Pariter. In vnum. Expectare Sperare. preſtolari.

periit expectatio eius.ideſt cum eſſet in expectatione : periit expectatio eius.Poteſt etiam deriuari a dictione supra dicta חָלָה Chala.que ſignificat infirmari:ſicut eſt in lra nra. & qñ eſt verbū tertie cōiugatiōis:tunc ſcribitur cū he & uau principio loco iod.vt Iob.32.Expectaui enim ſermōes ueſtros.Et in eo.Qñ igitur expectaui & non ſunt locuti. Ps. 129. Suſtinuit anima mea in verbo eius:ſperauit aīa mea in dño.pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. trāſtulit.Suſtinuit anima mea & verbū eius expectaui.& in prima perſona futuri temporis dicitur אוֹחִילָה Ochila.pro quo btūs hieronymus tranſtulit Aggrediar.vt.2.Reg.18. Non ſicut tu vis:ſed aggrediar eū coram te.Hebrei tamen legunt.Nō ſic expectabo corā te.i.nō expectabo vt tu percutias eū.ſed ego ipſe aggrediar eū corā te.in alio vero loco beatus hieronymus tranſtulit Doleo. Hiere.4. Vētrē meū doleo.De quo vide ſupra in dictione חול Chul.Quia poteſt etiam deriuari ab eadē dictione.& inde תּוֹחֶלֶת Thocheleth.i.expectatio ſiue ſpes.vt Iob.40.Ecce ſpes eiꝰ fruſtrabitur.Prouer.13.Spes que differtur affligit animam.

אוחילה aggrediar

תוחלת Spes.

יחם Calefieri. Concipere.

יחם Iacham.calefacere.calefieri.cōcipere.vt Eccls.2. vnꝰ quō calefiet.& ponitur tranſlatiue ꝓ concipere. Geſi. 30.Et in cōſpectu earū conciperent.Et in eo. Factumq; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas.Et in eodē Igitur qñ primo tpe aſcendebantur oues. i. concipiebant. Et in eo. Vt in earū cōtemplatione cōciperēt . beatus hieronymus in hebraicis queſtionibus ſic ait. In eo aūt loco vbi ſcriptū eſt: vt cōciperent in virgis:in hebreo habetur.Leiahamena.vim verbi hebraici niſi circuitu exprimere non poſſum.Leiachamena enim ꝓprie dicitur extremus in coitu calor quo corpus oē cōcutitur & patranti voluptati vicinus eſt finis.Hec hieronymus.Ps.50.Et in peccatis concepit me mater mea.Eſa.57.Qui cōſolamini in diis. ꝓ quo he.le.Qui calefacti eſtis in diis ſiue in idolis.Poteſt etiā legi ſicut eſt in littera noſtra.Nam poteſt deriuari a dictione נָחַם Nacham.que ſignificat conſolari:ſicut infra dicetur.vide ēt de hoc ſupra in dictione חָמַם Chamam. Inde חֵמָה Chema.ſiue חֲמָת Chamath.i.ira.furor.indignatio.vt Deut.29 Et eiecit eos de terra ſua in ira & in furore.Eſter.7. Et regis ira quieuit.Iob.6.Quarū indignatio ebibit ſpūm meum.Et in eo.21.Et de furore oīpotētis bibet. Ps.6.Neq; in ira tua corripias me.Ps.36.Et derelinque furorem.ps.57. furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis.ps.75.Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquie cogitationis diem feſtum agent tibi.Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit . Quia ira hominis confitebitur tibi:reliquiis ire accingeris.ps.89. Et in furore tuo turbati ſunt.Prouer.16.Indignatio regis nūcii mortis.Eſa.27.Indignatio nō eſt mihi.Et in lingua chaldaica ſcribitur cum aleph in fine loco he.Dañ.3. tunc nabuchodonoſor i furore & ira. Ponitur ēt חֲמַת Chamath pro felle vel pro veneno.vt Deut.32.Fel draconum vinum eorum. Ps.139.Venenum aſpidum ſub labiis eorū.Abach.2.Mittens fel ſuū.De quo vide etiā ſupra in dictione חֲמַת Chamath.Ponitur ēt חֵמָה Chema pro butyro vt Iob.2.9 quando lauabam pedes meos butyro.De quo vide ſupra in dictione חֲמָאָ Chema cum aleph in fine.

Calefacē

נחם חמה

Ira. indignatio furor.

Furor. חמת

Fel. Venenum

חמה Butyrum.

יחמר Bubalus.

יחמר Iachmur.bubalus.Deut.14.Ceruum & capream & bubalum.Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat quoddā genus ceruorum.

יחס Cognatio.

יחס Iachas.Genealogia.proſapia.cognatio.aut dinumerare.vel deſcribere.ſ.per cognationes & genealogias vt.1. Paralipo. 4. Hec habitatio eorum & ſedium diſtributio.Pro quo hebrei legunt.Hec eſt habitatio eorum & cognationes vel genealogie eorum .Et in eo.5.Et non eſt ille reputatus in primogenitum.ideſt non eſt deſcriptus in primogenitum ſecundum genealogiam ſuam.Et in eodē. 9.Vniuerſus ergo iſrael dinumeratus eſt.Et in eodem .Et deſcripti in villis propriis.2.Paralip.12 . Et diligenter expoſita. ideſt deſcripta vel dinumerata. Eſdre . 2 . Hi queſierunt ſcripturam genealogie ſue.Et in eodem.8 .Hi ſunt ergo principes familiarum & genealogia eorum . Nee . 7. Vt recenſerem eos.ideſt deſcriberem ſecundum ſuas genealogias.Et in eodem.Et inueni librum cenſus eorum.i. deſcriptionis genealogie eorum.

Deſcribeꝰ per genealogias.

Dinumerare.ſ. per cognationes.

Genealogia.

יחף Diſcalciatus.

יחף Iacheph. Diſcalciatus. vt Eſa.20. Vadens nudus & diſcalciatus.Et in eodem.Nudam & diſcalciatam. Hiere. 2 . Prohibe pedem tuum a nuditate . ideſt ne ſit diſcalciatus .

יָחַר Morari.

יחר Iachar.morari.moram facere.2.Reg.20. Et moratus eſt extra placitum quod eiconſtituerat rex . De quo vide ſupra in dictione אָחַר Achar

יטב Bene eſſe. Bene vti. Bñ facere.

יטב Iatab.bonū eſſe.benefacere.placere.exhilarare.perſeuerare.cōponere.ornare.& iungitur cū quacūq; actione que bene vel perfecte ſit acta.Geſi.12 . Vt bene ſit mihi pro te.Et in eodem. Abraam vero bene vſi ſunt propter illam.Exo.1.Bene ergo fecit deus obſtetricibus . Leuit.5.vt vel male quid faceret vel bene. Deut.5 . Bene omnia ſunt locuti.Et in eodem.8. Et ad extremum miſertus eſt tui.i. bene fecit tibi.Et in eodem.12. Vt ſit bene tibi & filiis tuis poſtte. Iob.24.Et vidue bene non fecit.Ps.32.Beneplacite ei in vociferatione.ps.35.Noluit intelligere vt bene ageret.Ps.48.Confitebitur tibi cum benefeceris ei . Ps.124. Bene fac domine bonis.Prouer.30. Tria ſūt que bene gradiuntur & quartum incedit feliciter.Pro quo hebrei legūt. Et quattuor bene incedentes.Eſa.1. Diſcite benefacere . & in eodem.23. Bene cane:frequenta canticum.Et in eodem 41.Bene quoq; an male ſi poteſtis facite.Hiere.1.Bene vidiſti.Et in eodem.2.Quid niteris bonam oſtendere viam tuam.Et in eodem.4.Bene autem facere neſcierunt.Et in eodem.7. Bonas facite vias veſtras.Et in eodē. Quoniā ſi bene direxeritis vias veſtras.Et in eodem.vt bene ſit vobis. Et in eodem .10.Quia nec male poſſunt facere nec bene.Et in eodem.13.Et vos poteſtis bene facere.Et in eodē. 32.Non deſinam eis bene facere.Ezech.36. Boniſq; donabo maioribus quam habuiſtis ab initio . Mich . 2 . Nonne verba mea bona ſunt. Item ſignificat placere.vt Geſi.34. Placuit oblatio eorum.Et in eodem.41.Placuit pharaoni conſilium.Leuit.10.Aut placere domino i cerimoniis mēte lugubri.Et in eodem.Quod cum audiſſet moyſes recepit ſatiſfactionē . Pro quo hebrei legunt . Et audiuit moyſes & placuit in oculis eius.Ioſ.22 . Placuitq; ſermo cūctis audientibus.1.Reg.29.Sed ſatrapis non places . 2. Reg.3. Et placuerunt eis cūcta que fecit rex.Nec.2.Et ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam.Eſter.2.Placuit ſermo regi . Et in eodem.Que placuit ei & inuenit gratiam in conſpectu illius.Ps.68. Et placebit domīo ſuper vitulum nouellum. Item ſignificat exhilarare ſiue letari.vt Iudi.19. Pariterq; letemur. Et in eodem. Et ducletum diem.pro quo hebrei legunt. Et exhilara cor tuum. Et in eodem . Illis epulantibus & poſt laborem itineris reficientibus corpora.pro quo hebrei legunt. Illis exhilarantibus corda ſua. 2. Regū. 15. Cum temulentus fuerit amnon vino . Pro quo hebrei legunt.Cum hilaris fuerit amnon vino.Eſter.1.Itaq; die ſeptimo cum rex eſſet hilarior: & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero. Item ponitur pro perſeuerare.1.Reg. 20 Si autem perſeuerauerit patris mei malitia . Mich . 7 .

Bñ placeꝰ Bñ agere.

Bene viri gere.

Boniꝰ eſt.

Placere .

Letari. Exhilarare

Malum manuum suarum dicunt bonū. Pro quo he. le. Super malū manuū suarū ad perseuerandū. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Item ponitur pro componere vel ornare. vt Exo. 30. Quando componet lucernas incendet illud. 4. Reg. 9. Et ornauit caput suum. vide etiam supra in dictione טוֹב Tob. & inde הֵיטֵב Heteb. i. bene. perfecte: aut beneplacitum. omnino. valide. Deut. 9. omnino quoq; in puluerem redigens. Et in eodem. 13. Quere solicite & diligenter. idest bene & perfecte. 4. Reg. 11. Et imagines contriuerunt valide. Ione. 4. Bene irascéris tu. Et in eo. Bene irascor ego vsq; ad mortem. idest omnino siue multū irascor vsq; ad mortem. Et inde מֵיטַב Metab. i. optimū. Exo. 22. Quidquid optimū habuerit in agro suo vel in vinea.

Cōponere. Ornare. הֵיטֵב Omnino. Valide. Bene. מֵיטַב Optimum

יַיִן Iain: siue יֵין Ien. vinum. vt Geñ. 9. Bibensq; vinum inebriatus est. Et in eodem. 59. Lauabit in vino stolā suā. Leuit. 10. Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis. Nu. 15. Et vinum ad libamentum. Et in eodem. Et vinū ad liba fundenda. Deut. 32. Fel draconum vinū eorum. Et in eo. Et bibebāt vinū libaminū. Ps. 59. Potasti nos vino cōpunctionis. Ps. 74. Et vini meri plenus mixto. Canti. 1. Quia meliora sunt vbera tua vino. Et i eo. 8. Dabo tibi poculū ex vino cōdito. Hiere. 15. Omnis laguncula implebitur vino. Et in eodem. 25. Sume calicē vini furoris. Threñ. 2. Vbi est triticum & vinum. Osee. 14. Memoriale eius sicut vinum libani.

Vinum

יָכַח Iachach. Increpare. arguere. corripere. reprehendere. preparare. Geñ. 21. Et increpauit abimelech ꝓpter puteum aque. Et in eodem. 31. Respexit dominus & arguit te heri. Leuit. 19. Sed publice argue eum. 1. Paralip. 16. Et increpauit pro eis reges. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur a deo. Et in eo. 6. Cum e vobis nullus sit qui possit arguere Et in eodem. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis. Et in eodem. 9. Non est qui vtrunq; valeat arguere. & in eo. 13. Verūtamen vias meas in conspectu eius arguam. Et in eodem. 15. Arguis verbis eum qui non est equalis tibi. Et in eo. 22. Nunquid timēs arguet te. & in eo. 33. Increpat quoq; per dolorem in lectulo. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Ps. 49. Non in sacrificiis tuis arguam te. ps. 140. Et increpabit me. Prouer. 3. Quē diligit dñs corripit. Et in eo. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te: argue sapientem & diliget te. Et in eo. 15. Non amat pestilens eū qui se corripit. Et in eo. 19. Si aūt corripueris sapientē intelliget sapientiam. Et in eo. 28. Qui corripit hominē gratiam postea inueniet. Hiere. 2. Et auersio tua increpabit te Mich. 6. Et cum israel diiudicabitur. i. arguet eū. Signāt ēt preparare. vt Geñ. 24. Ipsa est quam preparasti seruo tuo isaac. & in eo. Ipsa est mulier quam preparauit dñs filio dñi mei. Scribitur etiam cum nun in principio. s. qñ est verbū passiuū prime coniugationis. vt Geñ. 20. Memento te deprehensā. Pro quo he. le. Et corripiaris siue esto increpata vel reprehensa. vnde i littera nostra fortasse debet legi. memento te esse reprehensam. Esa. 1. venite & arguite me dicit dñs. Pro quo hebrei legunt. Venite & arguamur dicit dñs. i. ad inuicem arguamus vel disputemus. & secundū hebreos inde deriuatur נֹכַח Nóchach. idest contra. e regione Iob. 25. Proponat equitatem contra me. & inde תּוֹכֵחָה Tochecha siue תּוֹכָחַת Tochachath. i. Increpatio. correptio. aut correctio. vt Ps. 38. In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. ps. 149. Increpationes in populis. Prouer. 1. Et increpationes meas neglexistis. Et in eodem. & via vite increpatio discipline. Et in eodem. 10. Qui autem increpationes relinquit: errat. & in eodem. 27. Melior est manifesta correptio: q̄ amor absconditus. Osee. 5.

Increpare Arguere. corripere. Diiudicat preparare. Arguere. נֹכַח contra. תּוֹכֵחָה increpatio correptio.

In die correptionis in tribubus israel.

יָכֹל Iachol. posse. valere. ꝑualere. Geñ. 19. Nec possum in monte saluari. & in eo. Quia non potero facere quicq̄. & in eodem. 32. Qui cum videret q̄ eum superare non posset. & in eodem. Quantomagis contra homines preualebis. & in eodem. 44. Imple saccos eorum frumento quātum possunt capere. & in eodem. 45. Non se poterat vltra cohibere ioseph. Exo. 2. Cumq; iam celare nō posset. Et in eodem. 8. vt educerent cyniphes & non potuerunt. Et in eodem. 18. Et precepta eius poteris sustentare. Et in eodem. 40. Nec poterat moyses ingredi tectum federis. Nu. 9. qui non poterant facere phase. Iob. 4. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit. Et in eodem. 42. Scio quia omnia potes. ps. 12. ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Ps. 59. Et non potui vt viderem. Ps. 128. Et enim non potuerunt mihi. Esa. 47. Quam non poteris expiare. Hiere. 5. Et feciſti mala & potuisti. Ezech. 7. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos. Inde מִיכַל Michal. pro quo beatus hieronymus transtulit. Gustatum. 2. Reg. 17. Transierunt festinanter gustata paululum aqua. ac si diceret מַאֲכָל Maachal. cum aleph loco iod quod significat cibum vel degustationem. vt supra dictū est in dictione אֲכָל Achal. Hebrei tamen dicunt q̄ significat riuum siue vadū aque. vnde in predicto loco ipsi legūt. Transierunt riuū siue vadum aque. In translatione chaldaica habetur. Transierunt iordanem.

Posse. Preualere. Valere. מִיכַל Gustatum. Riu⁹ vadi

יָכַת Iacath. concidere. comminuere. Nu. 14. percutiens eos atq; concidens. Deut. 9. Et in frustra comminuēs. & de hoc vide infra in dictione כַּתַּת Chathath.

יָכַת concidere. cōminuere

יָלַל Ialal. vlulare. exclamare. s. pre dolore vel angustia. Esa. 13. Vlulate quia prope est dies domini. Et in eodem 14. Vlula porta: clama ciuitas. & in eodem. 15. Moab vlulabit. Et in eodem. Et in plateis eius omnis vlulatus descendet in fletum. & in eodem. 52. Dominatores eius iniq; agunt. Pro quo hebrei legunt. Dominatores eius vlulare faciunt. scilicet illos quos iniq; opprimunt. Et in eodē. 65. & pre contritione spiritus vlulabitis. Hiere. 47. & vlulabūt omnes habitatores terre. Osee. 7. Sed vlulabant in cubilibus suis. Soph. 1. Vlulate habitatores pile. Zach. 11. Vlula abies. & in eodem. Vlulate quercus basan. Reperitur etiam quandoq; sine iod & per defectum vnius lamed. vt. 1. Reg. 4. Pregnans erat vicinaq; partui. Pro quo aliqui hebrei legunt. Pregnans erat ad eiulādum. idest imminentibus doloribus partus. vbi ponitur לָלַת Lalath pro לְיַלֶּלֶת Leielalath. Alii vero dicunt q̄ deriuatur a dictione sequēti que significat parere. & q̄ ibi deficit littera daleth: ac si diceret לָלַדְתְּ Laledeth. i. vicina partui. Sicut est in littera nīa. Inde יְלָלָה Ielala. idest vlulatus siue clamor. vt. Esa. 15. Vsq; ad gallim vlulatus eius. Et in eodem. Et vsq; ad puteum helim vlulatus eius. Hiere. 25. Et vlulatus optimatum gregis. Soph. 1. Vox clamoris a porta piscium: & vlulatus a secunda. Zach. 11. Vox vlulatus pastorum. Scribitur etiam sine he & dicitur יְלַל Ielel. & ponitur pro vastitate solitudinis. vbi auditur ventus quasi vlulatus & clamor. Deut. 32. In loco horroris & vaste solitudinis.

Vlulare. יְלָלָה Vlulatus. יְלַל Vasta solitudo.

יָלַד Ialad. parere. pturire. nasci. gignere. generare. vt Geñ. 3. In dolore paries filios. Et in eo. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. Ecce concepisti & paries filium. & in eodem. 26. Iamq; tempus pariendi aduenerat. Et in eodem. 30. Post quem peperit filiam. Et in eodem. 35. Cum parturiret Rachel. Exo. primo. Quando obstetricabitis hebreas. idest quando feceritis parere hebreas. Et in eodem. 21. Et peperit filios & filias. Leuit.

יָלַד Parere. Parturire

Leuit.12.Mulier si suscepto semĩe peperit masculum.& in eodem.Si feminã peperit.1.Reg.2.Donec sterilis peperit septẽ.Iob.15.Et cõcepit dolorem & peperit iniquitatem. Esa.23.Non parturiui & non peperi.& in eodem.26.Et peperimus spiritũ salutis.& in eo.54.Lauda sterilis que non paris.& in eodem.59.Conceperunt laborem & peperunt iniquitatem.& in eo.66.Anteq̃ parturiret peperit.& in eodem . Aut parietur gens simul. & in eodem. Quia parturiuit & peperit sion filios suos. Hiere. 15. Infirmata est que peperit septẽ.Soph.2.Priusq̃ pariat visio. Item significat nasci. s.quando est verbum passiuum. Gen. 40. Dies tertius natalicius pharaonis erat.i.dies in quo natus est.& in eo.46.Filii aũt ioseph qui nati sũt in terra egypti. & in eo.48.Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi.& in eodem. 50 Filii manasse nati sunt in genibus ioseph. Exo.1. Quidqd masculini sexus natum fuerit. Ios.5.Populus aũt qui natus est in deserto. Iudi.13.Quid debemus facere de puero qui nasciturus est.2.Reg.5.Natiq̃ sunt dauid & alii filii & filie & in eodẽ.Et hec nomina eorum qui nati sunt in ierusalem & in eodẽ.21.Et erat de origĩe harapha.Pro quo he.le.qui natus erat de harapha.& in eodẽ. Hi quatuor nati sunt de harapha.1.Paralip.3.Porro in ierusalem nati sunt ei filii. Iob.3.Pereat dies in qua natus sum.& in eo.5.Homo nascitur ad laborem.& in eo.11.Se liberum natum putat.& in eodem.15.Nunquid primus homo tu natus es. Ps. 21. Populo qui nascetur. Ps.89.Priusq̃ montes fierent. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Anteq̃ mõtes nascerẽtur. Eccls.3. Tempus nascẽdi & tẽpus moriẽdi. Esa. 9. Parulus nat⁹ est nobis. Ezech. 16. Et quãdo nata es in die ortus tui. Item significat gignere siue generare. s.quando est verbum tertie coniugatiõis. vt Gen.5.Et genuit filiũ ad imaginẽ & similitudinẽ suã.& in eodẽ.Postq̃ genuit seth.& in eo.Et genuit enos.& in eodem.Genuitq̃ filios & filias.& in eo.10.Porro chus genuit nẽbrod. & in eodem. 48. Reliquos autem quos genueris post eos tui erunt. Leuit.18.Que domi vel foris genita est. & Deut.32.Deum qui te genuit dereliquisti. Iob.28. Quis genuit stillas roris.& in eo.Et gelu de celo quis genuit.Ps. 2.Ego hodie genui te.Prouer.23.Audi patrem tuum qui gemunt te.& in eodem.Qui sapiẽtem genuit.Esa.45. Ve qui dicit patri quid generas.& in eo.66.Nunquid ego qui alios parere facio ipse non pariã.i.nõ generabo.& in eo.Si ego qui generationem ceteris tribuo.i.qui alios generare facio.Hiere.16.Sup filios & filias q generantur in loco isto. Ezech.18.Quod si genuerit filium. Osee.5.Filios alienos genuerunt.& in eo.9.Quod si genuerint: interficiam amãtissima vteri eorum.Ponitur etiã pro numerare uel recensere per generationes vel cognationes.Nu.1. Recensentes eos per cognationes & domos & familias. Inde יוֹלֶדֶת Ioleda siue יוֹלֶדֶת Iolédeth.i.pariẽs siue parturiens. vt Leuit.12.Hec est lex parturientis.Ps.47.Ibi dolores vt parturientis.Hiere.31.Pregnans & pariens simul. Osee.13. Dolores parturientis venient ei.& inde יֶלוֹד Ielud.i.natus vl genitus.vt Iob.14.Homo natus de muliere.& in eodẽ.25. Aut apparere mundus natus de muliere. Ponitur etiam p paruulo vel infante.vt.5.Reg.5.Date illi infantem viuum. & inde לֵדָה Leda.i.partus.vt.4.Reg.19.Et vires non habet parturiens.pro quo hebrei legunt.Et vis siue virtus nõ est ad partum.Et est idem sensus cum littera nostra. Osee. 9.A partu & ab vtero & a conceptu.& inde מְיַלֶּדֶת Meialédeth.i.obstetrix. vt Gen.38.In qua obstetrix ligauit coccinum.Exo.1.Dixit aũt rex egypti obstetricibus hebreorum. & inde תּוֹלָדָה Tholada.i.generatio.& solum reperitur in numero plurali.s.תּוֹלְדוֹת Tholdoth.i.generatiões. vt Gen. 2.Iste sunt generationes celi & terre.& in eodem. Hic est liber generationis Adã.& in eodẽ.6.He sunt generationes Noe.& in eo.25.He sunt generationes Ismael.& in eo.36. Et he sunt generationes eius.Et quia in predicto loco non numerantur generationes ipsius Iacob: sed ea que ei acciderunt: ideo dicunt hebrei q aliquando ponitur predicta dictio pro rebus que accidunt.Quasi ea tẽpus pariat iuxta illud Prouer.27.Ne glorieris in crastinum ignorans quid superuentura pariet dies.Scribitur etiã cum mem in principio loco tau.& dicitur מוֹלְדוֹת Moldoth.vt Ezech.16. Radix tua & generatio tua de terra chanaã.& inde מוֹלֶדֶת Molada siue מוֹלַדַת Moladath.i. natiuitas. vt Gen. 24. Et de terra natiuitatis mee.& in eodẽ.32.Reuertere in terrã natiuitatis tue.Ponitur etiã pro cognatione.vt in eo.12. Egredere de terra tua & de cognatione tua.& inde וָלָד Valad.i. generatio.ut Gen.11.Erat aũt sarai sterilis nec habebat filios.Pro quo hebrei legunt.Non erat ei generatio.& inde יֶלֶד Ielid.i.natus vel genitus.& iungitur cum dictiõe בַּיִת Báith: que significat domũ.i.natus vel genitus domi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit vernaculũ. vt Gen.14. Numerauit expeditos vernaculos suos.& in eodẽ.17.Tam vernaculus q̃ emptitius circuncidetur. & in eodẽ. Tulitq̃ Abraam israel filium suum & vernaculos domus sue. & in eodẽ.Tam vernaculi q̃ emptitii & alienigene. & inde יֶלֶד Ieled.i.puer.infans.paruus.Gen.21.Abiecit puerũ subter vnã arborẽ.& in eo.Non videbo moriẽtẽ puerum.& in eo. 37.Puer non cõparet.Exo.2.Cernẽsq̃ in ea paruulũ.& in eo.Que nutrire possit infantulũ.& in eodẽ.Et nutriuit puerum.2.Reg.6.Igitur Michol filie saul non est natus filius. 3.Reg.3.Diuidite infantem viuum.Esa.9. Paruulus natus est nobis.& in plurali יְלָדִים Ieladim siue יַלְדֵי Ialde.Gen. 33.Diuisitq̃ filios Lie & rachel.& in eodẽ.Et posuit vtrãq̃ ancillã & liberos earum in principio: Liã vero & filios eius in secũdo loco.& in eodẽ.Paruuli sunt quos donauit mihi deus.Exo.21.Et abortiuum quidẽ fecerit. Pro quo hebrei legunt.Et egressi fuerint paruuli eius.i.fetus eius.& est sensus sicut in littera nostra.Esa.2.Et pueris alienis adhesẽrũt & in eodẽ.8.Ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Ponitur etiam pro fetibus.vt Iob.39.Incuruantur ad fetum.Itẽ ponitur pro pullis.vt in eo.38.Quando pulli eius clamant ad deũ.& in genere femínino יַלְדָּה Ialda.vt Gen.34. Accipe inquit mihi puellã hanc.& inde יַלְדוּת Ialduth.i.adolescentia siue pueritia.vt Eccls.11.Letare iuuenis in adolescentia tua.& in eodẽ.12.Adolescentia enim & voluptas vana sunt.

יָלַךְ Ialach.ire.abire.vadere.ambulare.recedere. pergere. gradi.egredi.venire.deducere. decurrere. vt Gen.12. Egress⁹ est itaq; abraam sicut preceperat ei domin⁹.i.abiit & in eodẽ.Et iuit cũ eo loth.& in eo.30.Egressus autem rubẽ tpe messis triticee.& in eo.36.Et abiit in alteram regionem.Exo.2.Egress⁹ est post hec vir de domo leui.& in eodem.4.Abiit moyses & reuersus est ad iethro socerũ suũ. & in eodem. Vadam & reuertar ad fratres meos.& in eodẽ. Qui perrexit obuiam ei.& in eodem.15. Ambulauerũtq̃ tribus diebus per solitudinẽ.& in eo.54.Obsecro vt gradiaris nobiscum.Nu.10.Veni nobiscum vt benefaciamus tibi.& in eodem.Non vadam tecum.& in eodẽ.16. Pergẽs cito ad populum.Deut.31.Abiit itaq̃ moyses.1.Reg.2. Et abiit Elcana in ramatha. Esa.57.Et abiit vagus in via cordis sui.Hiere.7.Et abierunt in voluptatibus. Threñ.1. Et abierunt absq̃ fortitudine.Osee.11.Post dominum ambulabunt.Mich.1.Vadam spoliatus & nudus.& aliquãdo scri

Nasci.

Generare.

Recensere
Generationes
יוֹלֶדֶת
Parturiẽs

Pariens.
יָלוֹד
Natus.

Infans
יֶלֶד

Partus.

מְיַלֶּדֶת
Obstetrix.
תּוֹלָדָה
Generatio

תּוֹלְדוֹת
Generationes

מוֹלֶדֶת
Generationes
מוֹלַדַת
Natiuitas

Cognatio.
וָלָד

Filius.
Generatio
יֶלֶד

Vernacul⁹

יֶלֶד
Puer

Paruulus
Infantul⁹
Filius.
Infans

יְלָדִים
Filii
Liberi

Paruuli

Pueri.

Fetus.
Pulli.

יַלְדָּה
Puella

יַלְדוּת
Adolescentia.

יָלַךְ

Vadere
Pergere.
Ambulare
Gradi.
Venire.

Egredi. Uadere
bitur sine Iod.vt Gen̄.12. Egredere de terra tua. Exo.4
Vade in pace.& in eodem. Vade & reuertere in egyptum.

Uenire.
& in eodem. Vade in occursum moysi. Nu.23. Veni mecū
in alterum locum. Iudi.19. Veni obsecro & declinemus ad

Peruenir
vrbem iebuseorum.& in eodē. Et cum illuc peruenero ma-
nebimus in ea.2.Paralip.25. Veni videamus nos mutuo.

Ambulare
Eccls.2. Vadam & affluā deliciis. Esa.2. Et ambulabim⁹ in
semitis eius. Est etiā verbū exhortandi.vt Gen̄.37. Melius

Uenite.
est vt venundetur ismaelitis.pro quo hebrei legunt. Veni-
te & venūdemus eū ismaelitis. Esa.1. Venite & arguite me
dicit dn̄s.& in eodem.2. Venite & ambulem⁹ in lumine dei
nostri. Hiere.18. Venite & cogitemus cōtra hieremiā. & in
eodem. Venite & percutiamus eū in lingua.& qn̄ est verbū
tertie coniugationis: tūc ponitur pro adducere vel deduce

Ducere
re aut portare. Exo.1. Accipe puerum istū.i.porta vel duc
puerum istum.& in eodem.14. Et abstulit illud dominus
flante vento vehementi.pro quo hebrei.le. Et duxit domi-

Deducere. Adducere
nus mare. Esa.42. Et deducā ceecos in viam. Thren̄.3. Me

Fluere.
minauit & adduxit. Ponitur etiā pro decurrere vel fluere.
vt Ezech.21. Et per cuncta genua fluent aque. Ioel.3. Et col
les fluent lacte:& per oēs riuos iuda ibunt aque.i.fluent.

יֶלֶף
יַלֶּפֶת
Scabies
יֶלֶף Ialaph.scabies siue impetigo. & additur tau in fine.& dicitur יַלֶּפֶת Ialépeth.vt Leuit.21. Si iugē scabiē si im-
petiginem in corpore.

יֶלֶק
Bruchus.
יֶלֶק Ielec.bruchus.gen⁹ locuste.vt Hiere.51. Qm̄ replebo
te hominibus q̄si brucho.& in eodem. Adducite equū
quasi bruchū aculeatum. Naum.3. Bruchus expansus est &
aduolauit.

יָם
Mare
יָם Iam.mare.vt Gen̄.1. Et dominamini piscibus maris.&
in eodem.14. Que nūc est mare salis. Exo.14. Ingres-
si sunt filii israel per mediū maris. Deut.11. Vsq; ad mare oc
cidentale. Iob.7. Nunquid mare sum ego. & in eodem.28
Et mare loquitur non est mecum. Ps.113. Mare vidit & fu-
git. Esa.11. Sicut aque maris operientes. Hiere.5. Qui po-
sui arenam terminū mari.& in eo.51. Et desertum faciā ma
re eius. Accipitur etiā pro quacunq; cōgregatione aqua-
rum: & etiam pro vase grandi in quo aque congregaban-
tur.vt.3.Reg.7. Fecit quoq; mare fusile.& in eo. Mare autē
posuit ad dexterā partem templi.4.Reg.16. Et mare depo
suit de bobus ereis.& in eo.25. Et mare eneū. & in plurali

יַמִּים
Maria.
יַמִּים Iamim.i.maria.vt Gen̄.1. Congregationesq; aquarū
vocauit maria. Ps.23. Quia ipe super maria fundauit eum.
Et quia mare nostrum mediterraneum est in parte occidē-
tali respectu terre promissionis vl̄ respectu ierusalem: ideo

יָם
Occidens
ponitur יָם Iam pro occidente vel parte occidētali.vt Gen̄.
13. Ad aquilonem & meridiem ad orientē & occidentem.
& in eo.28. Et dilataberis ad orientem & occidētem. Exo.
26. Ad occidentalē vero plagam tabernaculi facies sex ta-
bulas. Nu.3. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidē
tem. Deut.33. Mare & meridiem possidebit.i.occidentē &
meridiem. Ps.106. A solis ortu & occasu ab aquilone & ma
ri. Beatus hieronymus super predicto psalmo sic ait. Vide-
tur quidem quattuor dixisse climata: oriētem & occidentē
meridiē & boreā. hoc est quattuor climata mundi. Sed non
ita psalm⁹ cōtinet. Hic em̄ habet A solis ortu & occasu: ecce
duo climata: ab aquilone: hoc est a septētrione: ecce tria cli
mata: & mari: mare vtiq; in occidente est. Ergo videte qm̄
occidētem bis nominauit: & meridiem nec semel. Et infra
vbicunq; mare auditis secundū climata semp intelligitur
occidens. a situ em̄ ierusalem mare hoc magnū quod dici-
tur in occidente est. hec Hieronymus. Inde יְמִים Iemim.
pro quo beatus Hieronymus transtulit aquas calidas. Gen̄.
36. Iste est ana qui inuenit aquas calidas in solitudine. He-

יְמִים
Aque ca-
lide.

breī tamen dicunt q̄ in predicto loco ponitur pro mulis Muli.
ex equa & asino generatis. Vnde beat⁹ Hieronymus in he
braicis questionibus super predicto loco sic ait. Multa & va
ria apud hebreos de hoc capitulo disputātur: apud grecos
quippe & nostros super hoc silentiū est. Alii putant iamim
maria appellata. Iisdem em̄ litteris scribitur maria quibus
& nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum dum pa-
scit asinos patris sui in deserto aquarum congregationes re
periss̄e. Que iuxta idioma lingue hebraice maria nuncu-
pentur.: quod.s.stagnum repererit: cuius rei inuētio in ere
mo difficilis est. Nōnulli putant aquas calidas iuxta punice
lingue viciniam que hebree cōterminis est hoc vocabulo si
gnari. Sunt qui arbitrentur onagros ad hoc admissos esse
ad asinas: & ipsum per istiusmodi reperiss̄e concubitum vt
velocissimi ex his asini nascerentur qui vocantur iemim.
Pleriq; putant q̄ equarum greges ab asinis in deserto ipse
fecerit primus ascendi: vt mulorum inde noua contra natu
ram animalia nascerentur. hec Hieronymus.

יָמִין
Dexter.
יָמִין Iamin.dexterq;.aut dexter. Auster siue austral̄: aut meri
dies.& scribitur cum iod in secunda syllaba. Gen̄.13. Si
tu dexteram elegeris.& in eodem.24. Vt vadam ad dexte-
ram siue ad sinistram.& in eodē.48. Et posuit ephraim ad
dexteram suam.& in eo. Qui extendēs manū dexteram po
suit super caput ephraim.& in eodem. Vidēs aūt ioseph q̄
posuisset dexteram manū super caput ephraim. Exo.15.
Dextera tua dn̄e magnificata est.& in eo.29. Armūq; dex- Dexter.
tram. Nu.20. Neq; ad dexterā neq; ad sinistram declinabi-
mus. Iudi.15. In dextro femore.1.Reg.11. Vt eruam omniū
vestrū oculos dextros. Iob.40. Q̄ saluare te possit dexte
ra tua. Ps.15. Qm̄ a dextris est mihi. Pro q̄ hebrei.le. Qm̄
in dextera mea est.& in eo. Delectatiōes in dextera tua. Ps.
25. Et dextera eorū repleta est muneribus. Ps.44. Astitit
regina a dextris tuis. Pro quo he.le. Astitit regina ad dexte
ram tuam. Ps.143. Et dextera eorum dextera iniquitatis.
Prouer.27. Et oleū dextere sue euacuat. Esa.41. Suscepi te
dextera iusti mei. Hiere.22. Si fuerit iechonias fili⁹ Ioachin
regis iuda anulus in manu dextera mea. Ezech.1. Et facies
leonis a dextris ip̄orum quattuor. Abach.2. Circundabit te
calix dextere dn̄i. Zach.2. Oculus eius dexter tenebresc̄s
obscurabitur.& est in hebreo cōmunis generis. Scribitur ēt

יְמָנִי
Dexter.
יְמָנִי Iemani cum iod in fine.i.dexter in genere masculio.
vt.3.Reg.7. Cūq; statueret colūnā dexteram. Et in hebreo
scribitur ibi in genere masculino: quia colūna in hebreo est

יְמָנִית
Dextera.
generis masculini.& in genere femininо dicitur יְמָנִית Ie-
manith cum tau in fine.vt Exo.29. Sup extremū dextere
auricule Aaron. Leuit.14. Super extremū dextere auricu-
le qui mundādus est. Et inde verbū dexterare. si latine pos-
set dici.i.declinare ad dexterā siue tenere dexteram aut vti
dextera. Gen̄.13. Si ad sinistrā ieris ego dexteram tenebo.
1.Paralip.12. Et vtraq; manu fundis saxa iaciētes. Pro quo
hebrei legūt. Vtentes dextera & sinistra in lapidibus.& est
sensus sicut in littera nostra. Ezech.21. Exacuere valde ad
dexteram siue ad sinistram. Scribitur etiam cum aleph lo-
co iod.vt Esa.30. Et nō declietis neq; ad dexteram neq; ad
ad sinistrā. Et inde beniamin interpretatur filius dextere.
Gen̄.35. Pater uero appellauit eū beniamin.i.filius dexte-
re.& inde יְמָנִי Iemini.i.vir de tribu beniamin. Ester.2. De
stirpe iemini.& debet scribi cum littera.i.& non cum lra.g.
sicut cōmuniter scribitur in nostris codicibus. Ponitur etiā
יָמִין Iamin.pro austro: eo quod quando homo respicit ad
orientem habet ad dexterā austrum siue meridiem. vt.Ps.
88. Aquilonem & mare tu creasti.pro quo he.le. Aquilonē
& meridiē siue austrum tu creasti. Et beatus Hieronymus

Ad dexterā declinare
Dexteram tenere
Dextera vti.
Ad dexterā declinare
Beniamin filius dextere.
יְמָנִי
Vir de stirpe beniamī.
יָמִין
Mare.
Meridies

Dextrū.i. auster.

תֵּימָן Meridies. Auster.

in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Aquilonē & dextrum tu creasti. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תֵּימָן Themā.i.auster siue meridies. Exo. 26. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. Iob. 9. Et interiora austri. & in eodem. 39. Expādet alas suas ad austrum. Abach. 3. Deus ab austro veniet. Ponitur etiam יָמִין Iamin. pro dieb⁹. sicut יָמִים Iamim cū mem in fine. vt Dañ. 12. Et stabis in sorte tua in fine dierum.

Dies.

יָמִין

Supbire

יָמַר Iamar. superbire. Esa. 61. Et in gloria eorum superbietis. Tamen aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictiõe אָמִיר Amir. De qua supra dictum est in littera aleph: & qđ significat exaltare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et in gloria eorum exaltabimini. in translatione chaldaica habetur. & in gloria eorum deliciabimini. i. deliciis affluetis.

Exaltare Deliciis affluere.

יָנָה Iana. contristare. affligere. decipere. depopulari. spoliare. Exo. 22. Aduenam non contristabis. Leuit. 25. Qñ vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo ne cõtristes fratrem tuum. i. ne decipias eum. & in eodem. Nolite affligere ꝯcõtribules vestros. Hiere. 22. & pupillū & viduā nolite cõtristare. Ezech. 18. Et hoiem non contristauerit. & in eodem. Egenum & pauperem contristantem rapientem rapinas. & in eodem. 22. Pupillum & viduam contristauerunt apud te. Ponitur ẽt pro depopulari vel deuastare. vt Ezech. 45. Et non depopulabuntur vltra principes populū meū. & in eodem. 46. Et nõ accipiet princeps de hereditate populi per violentiam & de possessione eorū. pro quo hebrei legunt. Et nõ accipiet princeps de hereditate p̃ populi vt de populetur vel spoliet eos de possessione sua. & est idem sensus cum littera nostra. Esa. 49. Et cibabo hostes tuos carnibus suis. Pro quo hebrei legunt. Et cibabo spoliantes te vel decipientes te carnibus suis. Et inde potest deriuari dictio יוֹנָה Iona. i. affligens vel deuastans aut depopulans. Hiere. 25. A facie ire columbe. Pro quo hebrei legunt. A facie ire affligentis vel depopulantis. Potest etiam significare colũbam sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictiõe יוֹן Ion. Et similiter in eodem. 50. A facie gladii columbe. Soph. 3. Ve prouocatrix & redempta ciuitas columba. vbi pro columba hebrei legunt decipientem vel affligentem aut depopulantem. Sed magis communiter significat colũbam sicut est in littera nostra.

Depopulari.

Hostes

יוֹנָה Columba. Affligens vel depopulans.

יָנַח Iamach. ponere. reponere. dimittere. relinquere. requiescere facere. Geñ. 2. Et posuit eum in paradisum voluptatis. & in eodem. 50. In argumentum ergo fidei siue retẽtum ꝑallium ostendit marito reuertenti domum. Pro quo hebrei legũt. Et reposuit pallium eius iuxta se donec reuerteretur maritus eius siue dñs eius in domũ suam. Exo. 16. Quidquid aũt reliquum fuerit reponite vsq; in mane. & in eodem. Et repone coram dño. & in eodem. Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Nu. 17. Quas cum posuisset Moyses coram domino. Deut. 14. Et repones intra ianuas tuas. Ezech. 44. Et reponet ea in gazophylacio. & in eodem. Vt reponat benedictionem domui tue. Zach. 5. Et ponetur ibi super basim suam. Significat etiam dimittere vel derelinquere. vt Exo. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Nu. 32. In solitudine populum derelinquat. 1. Paralip. 16. Non dimisit quẽq; calũniari eos. Item significat requiescere. vt Prouer. 29. Erudi filiũ tuũ & refrigerabit te. i. requiescere te faciet. Esa. 14. Et requiescere eos faciet. & in eodem. Cum requiem dederit tibi dominus de labore tuo. Threñ. 5. Lassis nondabatur requies. Ezech. 37. Et requiescere vos faciam. & de hoc vide etiam infra in dictione נֹחַ Noach. & inde נָחַת Nachath. i. requies vt Iob. 17. Saltem ibi erit requies mihi. & in eodem. 36. Requies autem mense tue erit plena pinguedine. Eccls. 4. Melius est pugillus cum requie. & in eodem. 9. Verba sapientiũ audiuntur in silentio. i. in requie. & inde מְנָת Munach. idest locus dimissus uel separatus. Ezech. 41. Et erat interior domus in lateribus domus. Pro quo hebrei legunt. Et loc⁹ dimissus vl̃ separat⁹ in latерib⁹ dom⁹. & in eo. Et ostiũ lateris ad orationẽ. Pro quo hebrei legunt. Et ostium lateris ad locum dimissum. & in eodem. Et latitudinem loci ad orationem quinq; cubitorum.

Dimittere Derelinquere.

Requies

Ponere

Reponere

Requiescere

Silentiũ

מְנָת Interior domus. Locus dimissus. Oratio.

יָנַק Ianac. suggere. lactare. nutrire. ſ. lacte. Geñ. 21. Qđ sarra lactaret ei filium. Exo. 2. Que nutrire possit infantulum. i. lactare. & in eodem. Et nutriuit puerum. Deut. 32. Vt suggeret mel de petra. & in eodem. Inundationem maris quasi lac suggent. 1. Reg. 1. Et lactauit filium suũ. 3. Reg. 3. Vt darem lac filio meo. Iob. 20. Caput aspidum sugget. Esa. 60. Et sugges lac gentium. & in eo. Et mamilla regum lactaberis. & inde מֵנֶקֶת Menéceth. i. nutrix. vt Geñ. 24. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius. & in eodem. 35. Mortua est debbora nutrix rebecce. Inde יוֹנֵק Ionec. i. suggẽs siue lactans aut infans ab vbere. vt Nu. 11. Sicut portare solet nutrix infantulum. Deut. 32. Lactantem cum homine sene Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ. Cati. 8. Suggentem vbera matris mee. Esa. 11. Et delectabitur infans ab vbere Significat etiam יוֹנֵק Ionec ramum: siue virgultum. eo quod suggit humorem a radice arboris: sicut infans ab vbere. Iob. 15. Ramum eius arefaciet flãma. Esa. 53 Et ascendet sicut virgultum coram eo. Osee. 14. Ibunt rami eius.

Suggere.

Infans ab vbere.

יוֹנֵק Ramus Virgultũ.

יָסַד Iasad. fundare. fundamentum iacere. Statuere. Constituere. Exo. 9. A die qua fundata est. Ios. 6. In primogenito suo fundamenta illius iaciat. 3. Reg. 16. In abiram primitiuo suo fundauit eam. 2. Paralip. 3. Et hec sunt fũdamẽta que iecit salomon vt edificaret domũ dei. 2. Paralip. 31. Mense tertio ceperunt aceruorũ iacere fundamenta. Esdre. 3. Porro templum dei nondum fundatum erat. & in eo. Fũdato igitur a cementariis templo domini. & in eodem. Eo quod fundatum esset templum domini. & in eodem. Qui viderant templum prius cum fundatum esset. Ps. 23. Quia ipse super maria fundauit eũ. Ps. 101. Initio tu domine terram fundasti. Ps. 103. Fũdauit terram super stabilitatẽ suã. & in eodem. In locum quem fundasti eis. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamẽtis sion lapidem. pro quo hebrei legũt. Ecce ego fundatus in sion lapis. & in eo. 44. Et tẽplo fundaberis. & in eodem. 54. Et fundabo te saphyris. Abach. 1. Vt corriperes fundasti eũ. Zach. 4. Manus zorobabel fundauerunt domum istam. & in eodem. 8. In die qua fundata est domus domini. Ponitur etiam pro statuere vel cõstituere. vt. 1. Paralip. 9. Quos constituerunt dauid & samuel. Ester. 1. Sed sicut rex statuerat. Item ponitur pro perficere. vt. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Ex ore infantium & lactentium fundasti fortitudinem. Item significat conuenire. vt. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 30. Dñ conuenirent simul aduersum me. & inde יְסוֹד Iesod siue יְסוּד Iesud. i. fundamẽtum. vt Iob. 4. Qui terrenum habẽt fundamentum. & in eodem. 22. Fluuius subuertit fundamentum eorum. Ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. quod in hebreo legitur singulariter. ſ. fundamentũ ei⁹ in mõtibus sãctitatis. & btũs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem̃ transtulit fundamentum eius in montibus sanctuarii. Ps. 136. Exinanite vsq; ad fundamentum. Prouer. 10. Iustus autem quasi fundamentum sempiternũ. Ponitur etiam pro basi vel fundo alicuius rei. vt Leuit. 4.

Cõstituere Statuere.

Perficere

Cõuenire.

יְסוֹד Fundamẽtũ

Basis Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris.& in eodem.Iuxta basim altaris holocaustorum. Ponitur etiam pro principio qđ est quasi fundamētum. Esdre. 7.Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de babylonia.Pro quo he.le.Fuit fundamentum siue principiū ascensionis de babylonia.Scribitur etiam aliqñ cum mem in principio & dicitur מוסד Musad.i.fundamentū:siue fundatum.vt.3.Reg.7.Serrati erant a fundamento vsqȝ ad sūmitatem.Esa.28.In fundamento fundatum .vbi duplicatur predicta dictio.& in eodem.30. Et erit transitus virge fundatꝰ.& in plurali מוסדי Mósde siue מוסדות Mósdoth idest fundamenta.vt Deut.32.Et montiū fundamenta cōburet.Ps.17.Et fundamenta montiū conturbata sunt. Prouer.8.Quando appendebat fundamenta terre. Hiere. 51. Et lapidem in fundamentis.Ezech.41.Per circuitum fundata latera.

Principiū

מוסד Fūdamētū

מוסדי מוסדות Fūdamēta

יסך Iasach.vngere.linire. Exo.30. Caro hominis non vngetur ex eo. Vide ēt de hoc infra in dictione סוך Such.

Vngere

יסף Iasaph.addere.adiicere. augere. cessare. Gen̄.8. Que non est reuersa vltra.pro quo he.le.Et non addidit reuerti vltrą ad eum.& in eode.30.Et vocauit nomen illiꝰ ioseph dicens.Addat mihi dominus filium alterum. Vnde ioseph additamentum vel augmētum interpretatur.& in eo. 38. Attamen vltra non cognouit eā.Pro quo hebrei legūt. Et nō addidit vltra cognoscere eam.Exo.1. Et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris.Leuit.27. Addet quintam partem earum.Nu.36.Sequetur possessio sua & trāslata ad aliam tribum de nostra hereditate minuetur. Pro quo he.le.Et minuetur possessio earum de possessione patrum nostrorum & addetur ad possessionem tribus cui fuerint.s.nupte.& in eodem.Confundatur sortium distributio:& aliorum possessio ad alios transeat.Pro quo he. le.Et addatur possessio earum ad possessionem tribus cui fuerint:&de possessione tribus patrum nostrorum minuetur possessio earum.Sed beatus Hieronymus transtulit sensum.Deut.4.Non addetis ad verbum quod ego precipio vobis.& in eo.5.Nihil addēs amplius.Sed in predicto loco aliqui hebrei legunt.Et non cessabit.s.vox.Sed magis communiter significat addere sicut est in littera nostra.& in eo. Si ergō audierimus vltra vocem domini.pro quo hebrei legunt.Si addiderimꝰ audire vocem domini.2.Reg.24. Et addidit furor domini irasci contra israel.3.Reg. 10. Maior est sapientia & opera tua ꝙ rumor quem audiui.Pro qđ he. le.Addidisti super rumorem vel super famā.& est sensus sicut in littera nostra.Iob.29.Addidit quoqȝ iob.& in eo.39 Vltra non addam.& in eo.40.Nec vltra addas loqui. Prouer.21.Alii diuidunt propria & ditiores fiunt .i. adduntur eis diuitie.Eccls.3.Non possumus eis quicqȝ addere.Esa.7. Et adiecit dominꝰ loqui ad Achaz.& in eo.8.Et adiecit dominus loqui ad me.& in eodem.26. Indulsisti gēti domie: indulsisti genti.pro quo he.legunt.Addidisti genti dñe:addidisti genti.& in eodem.29.Ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic.& in eo.38.Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos.& in eo.47.Quia vltra non vocaberis mollis & tenera.Pro quo he.le.Quia nō addes vt vocent te mollem & teneram.& in eo.Quia non vocaberis vltra dña regnorum.Osee.1.Quia non addam vltra misereri domui israel. & in eo. Non addam vt diligam eos.Significat etiā cessare.vt Nu.11.Prophetauerūt nec vltra cessauerunt.Et aliquando scribitur cum aleph loco iod. vt Exo.5.Nequaqȝ dabitis vltra paleas populo.Pro quo hebrei legūt. Nequaqȝ addatis dare paleas populo.1.Reg.18 Et saul magis cepit timere dauid.Pro quo he.le. Et adiecit saul timere a facie dauid.& inde מספות Nosapoth.i. additamenta. Esa.15.Ponā enim super dibon additamenta.

Cessare

Addere

Adiicere

Indulgeꝛ.

מספות Additamēta.

יסר Iasar.erudire.castigare.corripere.ligare. vincire. Leuit.26.Addam correptiōes vestras septuplum. Pro qđ hebrei legūt.Addam corripere siue castigare vos septuplū & in eodē.Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam. idest si eruditi vel castigati non fueritis.& in eodem.Et corripiam vos septem plagis. Deut.4. De celo te fecit audire uocem suam vt doceret te.i.erudiret te.& in eodē.8. Quia sicut erudit filium suum homo:sic dominus deus tuus erudit te.Iob.39.Nunquid qui contendit cū deo tam facile cōquiescet.pro quo he.le.Nunquid qui contendit cū deo erudiet siue corripiet aut corripietur.Ps.2.Erudimini qui iudicatis terram.Ps.93.Beatus homo quem tu erudieris dñe. Ps.117.Castigans castigauit me dominus. Prouer.9. Qui erudit derisorem.& in eo.Erudi filium tuum. & in eo. 29. Seruus verbis erudiri nō potest.Esa.8. In forti manu erudiuit me.& in eodem.28.Et erudiet illum in iudicio. Hiere. 6.Erudire ierusalem.& in eo.30.Et castigabo te in iudicio. & in eo.31.Castigasti me domine & eruditus sum.Hiere.23 Et discēt oēs mulieres.i.erudiētur vel castigabūtur. Osee. 7.Et ego erudiui.& in eo.Cedam eos secundum auditionē cetus eorum.i.erudiam siue castigabo vel corripiam eos.& in eo.10. Iuxta desiderium meū corripiā eos. & inde מוסר Musar.i.eruditio.correptio siue increpatio. disciplina. doctrina. Iob.5.Increpationē domini ne reprobres.& in eo. 20.Doctrinam qua me arguis audiam. & in eo.33. Et erudiens eos instruit disciplina.Prouer.1.Ad sciendam sapiētiam & disciplinā.& in eo.Ad suscipiendam eruditionem. & in eo.3.Disciplinā domini fili mi ne abicias.Esa.53.Disciplina pacis nostre super eum.Hiere.10. Doctrina vanitatis eorum lignum est.Significat etiam vinculum vel colligationem.vt Iob.36.Et vincula eius absoluit.Ps.2. Disrūpamus vincula eorum.Ps.115.Dirupisti vincula mea. Hiere.5.Et vincula eius ruperūt.& in eo.30.Et vincula tua disrūpam.Ponitur etiam pro baltheo.ut Iob.12.Baltheum regum dissoluit.

Castigare.

Docere Erudire

מוסר Increpatio. Doctrina Disciplina. Eruditio

Vinculum

Baltheus.

יעד Iaad .cōuenire.statuere.constituere.despondere.despōsare.testificari.pactum vel fedus facere. sustinere. Exo. 21.Cui non reddita fuerit.pro quo hebrei legunt.Quā nō desponsauit siue cui non despondit.& in eo. Si autem filio suo despōderit eam.& in eo.25.Inde precipiam & loquar adte.Pro quo hebrei legunt. Et cōueniam tecū illic & loquar tecum:siue & constitutus ero tibi illic & loquar tecum & in eo. In quo loco apparebo tibi.i.conueniam ad loquendum tecum.Amos.3.Nunquid ambulabūt duo pariter:nisi conuenerit eis.Pro quo hebrei legunt. Nisi cōuenerint. Item ponitur pro congregari:qđ est in vnum conuenire. vt.Ps.47.Qm̄ ecce reges terre congregati sunt. Item ponitur pro constituere. Ios.20.He ciuitates cōstitute sunt cūctis filiis israel. 2. Reg.20. Et moratus est extra placitū qđ ei cōstituerat rex.Hiere.24.Positi ante templum dñi.i.cōstituti.Ezech.21.Quocunqȝ facies tue est appetitꝰ.pro quo hebrei legunt.Quocunqȝ facies tua constituta est.& est sensus sicut in littera nostra. Item significat federari siue fedus vel pactum percutere.vt Nec.6.Et percutiamus fedus pariter.& in eo.Tractemꝰ nobiscum in domo dei.i.federemur siue conueniamus in vnum in domo dei. Ponitur etiam p testificari.vt Iob. 9.Nemo audet pro me testimonium dicere.Item pōitur pro sustinere.vt Hiere.49.Et quis sustinebit me. Inde מועד Moeed.i.tempus statutum vel constitutum: siue placitum aut terminus. testimonium. fedus. pactum.solemnitas.festum. Gen̄.1.Et sint in signa & tempora

Despōsare

Despōdere Cōuenire

Cōgregare

Cōstituere.

Percutere fedus. Federari

Testificari

Sustinere

מועד Tempus

Statutum tempus

מִן Mín.de. ex.e.a.vel ab.magis.plus.ſuper.ne.non. Geñ. 2.Sed fons aſcendebat de terra. Et in eodem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. Et in eodẽ. 3.Niſi ꝙ ex ligno de quo preceperam tibi vt non comede res comediſti. Et in eodem. 29. Nam ex illo adaquabantur pecora. Ioſ.3. A fluuio turbido qui irrigat egyptum. Iudi. 13. Erit enim puer nazareus dei ab infantia ſua. Ezech.39 A die illa & deinceps. Et aliquando ſcribitur cum lameth in principio.vt Exo. 9. A die qua fundata eſt. Iob.36. Re petam ſcientiam meam a principio. Hiere.7. A ſeculo vſq̃ in ſeculum.ſcribitur etiam cum iod in fine & dicitur מִנִּי mi ni ſiue לְמִנִּי Lemini. Iudi.5. Ex ephraim delebit eos. Et in eodem. De machir principes deſcenderunt. Iob. 20. Hoc ſcio a principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram. Eſa. 46. Qui portamini a meo vtero: qui geſtamini a mea vul ua.pro quo hebrei legunt. Qui portamini ab vtero: qui geſtamini a vulua.poteſt etiam legi ſicut eſt i littera noſtra vt infra dicetur. Mich.7. Et vſq̃ ad te veniet aſur & vſq̃ ad ciuitates munitas.pro quo hebrei legunt. Et vſq̃ ad te ve niet ab aſur & ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis.& in compoſitione cũ aliis dictionibus ſcribitur ſine nun cũ ſola mem littera.vt Geñ.2.Quia in ipſo ceſſauerat ab om ni opere ſuo.& i eodem. Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientie boni & mali ne comedas. Et in eo. Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea. Et in eo dem.quoniam de viro ſumpta eſt.& in eodem.5. Iſte con ſolabitur nos ab operibus noſtris. Exo. 9. Ab homine vſq̃ ad iumentum. Et in eodem. Necdum timeatis dominum deum.pro quo hebrei legunt. Necdum timeatis a facie do mini dei. Leuit.19. Coram cano capite conſurges.pro quo hebrei legunt. A facie cani conſurges. Deut.17. De nume ro fratrum tuorum. Et in eo.35. Dominus de ſion veniet. ps.8. Ex ore infantium & lactentium. ps.16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra. ps.112. Ex hoc nunc & vſq̃ in ſeculum. Prouer.8. Antequam quicq̃ faceret a principio.& in eodem. Ab eterno ordinata ſum & ex anti quis. Ezech.44. que fuerit vidua a ſacerdote accipiant. Et aliquando ſignificat plus vel magis: aut magiſquã: aut eſt nota comparationis & tunc iungitur cum nomine cui

De.

Et.

Et.

Eb.

מִנִּי לְמִנִּי Et. De. Et.

Magiſ quã

fit comparatio.Geñ.20.Te ergo ipſum magiſquam hos affligemus.Iudi.5.Benedicta inter mulieres hiael.ideſt magiſquam alias mulieres.Et in eodem.& benedicatur in tabernaculo ſuo.pro quo hebrei legunt.pluſquam mulieres

Pluſquã.

in tabernaculo benedicatur. Ruth. 1. quia veſtra anguſtia magis me premit.Pro quo hebrei legunt. quia amaritudo eſt mihi magiſ quam vobis.Poteſt etiam legi ſic.quia amaritudo eſt mihi ex vobis.ideſt ex veſtra anguſtia. & tunc erit idem ſenſus cum littera noſtra.p̃s.30.Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium.p̃s.44.Pre conſortibus tuis.ideſt magiſ quam conſortes tuos.p̃s.118.Sup omnes docentes me intellexi.& in eodem.Super ſenes intellexi.Prouer.8.Melior eſt fructus meus auro & lapide precioſo:& genimina mea argento electo.Eccl̃s.7.Melius eſt nomen bonum quam vnguenta precioſa.Et in eo.9. Melius eſt canis viuus leone mortuo.Ponitur etiam aliquando ꝑ ne vel non.vt Geñ.31. Caue ne quicquam aſpere loquaris cum iacob.pro quo hebrei legunt.Caue de loquendo cum iacob.1.Reg.15.Abiecit te dominus ne ſis rex. Et in eodẽ. 25.Ita vt nemo poſſit ei loqui.3.Reg.15.Ne eſſet priceps in ſacris priapi.Ps.82.Diſperdamus eos de gente.ideſt ne ſit gens.Eſa.5.Ne pluant ſuper eam imbrem.Ezech.16.& deſines fornicari.pro quo hebrei legunt.Et deſinere te faciam a meretrice.ideſt ne ſis meretrix.Deut.33. Et qui oderunt eum non conſurgunt:vbi ponitur מִן min pro non .& ſic eſt etiam in tranſlatione chaldaica. põitur etiam aliquã do pro in.vt Eſa.55.Non erit ibi amplius infans dierum. Pro quo hebrei legunt.Non erit inibi amplius infans dierum.& ſimiliter.Deut.33.Dominus de ſina venit.Pro quo ipſi legunt.Dominus in ſina venit. p̃s. 67. A templo tuo in ieruſalem tibi offerent reges munera.pro quo hebrei legunt.In templum tuum in ieruſalem . ideſt quod eſt in ieruſalem.Eſt etiam aliquando quaſi ſyllabica adiectio. Et ideo omittitur in noſtra tranſlatione.Geñ.49. Aſer pinguis eſt panis eius.Vbi preponitur huic dictioni aſer. ſcilicet de Aſer pinguis eſt panis eius.& in eodem.Deus patris tui erit adiutor tuus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt deus in hebreo habetur מֵאֵל Meel.quod ſignificat de deo.Leuit.23.Altero die ſabbati.vbi preponitur huic dictioni altero:ac ſi diceret.De altero die ſabbati.4.Reg.18.Et nõ penitus iumenta intereant.vbi preponitur huic dictioni iumenta.Hiere.10.Non eſt ſimilis tui domine.pro quo in hebreo legitur.De non eſt ſimilis tui domine.Hiere.17. Et ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens.vbi preponitur huic dictioni paſtorem.Pro quo hebrei legunt. Et ego nõ ſum turbatus de paſtore poſt te ſiue de paſcendo poſt te. Aggei.2.Antequam poneretur lapis in templo domini. Pro quo in hebreo legitur.De antequam poneretur lapis in templo domini.& quando componitur predicta dictio cum pronominibus tunc duplicatur littera mem hoc modo.מִמֶּנִּי Miméni.ideſt a me.ſiue de me aut ex me.Ps.2.poſtula a me.Reperitur etiam aliquando cum ſimplici mem & dicitur מִנִּי mini.ſeu מֶנִּי Méni.ideſt a me.Iob.16. Si tacero non recedet a me.Et in eodem.21.Conſilium impiorum longe ſit a me.p̃s.64.verba iniquorum preualuerũt ſuper nos.pro quo hebrei legunt.verba iniquorum preualuerunt a me.ideſt pluſquam me vel ſuper me.Eſa.22.Recedite a me amare flebo.& in eodem.30.vt faceretis conſilium & non ex me.Et in eodem.38.Et conuoluta eſt a me. מִמְּךָ Mimecha.ideſt a te.Exo.8.vt abigantur rane a te מִמֶּנּוּ miménu.i.ab eo.ſiue de eo aut a nobis.vt Geñ.2.In quacunq; enim die comederis ex eo.Et in eodem.25. nulluſq; te phibere poterit.ꝑ quo he.le.nullus ex nobis ſepulchrũ ſuum prohibebit a te.Reperitur etiã מְנֻחִי ménhu.ſiue מְנוּחִי minéhu.Iob.4.Suſcepit auris mea venas ſuſurri eius.pro quo hebrei legunt.Et ſuſcepit auris mea parum ex eo.Ps.67.Ex inimicis ab ipſo.Et in genere femínino ſcribitur cum he ī fine:& dicitur מִמֶּנָּה miména.ideſt ab ea ſiue de ea aut ex illa.vt Geñ.30.& habeam ex illa filios. reperitur ẽt מִמֶּנּוּ miménu in genere femínino.Iudi.11.Non enim habebat alios liberos.pro quo in hebreo legitur . non erat ei ex ea filius aut filia.ideſt preter eã.מִכֶּם michem:ſiue מִמְּכֶם Mimechem.ideſt a vobis ſiue de vobis.מֵהֶם mehem .ideſt ab eis ſiue de eis.Et aliquando ſcribitur cum littera nun & dicitur מִנְּהֶם minhem. Iob.11. Et effugium peribit ab eis. Item מִן min.ſignificat quoddam genus inſtrumẽti muſici & reperitur in numero plurali.ſcilicet מִנִּים minim . ꝑ quo beatus hieronymus trãſtulit chordas.Ps.150. Laudate eũ in chordis & organo. Itẽ מָן man.in lingua chaldaica ſignificat quis ſiue quicunq;.Dañ.3.Si quis autem non proſtratus adorauerit.Et in eodem.quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea.Item מָן man.ideſt mana cibus quo aliti fũt hebrei in deſerto.De quo vide in dictione ſequenti.

מִן
מִנִּים
Chorda.
מָן
Quis.
man.

מָנָה Mana.numerare.conſtituere.decernere.parare.ſeu ꝑ parare.Geñ.15.Sic erit ſemẽ tuum.pro quo hebrei legunt.Sic ſemen tuum numerabitur.2.Reg.24. vade numera iſrael & iudã.3.Reg.20.Inſtaura numerum militum qui ceciderunt.Iob.7.Et noctes laborioſas enumerauí mihi.p̃s.89.Dinumerare dexteram tuam ſic notum fac. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit vt numerentur dies noſtri ſic oſtende.Eſa.65. Numerabo vos in gladio.& inde מְנִי meni.ideſt numerus. vt ſupra in eodem.Et libatis ſuper ea.pro quo in hebreo habetur.Et impletis meni libamine.& dicunt aliqui hebrei ꝙ meni in predicto loco ſignificat certam cõſtellationem ſeu certũ numerum ſtellarum quibus ſacrificabant.Alii vero dicunt ꝙ ſignificat ſeptem planetas;vnde.lxx. interpretes vt refert beatus hieronymus ſuper predicto loco ſic tranſtulerunt. Et impletis demoni poculum.Alii vero dicũt ꝙ ſignificat numerum.vnde ſequitur in textu numerabo vos gladio: vbi alludit ſcriptura ad p̃dictã dictionẽ meni:more ſuo.Et inde מָנָה mana:quod ſignificat genus ponderis quod cõtinet certum numerum vnciarum.pro quo tranſlatio noſtra ipſum nomen hebraicũ poſuit.Ezech. 45. viginti ſicli & viginti quinq; ſicli & quindecim ſicli mnam faciunt. & in plurali מָנִים manim.Eſdre.2.Argenti mnas quinq; millia Nee.7.Et argenti minas duo millia.& inde מָנִים monim. Pro quo btũs hiero.trãſtulit vices.Geñ.31.mutauit merce dẽ meã decẽ vicibus.Item מָנָה mana.ideſt conſtituere ſiue preparare.1.Paralip.9.Et qui credita habebant vtenſilia ſanctuarii.pro quo hebrei legunt.qui erant conſtituti ſup vaſa ſanctuari.Dañ.1.Et conſtituit eis annonam. & in eodẽ qui conſtituit vobis cibum & potum. Et in eodem . Et dixit daniel ad malaſar quem conſtituit princeps eunuchorũ Scribitur etiam ſine he.Ione.2.Et preparauit dominus piſcem grandem.& in eodem.4.Et preparauit dominus dcus hederam.& in eodem.Et parauit deus vermem. & inde מָנָה mana.ideſt munus.pars.portio conſtituta ſeu debita. Leuit.8.In partem ſuam ſicut preceperat dominus.p̃s.15. Dominus pars hereditatis mee.Ps.62.pars vulpium erũt Et in plurali מָנוֹת manoth.Eſter.2.Et traderet ei partes ſuas.& in eodem.9.Et mittant ſibi mutuo partes epularum & ciborum.& aliquando ſcribitur cum ſod i fine & dicitur מְנָיוֹת menaioth. ideſt partes ſeu munera. Nec.12. Dabãt partes cantoribus & ianitoribus. Scribitur etiam cum aleph & dicitur מְנָאוֹת menaoth.vt ſupra in eodem.In deco

Numerare
Meni. Cõſtellatio
Demon.
מָנָה
mna.
מָנִים
mne
מִנִּים
Vicco.
מָנָה
Cõſtituere
Preparat
מָנָה
Pars.
מָנוֹת
Partes.
מְנָיוֹת
Partes
מְנָאוֹת

munera מַן

man. mana. מָן

Quid. מָה־הוּא

Quis.

מִנְחָה munus.

Oblatio Sacrificiū

מְנִיאָ Torques.

מָנַע Priuare. Prohibere

Auferre.

abscondere Celare.

מַנר Liciatorium מְנָרָה

מַס Tributum

מָסַס Liquefacere. dissolui pauore. ptimescere.

re gratiarum actione sacerdotes & leuitas. pro quo hebrei legunt. Munera seu partes pro gratiarum actione sacerdotibus & leuitis. & inde מָן man. idest cibus quo hebrei in deserto aliti sunt: quasi munere eis dato desuper. Exo. 16. Appellauitq; domus israel nomen eius man. Nec. 9. Et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum. Et secundum translationem nostram מָן man interrogātis particula est: & significat quid siue quis. Exo. 16. Dixerunt ad inuicem מָן־הוּא man hu. quod significat quid est hoc. tamen in hebreo nō habetur quod significat quid est hoc: sed ē expositio trāslatoris: quia sequitur in textu. Ignorabant enim quid esset. Ps. 60. misericordiam & veritatem eius quis requiret. vbi pro eo quod in littera nostra est quis in hebreo habetur מָן man. Hebrei tamen dicunt q in predicto loco significat preparationem. Sed in lingua chaldaica communiter est dictio interrogatiua. vt dictum est in dictione precedenti.

מִנְחָה mincha. munus. oblatio. sacrificium. Gen̄. 43. Et deferte viro munera. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet munus. & in eo. Tulerunt ergo viri munera. & in eodem. Illi vero parabant munera. Iudi. 3. miseruntq; filii israel per illum munera. Ponitur etiam pro sacrificio vl oblatione. Leuit. 2. Anima cum obtulerit oblationem sacrificii dñi. & in eo. Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet. & in eodem. 7. Et omne sacrificium simile quod coquitur in clibano. Nu. 16. Ne respicias sacrificia eorum. 3. Reg. 18. Cumq; iam tempus esset vt offerret holocaustum. idest sacrificium vespertinum. Esdre. 9. Et ego sedebam tristis vsq; ad sacrificium vespertinū. ps. 140 Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

מְנִיאָ menicha. in lingua chaldaica significat torquē. Dañ. 5. Et torquem auream habebit in collo.

מָנַע manaa. priuare. vetare. prohibere. desinere. absconde re. celare. Gen̄. 30. Qui priuauit te fructu ventris tui. Nu. 22. Ne cunctēris venire ad me. Pro quo hebrei legunt. Ne prohibearis siue ne desinas venire ad me. Et in eo. Deus priuauit te honore. 1. Reg. 25. Qui prohibuit te ne veni res in sanguinem. 2. Reg. 13. Et non negabit me tibi. idest non prohibebit vel nonvetabit me tibi. Iob. 38. Auferetur ab impiis lux sua. Pro quo hebrei legunt. Et priuabitur seu prohibebitur ab impiis lux eorum. p̄s. 20. & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. idest non priuasti vel prohibuisti. p̄s. 83. Non priuabit bonis eos qui ābulant in innocentia. Prouer. 1. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. & in eodem. 3. Noli prohibere benefacere. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. Et in eodem. 5. Et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis. Ezech. 31. Et prohibui flumina eorum. Ioel. 1. Quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. Pro quo hebrei legunt. Quoniam p hibitum est de domo dei vestri sacrificium. ponitur etiam pro celare vel abscondere. Iob. 20. & celabit in gutture suo. Prouer. 11. Qui abscondit frumentum maledicetur in populis. Hiere. 42. Nec celabo vos quicquam.

מַנר Manor. Liciatorium. idest lignum quo tela circūuoluitur. 1. Reg. 17. Hastile autem eius erat quasi liciatorium texentium. Item מְנָרָה Menora. idest candelabrum. De quo vide infra in dictione נר Nur.

מַס Mas. Tributum. vectigal. De quo vide in dictione sequenti.

מָסַס Masas. Dissoluere. liquefacere. tabefacere. terrere. Perterrere. ptimescere. seu terrore vel pauore dissolui Exo. 16. Cumq; incaluisset sol: liquefiebat. Ios. 2. Et elanguit cor nostrum. Pro quo hebrei legunt. Et dissolutum est cor nostrum. scilicet pauore. Et in eodem. 7. Pertimuitq; cor populi. idest pauore dissolutum est. vel liquefactum est. vnde sequitur & ad instar aque liquefactum ē. vbi vtrū q significatum ponitur in translatione nostra pro vnoverbo hebraico. Nam in hebreo sic legitur. Et dissolutum seu liquefactum est cor populi & fuit sicut aqua. Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. idest dissoluta. 2. Reg. 17. Et fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur. Iob. 6. Qui tollit ab amico suo misericordiam. Pro quo hebrei legunt. Qui dissoluit ab amico suo misericordiam. p̄s. 57. Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Dissoluantur sicut aque que defluunt. Et in eodem. Sicut cera que fluit auferentur. idest que dissoluitur vel liquefit. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Sicut testudo que liquefit vel dissoluitur Vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Sicut vermis tabefactus pertranseant. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Michee. 1. Et consumentur montes sub eo. Pro quo hebrei legunt. Et dissoluentur vl tabescent montes sub eo. vide etiam de hoc in dictione sequenti. Ponitur etiam pro terrere vel pertimescere. Deut. 1. Nuncii terruerunt cor nostrum. Esa. 10. Et erit terrore p fugus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et erit quasi dissoluens signiferum: Nam quando signifer dissoluitur tunc totus exercitus dissoluitur & dissipatur. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide infra in dictione נָסַס Nasas. & inde מַס Mas. idest tributum. census. vectigal. inditio. Gen̄. 49. Et erit tributis seruiens. Exo. 1. Preposuit itaq; eis magistros operum. Pro quo hebrei legunt. Et prepositi sunt eis principes censuum seu tributorum. 3. Reg. 5. Et erat inditio triginta millia virorum. Et in eodem. Et adoniram erat super huiuscemodi inditionem. Esa. 31. Et iuuenes eius vectigales erunt. Threñ. 1. Princeps prouinciarum facta est subtributo. & inde מִסָּה Missa. idest oblatio. Que fit deo propter debitum munus personale. & scribitur cum thau in fine loco hē ratione genitiui sequentis. Deut. 16. Oblationem spontaneam manus tue quam offeres iuxta benedictionem. Quod nomen vt quidam dicunt: nos christiani in sacrificio nostro impositum retinuimus vt a nobis appelletur missa: cum hoc nomen nec grecum nec latinum esse videatur: sed potius ab hebreis mutuatum.

מָסַס Dissoluere. Liquefacere. Tabefacere. Terrere.

מִסָּה Tributum. Census. Inditio. Vectigal. Oblatio.

מִסָּה Dissolutio. Liquefacere. Tabescere

מָסַךְ miscere. Libare. tentorium

מָסָה Masa. dissoluere. Liquefacere. tabefacere. sicut dictio precedens. Ios. 14. Dissoluerunt cor populi. Ps. 6. lachrymis meis stratum meum rigabo. p quo hebrei legūt Lachrymis meis stratum meum liquefaciam seu dissoluā vel tabefaciam. Ps. 36. Et tabescere fecisti sicut aranea anima eius.

מָסַךְ masach. miscere. libare. Ps. 101. Et poculum meum cum fletu miscebam. Prouer. 9. miscuit vinum suum. Et in eodem. Bibite vinum quod miscui. Esa. 5. Et viros fortes ad miscendam ebrietatem. Et in eodem. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Et inde מֶסֶךְ mésech. idest mixtum seu libamen. p̄s. 74. Plenus mixto. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur מְמֻסָּךְ mimsach. prouer. 23. Et studeant calicibus epotandis. Pro quo hebrei legunt. Venientibus ad requirendam mixtionem. idest vinum mixtum. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Esa. 65. Qui ordinatis fortune mensam & libatis super eam. Pro quo hebrei legunt. Et impletis numerum mixtione siue libamine. Vide etiam de hoc infra in dictione נָסַךְ Nasach. Item מַסָּךְ masach. idest coopertorium seu tentorium. Exodi. 26. Facies & tentorium

in introitu tabernaculi.Esa. zz. & reuelabitur operimentum iude.Ezech.z8.Omnis lapis precioſus opimētū tuū.

מָסַר Tradere. מָסַר Masar.tradere.delegare.Nu.31. Dederūtq; millenos de ſingulis tribubus.pro quo hebrei legunt.& tradiſti ſunt ſeu delegati ſunt de millibus iſrael mille per ſingulos tribus.Et in eo.Et preuaricari vos fecerunt in dominum.pro quo hebrei legunt. vt traderent preuaricationē in dominum.& in lingua chaldaica communiter ſignificat tradere.

מָעַד Deficere. Labi Infirmari. מָעַד maad.labi.vacillare.nutare.deficere.infirmari.2. Regū.22.Et non deficient tali mei. pro quo hebrei legunt.& non labantur tali mei.Ps.17.Et non ſunt infirmata veſtigia mea.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit & non deficient tali mei.ps.25. Et in domino ſperans non infirmabor.pro quo beatus hieronymus tranſtulit.& in domino ſperans non deficiam. Ps. 36.non ſupplantabuntur greſſus eius.pro quo beatus hieronymus tranſtulit.non deficient greſſus eius.i.nō vacillabunt ſeu non labentur.ps.68. Et dorſum eorum ſemper incurua.Pro quo hebrei legunt.& lumbos eorum ſemper fic nutare ſeu vacillare. Prouer. 25. & pes lapſus. & inde מוֹעֲדֵי Moade.i.lubrications ſeu lapſus. Iob.12. Parata ad tempus ſtatutum.pro quo hebrei legunt.parata ad lubrica tiones ſeu lapſus pedis.poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide ſupra in dictione יָעַד Iaad.

Vacillare

מוֹעֲדֵי Lubrications.

מֵעָה מֵעַיִם מְעִי Venter. מֵעָה Meaa.viſcera. inteſtina. venter.vterus.Et ſolum inuenitur in numero plurali.ſcilicet מֵעַיִם meáim. ſiue מְעִי Mee.Nu.5.Ingrediantur aque maledicte iſte in vētrē tuum.ps.39.Et legem tuam in medio cordis mei. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit.In medio ventris mei.Ps.70. De ventre matris mee tu es protector meus.Canti.5.Venter eius eburneus. Eſa.16.Venter meus ad moab quaſi cithara ſonabit. & in eo.38.& ſtirps vteri tui vt lapilli eius.pro quo hebrei legūt Et ſtirps vteri tui ſicut vteri eius.ideſt ſicut ſtirps vteri ei?. Vbi bis ponitur eadem dictio.& dicunt hebrei q̄ per ſtirpē vteri eius.ſcilicet maris:ſignificantur piſces.ſed in tranſlatiōe chaldaica eſt ſicut in littera nſa.& in eo.36. Multitudo viſcerū tuorū & miſerationū tuarū ſuper me continuerūt ſe.Hiere.4.ventrē meū doleo.& in eo.31.Idcirco cōturbata ſunt viſcera mea ſuper eū.Threſi.1.Venter meus cōturbatus eſt. Ione.2.Et orauit ionas ad dominum deum ſuū de ventre piſcis.

Uterus.

Uiscera.

מְעַט Minoſt et Minoparare. Minuere. מְעַט Maat.minuere.diminuere.minorare.ſeu minus facere.paruum ſeu minorem eſſe.decreſcere.Geñ.32. minor ſum cūctis miſerationibus tuis.Exo.16.nec qui minuſ parauerat reperit minus.& in eo.30. pauper nil minuet. Leuit.25.quanto minus temporis numeraueris:tanto minoris et emptio conſtabit.pro quo hebrei legunt.ſecundū paucitatē annorū minues emptionē eius.& in eo.z6. & ad paucitatem cuncta redigent.ideſt cuncta minuent. ps.106. Et iumenta eorum non minorabit.Prouer. 15. ſubſtantia feſtinata diminuetur.Eccls.12.Et ocioſe erunt molētes in minuto numero.pro quo hebrei legunt.& ocioſe erūt molentes:quia imminute ſunt.Hiere. 10. Ne forte ad nihilū redigas me.pro quo hebrei legunt.ne forte minuas me.& in eodē.30.Et multiplicabo eos & non minuentur.Ezech. 29.& imminuam eos ne imperent gentibus. & inde מְעַט Meaat.ideſt minus.parum.pauxillum.modicū. paucū.ſiue paucitas.Geñ.18.Sed afferam pauxillum aque.Et in eodem.24.Pauxillum aque mihi ad bibendum prebe. Nu. 16.Nunquid parum vobis eſt q̄ ſeparauerit vos deus iſrael.Iob.10.Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui.Ezech.11. Et ero eis in ſanctificationem modicam. Et in plurali.מְעָטִים meatim.Ps.108.fiant dies eius pauci. Eccls.4. Idcirco ſint ſermones tui pauci.& quando preponitur ei littera caph. tunc ſignificat parum ſiue pene. Geñ. 25.potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua. Pro quo hebrei legunt.Quaſi parum.ideſt pene coiſſet vnus de populo cum vxore tua. Ps.72.mei autem pene moti ſūt pedes.Prouer.5.Pene fui in omni malo.

Minuere. Ad paucitatem redigere. Minorare Minuere. Paucitas modica Pauci. Pene.

מְעָךְ Conterere Subigere מְעַךְ maach.conterere.concaſſare.ſubigere. comprimere. figere.Leuit.22.Omne animal quod vel contritis.Ezech.24. Ibi ſubacta ſunt vbera earum.Pro quo hebrei legunt.Ibi confregerunt ſeu compreſſerunt vbera earum. ſignificat etiam figere.vt.1.Regum.26. Et haſtam fixam in terra.

Figere.

מָעַל Preterire mandatuꝫ Trāſgredi Cōtēnere. מָעַל Tranſgreſſio. Preuaricatio. Repugnāſ veritati. מְעִיל Tunica Pallium. מְעִילִים Tunice. מָעַל maal.preuaricari.tranſgredi.preterire.ſcilicet mādatum.contemnere.Leuit.5.Anima ſi preuaricans cerimonias domini.Et in eodem.6.Et contempto domino negauerit proximo ſuo depoſitum. pro quo he.le. Et preuaricatus fuerit preuaricationem in dominum. Ioſ.7. Filii autem iſrael preuaricati ſunt mandatum.& in eo.22.nōne Achan filius zare preteriit mandatum domini.prouer. 16.In iudicio non errabit os eius.ideſt non tranſgredietur vel non preteribit os eius.2.Paralip.28. Et contemptum habuiſſet dominum.& inde מַעַל máal. ideſt preuaricatio vel tranſgreſſio.Ioſ.22.que eſt iſta tranſgreſſio. & in eodem.Si preuaricationis animo hoc altare conſtruximus. Ponitur etiam pro mendacio ſeu pro eo quod repugnat veritati.Iob.21.Cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati.Item מְעִיל meil.ideſt tunica ſeu pallium.Exo. 28. Tunicam & lineam ſtrictam. Et in eodem. facies & tunicam ſuperhumeralis totam hiacinthinā. 1.Reg.2.& tunicam paruam faciebat ei mater ſua. Eſdre.9. Scidi pallium meum & tunicam. ps. 108. Et operiantur ſicut diploide. ideſt ſicut pallio.Et in plurali.מְעִילִים meilim. 2. Reg. 13. Huiuſcemodi enim filie regis virgines veſtibus vtebātur. ideſt tunicis huiuſcemodi.

מַעַן Et. Ideo. מַעַן maan.prepoſita littera lamed dicitur לְמַעַן lemaan: & ſignificat propter.propterea.propterquod.vt.ideo.id circo.Geñ.18. Vt adducat dominus propter Abraam omnia que locutus eſt ad eum.Exo.16. Vt tentem eum. Leuit. 17.Ideo ſacerdoti offerre debent filii iſrael.Iob.18. Numquid propter te derelinquetur terra.Ps.5. Propter inimicos meos.ps.6.Et ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.Ps.129.Et propter legem tuam ſuſtinui te domine. Prouer.16.vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.Eſa.38.Propter me & propter dauid ſeruum meū. Ezech.36.Non propter vos ego faciam.

Propter.

מְעָרָה Spelūca. מְעָרוֹת Spelūce. מְעָר Similudo. מְעָר máar.ſpelunca.& recipit he in fine & dicitur מְעָרָה maara. Geñ.19. Et manſit in ſpelunca. Et i eo.23. vt det mihi ſpeluncam duplicem. 2. Reg.23.Et venerunt tempore meſſis ad dauid in ſpeluncam odolam. Et in plurali מְעָרוֹת meaaroth. Iudi.6. Fecerunt q̄ ſibi antra & ſpelūcas. Eſa.32. Tenebre & palpatio facte ſunt ſuper ſpeluncas. Itē מַעַר máar.ideſt incaſtratura ſiue ſculptura. pro quo beatus hieronymus tranſtulit ſimilitudinem.1.Reg.7. Quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis.vide etiam de hoc infra in dictione עָרָה Ara.

מַצָּה Azymum מַצּוֹת Azyma מַצָּה מָץ Mas. azymum. litis. iurgium. & recipit he in fine quod denotat genus femininum:& dicitur מַצָּה maſa. Leuit. z. Simile conſperſe oleo & abſq; fermento. ideſt azymum. Et in plu. מַצּוֹת Maſoth. ideſt azyma.Geñ.19. Et coxit azyma & comederunt.Exo.12.Septē diebus azyma comedetis.Et in eo.29.Et lagana azyma.Itē מַצָּה maſa

Cōtentio. מִץ Puluis.

ideſt lis.ſeu contentio.Eſa.58.Ecce ad lites & contentiões ieiunatis.& de hoc vide infra in dictione נָצָה Nasa. Itē מִץ Mos.ideſt puluis ſeu ſtipula. De quo vide ſupra in dictiõe מוץ Mos.cum vau in medio dictionis.

Mulgere. מָצַץ

מָצַץ Masas.ſugere.mulgere.& ſcribitur cum ſimplici ſádic.Eſa.66.vt mulgeatis & delitiis affluatis.vide etiam de hoc ſupra in dictione מִץ Mis.

Inuenire. Reperire. מָצָא

מָצָא Masa.inuenire.reperire.ſufficere.ſeu ſufficientiam prebere.accidere.Geſi.19.Ita vt oſtium inuenire nõ poſſent.Et in eodem.26.Et repererunt aquam viuam .Et in eodem.37.Inuenitq; eum vir.Et in eodem.38. Non inueni eam.Et in eodem.44.Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum.Exo.22.Si inuentũ fuerit apud eum. Et ī eodem.35.Quia inueniſti gratiam coram me.Leuit. 25.ſi nõ inuenerit manus eius vt reddat precium. Ioſ.2.Querẽtes per omnem viam non repererũt eos.Iudi. 14.quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuii . pro quo hebrei legunt.Si annunciaueritis mihi in ſeptem diebus conuiuii & inueneritis.ſ.eius ſolutionem.1.Reg.13.Et non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi. Et in eodẽ 20.vade & affer mihi ſagittas.pro quo hebrei legunt.vade inueni ſagittas. 2.Reg.18.Non eris boni nuncii baiulus . p quo he.le.Et tibi non eſt annunciatio inuenta.i.non eſt ſufficiens vel conueniens tibi iſta annũciatio.4.Reg.7. ſceleris arguemur.Pro quo hebrei legunt.Et inueniet nos ſceſus.Eſter.4.Congrega omnes iudeos quos in ſuſis repereris.Ps.31.Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno . Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Pro hac orabit omnis miſericors ad te tempus inueniẽs.Prouer.3.Et inuenies gratiam & diſciplinã bonã.& in eo.4.vita enim ſunt inuenẽtibus ea.Et in eo.8.Et equi inuenientibus ſcientiam.Et in eo.Qui me inuenerit inueniet vitã.Eccls.7 . Et inueni amariorem morte mulierem.Eſa.13.Omnis qui inuentus fuerit occidetur.Et in eo.55 . Querite dominum dum inueniri poteſt.Hiere.5.Quia inuenti ſunt in populo meo ī pii.Et in eo.6.Et inuenietis requiẽ animabusveſtris.Et in eodem.10.Et tribulabo eos ita vt inueniantur.ſcilicet ab aduerſariis.Hiere.31.Inuenit gratiam in deſerto.Significat etiam ſufficere.Nu.11.Vt poſſit ſufficere ad cibum.Et i eo. Vt eos facient.Pro quo hebrei legũt.Vt ſufficiat eis.Deut. 32.Inuenit eum in terra deſerta.Pro quo hebrei legũt. ſuffecit ei in terra deſerta.ideſt ſufficientiam cibi & indumẽti ei prebuit.Et ſic eſt in tranſlatione chaldaica. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. Ioſ.17.Nõ poterimus ad mõtana conſcendere.pro quo hebrei legunt.Non ſufficiet nobis mons.Zach.10.Et non inuenietur eis locus . Pro quo hebrei legunt.Et non ſufficiet eis.Poteſt etiam legi ſicut ẽ in littera noſtra. Item ponitur pro accidere . Geſi .42 . Et narrauerunt ei omnia que acciderant ſibi.Pro quo hebrei legunt.Et narrauerunt ei omnia accidentia que acciderãt ſibi.Exo.19. Vniuerſũq; laborem qui acciderat eis in itinere.Deut.31.Et inuenient eum omnia mala . ideſt accident ei omnia mala.& inde verbum tertie coniugationis . ideſt ĩuenire facere.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit.offerre ſiue tradere aut reddere.Leuit.9.Obtulerũt ei filii ſui ſãguinem eius.Et in eodem.Cum capite & membris ſingulis obtulerunt.2.Reg.3.Et non tradidi te in manu dauid. Iob.34.& iuxta vias ſingulorum reſtituet eis.ideſt reddet Zach.11.Ecce ego tradam homines vnumquẽq; in manu proximi ſui.

Sufficere.

Accidere.

Offerre.

Tradere. Reddere.

Obſidere. מָצַר

מָצַר Masad.obſidere.Eſa.29.Et omnes qui militauerunt & obſiderunt & vallauerunt eam.& inde מְצָד meſad ideſt fortalicium.arx.munitio.preſidium.locus tutiſſimus ſeu firmiſſimus:aut inacceſſibilis.refugiũ.1.Paralip.11.Habitauit aũt dauid in arce.Et communiter ſcribitur cum he in fine & dicitur מְצוּדָה meſuda.1.Reg.22.Cunctis diebus quibus dauid fuit in preſidio.Et in eodem.nolli manere in pſidio.Et in eodem.24.Et dauid & viri eius aſcenderũt ad tutiora loca.2.Reg.5.Cepit autem dauid arcem ſion.1.Paralip.11.Porro dauid cepit arcem ſion.Iob.39.Atq; inacceſſis rupibus.ps.17.Dominus firmamentum meum & refugium meum.ps.30.Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu.Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Quia petra mea & munitio mea tu es.Et in plurali מְצָדוֹת meſudoth. ſiue מְצָדוֹת meſadoth.Iudi.6.Et munitiſſima ad repugnandum loca. 1.Reg.23.morabatur autem dauid in deſerto ī locis firmiſſimis.Et in eodem.In locis tutiſſimis ſiue.Ps.31.Et in domum refugii.Quod in hebreo legitur in plurali.ſcilicet in domum munitionum.Eſa.33.monumenta ſaxorum ſublimitas eius.reperitur etiam מְצוּדִים meſodim . ſecundũ terminationem maſculinorum.vt Eccls. 9.Struxitq; munitiones.Ponitur etiam pro laqueo venatorum ſeu hamo.Eccls 7.Que laqueus venatorum eſt.& in eo .9 .Sicut piſces capiuntur hamo.

Ver. מְצוּדָה Preſidium Vel locus Ver. Inacceſſibile Refugium

Munitio. מְצָדוֹת מְצָדוֹת Munitiſſima. Loca firmiſſima. Loca munitiſſima. Monumenta. מְצוּדִים munitiones Laqueus. Hamus. מְצוּדָה Extremus.

מָצַץ masa.premere.exprimere.decurrere facere. Iudi.6. Expreſſo vellere cõcham rore impleuit.ps.74.verũ tamen fex eius non eſt exinanita:bibẽt omnes peccatores terre.Pro quo he.le.veruntamen feces eius exprimẽt:bibent omnes peccatores terre.ideſt potabunt vſq; ad fundũ calicis.vnde beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit . veruntamen feces eius potabũt bibentes omnes impii terre.Eſa.51. Bibiſti & potaſti vſq; ad feces.vbi ponitur pro eo quod in littera noſtra eſt potaſti vſq; ad feces.Cuius paſſiuum habetur.Leuit.1. vbi dicitur. Decurrere faciet ſanguinem ſup crepidinem altaris .p quo hebrei legunt.Et exprimatur ſanguis eius ſuper partem altaris.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum .& in eodem.5.quidquid autem reliquum fuerit faciet diſtillare ad fundamentum eius.ideſt faciet decurrere . Pro quo hebrei legunt.Exprimatur ad fundamentum altaris. Ps.72. Et dies pleni inuenientur in eis . pro quo hebrei legunt.& aque plene exprimentur eis . quod hebrei exponunt pro multitudine lachrymarum que diſtillabunt ſeu decurrent ab oculis eorum.Sed ſi ſcribatur cum littera aleph tunc ſignificat inuenire.ſicut eſt in littera noſtra. vt dictum eſt ſupra in dictione מָצָא maſa.cum aleph in fine. & in dictione מַיִם maim.

Bibere Potare vſq; ad feces

Decurrere facere.

Diſtillare.

מֵצַח méſach.frons.Exo.28.Et erit ſuper thiaram inmínens fronti pontificis Eſa.48.Et frons tua erea . Ezech.3.Et frontem tuam duriorem frontibus eorum.Et in plurali מְצָחוֹת miſchoth.Ezech. 9.Super frontes virorum gemẽtium.Item מְצָחָה miſcha.ideſt ocrea.genus armature 1.Reg.17.& ocreas ereas habebat in cruribus.

Frons. מְצָחוֹת Frontes. מְצָחָה Ocrea.

מָצַר meſar.tribulatio.anguſtia. ſiue locus anguſtus. Ps. 117.De tribulatione inuocaui dominum.Et in plurali מְצָרִים meſarim: ſiue מְצָרֵי meſare.ps.115. Et pericula inferni inuenerunt me.ideſt tribulationes inferni.Et beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Et munitiones inferni inuenerunt me.Quod etiam poteſt legi vt infra dicetur in dictione צור Sur . Threſi .1. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

מָצַר tribulatio. מְצָרִים מְצָרֵי Pericula. Tribulationes. anguſtie.

מָק mac . fetor . ſeu fauilla . De quo vide in dictione ſequenti.

מָקַק Tabescere

מָקַק Macac.tabescere.cõtabescere.vel iterire facere.& scribitur cũ simplici coph. Leuit. 26. Tabescent in iniquitatibus suis. Esa. 34. Et tabescet ois militia celorũ. Ezech. 4. Et contabescat in iniquitatibus suis. & in eodem. 33. Et in ipis nos tabescim9. Zach. 14. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis super pedes suos & oculi eius cõtabescẽt in foraminibus suis: & lingua eorum cõtabescet in ore eorũ. & inde

Cõtabescere

מָק Fetor.

מָק Maci. putredo. fetor. Esa. 3. Pro suaui odore fetor. In alio vero loco beatus Hieronymus transtulit fauillã. vt in eodẽ 5. Sic radix eorum quasi fauilla.

Fauilla

מַקֵּל מַקָּל Virga Baculus

מַקֵּל Macel: siue מַקָּל Macal. virga. baculus. Geñ. 30. Tolles ergo iacob virgas populeas. & in eodem. Oues inuerentur virgas. & in eodem. 32. In baculo meo transiui iordanem. Hiere. 1. Virgam vigilantem ego video. & in eodem. 48. Baculus gloriosus. Ezech. 38. Arcum & sagittam & baculos manuũ. Osee. 4. Et baculus eius annunciauit ei.

מָקוֹם Locus

מָקוֹם Macom. locus. Exo. 20. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Et de hoc vide infra in dictione מקם Cum.

מָר Stilla.

מָר Mar. stilla. amaritudo. myrrha. Esa. 40. Ecce gẽtes quasi stilla situle. Significat etiam amaritudinem siue amarum. De quo vide in dictione sequenti. Item

מר mor. idest myrrha. De quo vide supra in dictione

מֹר mor cum vau in medio dictionis. Item

מָרָא Dominus

מָר siue מָרָא mare in lingua chaldaica significat dominum seu dominantem. Dañ. 2. Deus deorum est & dominus regum. Et in eodem. 4. Domine mi somnium his qui te oderunt.

מָרַר amarũ eſſ. ad amaritudinem adducere. amaricare

מָרַר Marar. amaricare. amarum esse. Ad amaritudinẽ perducere seu prouocare. exacerbare. rebellare. mutare seu immutare. Exo. 1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Et in eodem. 15. Eo quod essent amare. 1. Regum. 30. Quia amara erat anima vniuscuiusq; viri. Ruth. 1. Quia amaritudine repleuit me valde omnipotens. Iob. 27. Ad amaritudinem adduxit animam meam. Esa. 22. recedite a me amare flebo. pro quo hebrei legunt. dimittite me amaricabor i fletu siue amara ero in fletu. Et in eo. 24. Amara erit potio bibentibus. Zach. 11. Et plangent eũ plãctu quasi super vnigenitum. Pro quo hebrei legunt. & amaricare super eum quasi amaricare super vnigenitum. idest amare plangent super eum: sicut amare plangitur super vnigenitum. & inde

מָר מָרָה amaritudo

מָר Mar. stilla. amaritudo siue amarus aut amara. Exo. 15. Vocans eum mara. idest amaritudinẽ. Ruth. 1. Quia vestra angustia magis me premit. Pro quo hebrei legunt. quia amaritudo est mihi valde magis quã vobis. Potest etiam legi sic. Quia amaritudo ẽ mihi valde ex vobis. idest ex vestra angustia. Ester. 4. ostẽdens amaritudinem suam. Prouer. 5. Nouissima autem illius amara quasi absinthium. Esa. 38. In amaritudine anime mee. Et in eodem. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Hiere. 2. quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum. Scribitur etiam

מָרָא amarum.

מָרָא Mara cum aleph in fine loco he. Ruth. 1. Sed vocate me mara. idest amaram. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur. מָרָת Morath. 1. Reg. 1. Cum esset amaro animo. Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinem anime sue. Et in plurali. מְרוֹרִים Merorim. Threñ. 3. Repleuit me amaritudine. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet repleuit me amaritudinibus. Ponitur etiam מְרוֹרִים Memorim ꝓ lactucis agrestibus. Exo. 12. & azymos panes cum lactucis agrestibus. scribitur etiã

מָרוֹת amarum. amaritudo מְרוֹרִים amaritudines. Lactuce agreſtes. מְרוֹרוֹת amariſſimi amaritudines. מְרִירוֹת

מְרוֹרוֹת Meroroth. secundum terminationem pluralẽ femininorum. Deut. 32. & botrus amariſſimus. quod in hebreo legitur in plu. f. botri amariſſimi. & est in he. ge. fe. Iob. 13. Scribis enim contra me amaritudines. & inde מְרִירוֹת Meriruth. idest amaritudo. Ezech. 21. & in amaritudine ingemisce. & inde

amaritudo מְרוֹרִים

מְרוֹרִים Thamrurim. idest amaritudines. Hiere. 31. Vox in excelso audita est lamentationis luctus & fletus. pro quo hebrei legunt. Vox in rama audita est lamẽtationis fletus amaritudinum. idest amariſſimi. Et in eo. Pone tibi amaritudines. Osee. 12. Ad iracundiam prouocauit ephraim in amaritudinibus suis. Hebrei tamen dicunt ꝙ in locis predictis significat statuas siue titulos. & inde

amaritudines.

מְרִירִי מְרִירִי Amariſſimus.

מְרִירִי Meriri siue מְרִירִי merire. idest amarus siue amarissima ut amaritudines. Deut. 32. morsu amariſſimo. Iob. 30. Et ĩ uoluatur amaritudine. & inde

מְמֵר Dolor.

מְמֵר memer. cum duplici mem. idest amaritudo. pro quo beatus hieronymus transtulit. dolorem. Prouer. 17. Et dolor matris que genuit eũ. & in plu. מַמְרוֹרִים mamerorim. Iob. 9. & implet me amaritudinibus. & inde

מְרוֹרָה Fel. Amaritudo.

מְרוֹרָה merora. idest fel seu amaritudo. Iob. 20. Fel aspidum interius. & in eodem. Et fulgurans in amaritudine sua. & in eodem. 36. & effudit in terra viscera mea. pro quo hebrei legunt. & effudit in terra fel meum. & inde verbum מַרְמֵר marmar cum duplici mem & res. pro quo beatus Hieronymus transtulit. eferatus est. Dañ. 9. & eferatus est in eum. Item

מְרַמֵּר מָרַר Cõtemnel Exacerbat Irritare. Prouocat

מָרַר Marar. idest rebellare. seu exacerbare: aut prouocare. Exo. 23. Nec contẽnendum putes. Pro quo hebrei legunt. ne rebelles in eũ. Ps. 106. Quia exacerbauerunt eloquia dei. Ezech. 20. Et irritauerũt me domus israel. Et in eodem. Et exacerbauerunt me filii. Dañ. 11. Et prouocatus rex austri egredietur & pugnabit aduersus regem aquilonis. vide ẽt de hoc infra in dictiõe מָרָה mara. significat ẽt mutare. vt Hiere. 44. & odor eius non est mutatus. vide etiam de hoc infra in dictione מִיר mir.

Mutare.

מְרִיא Aries. Pinguis. Ouis.

מְרִיא Meri. ouis seu aries pinguis vel saginatus. exaltatio seu eleuatio. 3. Reg. 1. Arietibus & vitulis & vniuersis pinguibus. Esa. 1. Adipem pinguium & sanguinem vitulorũ Et in eo. 11. Vitulus & leo & ouis simul morabũtur. Amos. 5. & vota pinguium vestrorum non respiciam. significat ẽt exaltationẽ seu eleuationem. Iob. 39. Cum tempus fuerit ĩ altum alas erigit. pro quo hebrei legunt. Cum tempus fuerit in altum exaltatur seu eleuatur.

Exaltatio.

מְרָנ Plaustrũ.

מְרָנ Morag. plaustrum quo fruges triturantur. 2. Reg. 24 Et plaustrum & iuga boum in vsum lignorũ. Esa. 41. Ecce posui tẽ quasi plaustrum triturans nouum.

מָרַד Recedere. Rebellare.

מָרַד Marad. rebellare. recedere. Geñ. 14. & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. Nu. 14. Nolite rebelles cẽ cõtra dominum. Ios. 22. Tantum vt a domino & a nro cõsortio non recedatis. 4. Reg. 18. rebellauit quoq; cõtra regem assyriorũ. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Ezech. 2 Ad gentes apostatrices que recesserunt a me. & inde

מֶרֶד Preuaricatio trãſgreſſio מְרוּדִים Preuaricationes. Vagos. Egeſtas.

מֶרֶד Mered. i. recessio. transgressio. preuaricatio. Ios. 22. Si preuaricatiõis animo hoc altare construximus. Threñ. 3. Recordare paupertatis mee & transgressionis mee. & in plurali מְרוּדִים merudim. Vt in eodem. 1. Recordatus est ierusalem dierum afflictionis sue & preuaricationis sue. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet preuaricationũ suarũ seu rebellionum suarum. significat etiam מְרוּדִים merudim erudim Abiectos seu egenos hoies aut humiles. pro quo beatus hieronymus transtulit vagos. Esa. 58. Et egenos vagosq; induc in domum tuam. & secũdum istud significatum exponunt hebrei illud. Threñ. 1. Dierum afflictionis sue & ꝓuaricationis. idest egestatis seu humilitatis. Et in eodem. 3. Recordare paupertatis mee & transgressionis mee. quod potest etiam legi. & egestatis mee.

מָרָה

מָרָה Mara. rebellare. preuaricari. Inobedientem vel incredulum esse. exacerbare. ad iracundiam prouocare. Geñ. 26. Que ambe offenderant animum isaac & rebecce.

inobedīēt esse. Icredulū ee

idest inobedientes & rebelles fuerunt. Nu.20. Eo quod incredulus fuerit ori meo. Deut.1. Sed increduli ad sermonē domini dei vestri. & in eodē. Sed aduersantes imperio dñi idest rebellastis siue inobedistis imperio dñi. & in eodem.

Rebellare

9. Sed semp fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi. 3. Reg. 13. Quia non obediens fuit ori domini. Ps. 5. Quoniā irritauerūt te. Pro q̄ btūs hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Quoniā prouocauerunt te. Ps. 77. In iram excitauerunt excelsum in inaquoso. Pro quo beatus hieronymus transtulit. vt prouocarent excelsum in inuio. & in eo-

Prouocar

Exacerbar

dem. Quoties exacerbauerunt eum in deserto. Ps. 104. Et non exacerbauit sermones eius. Pro quo btūs hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Et non fuerūt increduli verbis eius. Ps. 105. Quia exacerbauerunt spiritū eius. Iob 17. Et in amaritudinibus eorū moratur oculus meus. Pro quo hebrei legunt. Et in prouocatione seu irritatione eorū moratur oculus meus. Potest etiam significare amaritudinem sicut est in littera nostra. de quo vide supra in dictiōe

ad iracundiam prouocare.

מָרַר Marar. Hiere. 4. Quia me ad iracundiā prouocauit. Threñ. 1. Quia os eius ad iracundiam prouocaui. & in eodem. Quia amaritudine plena sum. Pro quo hebrei legūt. Quia rebellans rebellaui siue prouocans prouocaui. s. ad iracundiam. Ezech. 5. Et contēpsit iudicia mea vt plus esset impia. i. preuaricata est iudicia mea. Potest etiam deriuari a supradicta dictione מָרַר Marar: que significat rebellare vel contēnere sicut est in lra nra. & in eodē. 3. Et ad iracundiam prouocauimus. Esa. 3. Vt prouocarent oculos maiestatis eius. & in eodem. 63. Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt & afflixerūt spiritū sanctū eius. & inde

מָרָה

מָרָה More idest rebellis. inobediens. prouocans. Beatus hieronymus transtulit proteruū seu contumacem. Deut. 21. Si genuerit homo filium contumacē & proteruum. Vbi ponitur pro proteruo. & in eodē. Filius noster iste proteruus est & con-

proteruus.

Cōtumax. Exasperās prouocās.

tumax. vbi ponitur pro contumace. Ps. 77. Generatio praua & exasperans. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Generatio declinans & prouocans. Po-

amaritudo

nitur etiā pro amaritudine. 4. Reg. 14. Vidit dominus afflictionem israel amaram nimis. & inde

מְרִי

מְרִי Méri. idest rebellio. contentio. prouocatio. Deut. 31. Ego enim scio contentionem tuam. Ezech. 2. Quia domus exasperans est. Pro

Cōtentio. Rebellio. Exasperās Iurgium.

quo hebrei legunt. Quia domus rebellionis est. & in eodē. Et noli esse exasperans: sicut domus exasperās est. Ponitur etiam pro iurgio. Prouer. 17. Semper iurgia querit malus. Item ponitur p amaritudine. Iob. 23. Nunc quoq; in ama-

מְרָתַיִם

ritudine est sermo meus. & inde מְרָתַיִם Merathaim. Pro quo beatus hieronymus transtulit dominātes. Hiere. 50. Super terram dominantiū ascende. Hebrei tamen dicunt

Dñantes.

q̄ significat rebelliones seu rebellantes. Potest etiam deriuari a dictione מר Mar. Que in lingua chaldaca significat

מוֹרָה

dominum seu dominātem: vt supra dictum est. Item מוֹרָה Mora. i. nouacula. Iudi. 15. Cuius non tanget caput nouacula. & in eodē. 16. Ferrum nunquā ascendit super caput meū idest nouacula ferrea.

Nouacula

מָרַח

מָרַח Marach. Cataplasmare. hoc est emplastrum ponere. Esa. 38. Et cataplasmarent super vulnus. & inde

Cataplasmare.

מְרוֹחַ

מְרוֹחַ Meroach. i. compressus vel cataplasmatus in testiculis. Pro quo beatus hieronymus transtulit hernioſum. Leuit. 21. Si impetiginem in corpore vel hernioſus.

Hernioſus

מָרַט

מָרַט Marat. Depilare. decaluare. decapilare. euellere. s. capillos. limare: seu polire. leuigare. Leuit. 15. Vir de cuius capite capilli fluunt. i. cum depilatum fuerit caput. Et in eodem. Et si a fronte ceciderint pili. Esd. 9. Et euulsi capillos capitis mei. Nee. 13. Et cecidi ex eis viros & decalua

Depilare. Euellere. capillos. Decaluar

uí eos. Esa. 18. Ad gentem conuulsam & dilaceratā. i. depilatam. Et in eodem. 50. Et genas meas vellentibus. Ezech. 29. Omnis humerus depilatus. Significat etiā limare vel polire aut leuigare. 3. Reg. 7. Omnia vasa que fecit hiram regi salomoni de aurichalco erāt. Pro quo he.le. De ere polito siue limato. s. aurei coloris. quod est idē quod aurichalcus. Nam chalcos grece idem est quod es latine. Ezech. 21. Gladius exacutus est & limatus. & in eodē. Et dedi eum ad leuigandum. & in eodem. Et iste limatus est.

Vellere.

Limare. Leuigare.

מָרַן

מָרַן Maras. Detrahere. peruertere. s. verba alterius. molestare. Iob. 6. Quare detraxistis sermonibus veritatis. Hebrei vero dicunt q̄ significat fortificare: seu violentare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. quā fortes seu fortificati sunt sermones recti. & in eodē. 16. Aut aliquid tibi molestū est si loquaris. Pro quo ipsi legunt. Aut quid fortificabit vel violentabit te si responderis vel loq̄ris. & inde נִמְרָץ Nimras. Pro quo beatus hieronymus transtulit pessimā. 3. Reg. 2. Qui maledixit mihi maledictione pessima. pro quo he.le. maledictione forti seu violenta. Mich. 2. Et corrumpetur putredine pessima.

Detrahēs. Fortificās molestā ee

Violētare.

נִמְרָץ

Fortis. Pessima.

מָרַק

מָרַק Marac. abstergere. defricare. purgare. polire. limare. Leuit. 6. Quod si vas eneū fuerit defricabitur. Hiere. 46. Polite lanceas. & inde מָרוּק Maruc. i. terssum: seu mundissimū. 2. Paralip. 4. Ex ere mundissimo. Significat etiā mundū muliebre siue id quod ad cultum vel ornatum mulierum pertinet. Ester. 2. Expletis oībus que ad cultum muliebrē pertinebant. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תָּמְרוּק Tamruc. vt in eodē. Et accipiant mundum muliebrē. & in eodem. Quidquid postulassent ad ornatū pertinens accipiebant. Prouer. 20. Liuor vulneris abstergit mala. & inde מָרָק Marac. i. ius. s. carnium: eo q̄ in eo carnes absterguntur. Iudi. 6. Et ius carniū mittens in ollam. & in eodem. Et ius desuper funde. Esa. 65. Ius prophanum in vasis eorum.

Detrahere. Polire. מָרוּק mūdissimū. Mūd⁹ muliebris. abstergere. מָרָק Ius carnium.

מָשַׁשׁ

מָשַׁשׁ Masas. Palpare. attrectare. tangere. Gen. 27. Si attrectauerit me pater meus. & in eodē. Accede huc vt tangam te fili mi. & in eodē. 31. Scrutatusq̄ omne tentorium &c. Pro quo hebrei legūt. Et attrectauit laban omne tentoriū. & in eodē. Et scrutatus es omnē supellectilē meā. Exo. 10. Tam dense vt palpari queant. Iob. 12. Palpabunt quasi in tenebris.

מָשַׁשׁ attrectare Tangere. Palpare.

מָשָׁה

מָשָׁה Masa. Extrahere. educere. tollere. s. de aquis. Exo. 2. Vocauitq̄ nomen eius moyses dicens: quia de aqua tuli eum. vnde moyses qui hebraice dicitur מֹשֶׁה Mose. interpretatur extractus vel assumptus. s. de aquis. 3. Reg. 22. Extraxit me de aquis multis.

ferre de aquis. Extrahere

מְשִׁי

מְשִׁי Mesi. vestis serica subtiliter contexta. Pro quo beatus hieronymus transtulit subtile. Ezech. 16. Et indui te subtilibus.

Subtile.

מָשַׁח

מָשַׁח Masach. vngere. linire. pingere. Gen. 31. Ego sum deus bethel vbi vnxisti lapidē. Exo. 29. Lagana quo q̄ azima oleo lita. & in eodē. Vt vngātur in ea & cōsecrentur manus eorum. & in eodē. 30. Et vnges ex eo tabernaculum testimonii. & in eodē. Aaron & filios eius vnges. Leui. 7. Et lagana azyma vncta oleo. Nu. 19. Tibi tradidi & filiis tuis pro officio sacerdotali. Pro quo hebrei legunt. pro vnctiōe. 1. Reg. 15. Me misit dñs vt vngerē te in regem. & in eodem. 16. Surge & vnge eum. 2. Reg. 1. Quasi nō esset vnctus oleo. & in eo. 5. Vnxerunt q̄ dauid in regem sup israel. 3. Reg. 19. Vnges asael regem super syriam: & hieu filium namsi vnge regem super israel. & in eodē. Eliseū autē filiū saphat qui est de abelmeula vnge prophetā pro te. Esa. 21. Surgite principes arripite clypeū. Pro quo he.le. Surgite

Vngere. Linire.

Pingere
מָשַׁח
Unctus

principes vngite clypeum. significat etiã pingere. Hiere. 2 Pingitq; sinopide. Et inde מָשִׁיחַ Masiach. i. vnctꝰ. & grece dicitur christus. & accipitur pro rege vl̃ sacerdote. eo quod vngebãtur oleo sancto. Leuit. 4. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit. 1. Reg. 24. Ne faciam hanc rem dño meo xp̃o dñi. Et in eodẽ. Quia xp̃us dñi est. 2. Reg. 1. Quare non timuisti mittere manũ tuam vt occideres christum dñi. Ps. 2. Aduersus dñm & aduersus christũ eius. Ps. 104. Nolite tangere christos meos. Esa. 45. Hec dicit dñs xp̃o eiuscyro

Xp̃us.

מִמְשָׁח
מִשְׁחָה
Unctio

Scribitur etiã cum duplici mem. & dicitur מִמְשָׁח Mimsach. Ezech. 28. Tu cherub extentus. Pro quo hebrei legunt. Tu cherub vnctꝰ. scilicet in regem. & inde מִשְׁחָה Mischa. idest vnctio. Leuit. 7. Hec est vnctio aaron & filiorũ eiꝰ. Itẽ

מָשָׁח
Oleum.

מְשַׁח Mesach. in lingua chaldaica significat oleum. Esdre. 6. Frumentum sal vinum & oleum.

מָשַׁךְ
Extrahere. Trahere.

Masach. Trahere. attrahere. abstrahere. extrahere. adducere. tendere. protrahere seu prolongare. Gen̄. 37 Extrahentes eum de cisterna vendiderunt eũ. Exo. 12. Ite tollentes animal per familias vestras. Pro quo hebrei legũt Trahite & tollite vobis pecus. Deut. 21. Que nõ traxit iugũ Iudi. 20. Ingressi sunt ciuitatẽ & percusserũt eam. pro quo

Attrahere

hebrei legũt. Attraxit siue duxit insidians & percussit eam idest populus insidians attraxit siue duxit exercitũ contra

Ducere. Adducere.

ciuitatẽ & percussit eam. Iudi. 4. Et duc exercitũ in montẽ tabor. & in eodẽ. Ego aũt adducam ad te in torrente cison Sisaram. & in eodẽ. 5. Qui exercitũ ducerent ad preliandũ. Iob. 21. Et post se omnes homies trahit. & in eo. 40. An extrahere poteris leuiatan hamo. Ps. 9. Dum attrahit eum

Abstrahere

in rete suo. Eccls. 2. Abstrahere a vino carnem meã. Canti. 1. Trahe me post te curremus. Esa. 5. Ve qui trahitis iniquitatem. Hiere. 31. Ideo attraxi te miserãs. Ezech. 32. Et attraxerunt eam & oẽs populos eius. Osee. 11. In funiculis Adã trahã eos. Significat etiã tẽdere arcum: eo quod attrahitur

tẽdere arcũ.

chorda eius. 3. Reg. 2. Vir quidã tetẽdit arcum. Item significat protrahere siue prolongare. Exo. 19. Cum ceperit clangere buccina. Pro quo hebrei legũt. Cũ protraxerit buccinã. i. cum vox buccine fuerit lõgior atq; cõcisior. Et simile

protrahere.

verbum põitur. Ios. 6. vbi dicitur. Cum insonuerit vox tube longior atq; cõcisior. Nee. 9. Et protraxisti super nos an nos multos. Prouer. 15. Spes que differtur affligit animam

prolõgare. Elongare.

expectãtis. i. que prolongatur. Esa. 14. Et dies eius nõ elongabuntur. & in eodẽ. 18. Ad gentẽ cõtulsam & dilaceratã. Pro quo hebrei legunt. Ad gentem prolongatam & depilatam aut conuulsam. Ezech. 12. Non prolongabitur vltra

מֹשֵׁךְ

omnis fermo meus. & inde מֹשֵׁךְ Mésech. i. attractio siue prolongatio. Iob. 28. Trahitur autem sapiẽtia de occultis. Pro

Attractio

quo hebrei legunt. Attractio aũt sapientie de occultis. Ps. 125. Mittentes semina sua. Pro quo hebrei legunt. Portãs attractionem siue prolongationem sementis. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trãstulit portans florem

מֹשֶׁךְ

sementis. Est etiã מֹשֶׁךְ Mésech. nomen prouincie vel gẽtis q̃ latine dicitur mosoch. a mosoch filio iapheth dicta. Gen̄. 10. Et mosoch & thiras. Ezech. 38. Principem capitis mo-

Mosoch.

soch & tubal. & secũdum hoc legũt hebrei illud. Ps. 119. vbi nos habem?. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatꝰ est. ipsi legunt. Heu mihi quia peregrinatus sum in mosoch. &

מֶשֶׁךְ

sequitur Habitaui cum habitantibus cedar. & inde מֶשֶׁכִים Moschim. Pro quo btũs Hieronymus trãstulit emissarios.

Emissarii.

Hiere. 5. Equi amatores in feminas & emissarii facti sũt mihi. Quod aliqui hebrei exponunt equi de mosoch. qui sũt equi robustissimi atq; lasciui.

מָשַׁל
Dominari. preesse. cõparare. parabolizare.

Masal. Dominari. preesse. cõparare. parabolizare. i. parabolam vel prouerbium cõponere vel assumere. Gen̄. 1. Et preessent diei & nocti. & in eodẽ. 4. Et tu dñabe-

Preesse. Dominari

ris illius. & in eodem. 37. Aut subiiciemur ditioni tue. Pro quo hebrei legunt. Aut dominãs dñaberis nostri. & in eodẽ 45. Et ipse dñatur in oñi terra egypti. Deut. 15. Dominaberis nationibus plurimis: & tui nemo dñabitur. Iudi. 8. Dominare tu nostri. 1. Paralip. 29. Tu dñaris omnium. Ps. 65. Qui dñatur in virtute sua. Ps. 105. Dominati sunt eorũ qui oderunt eos. Esa. 40. Et brachiũ eius dñabitur. & in eo dẽ. 28. Qui dñamini super populũ istum. Dañ. 11. Nec secũdum potentiã illiꝰ qua dñatus est. Zach. 6. Et dñabitur sup solio. & in eo. 9. Et potestas eius a mari vsq; ad mare. & inde

מֹשֵׁל
Principes Dñatoꝛ.

מֹשֵׁל Mosel. i. dominãs seu princeps. Ps. 104. Princeps populorũ & dimisit eum. Esa. 52. Dominatores eius inique agunt. & inde חֶמְשַׁל Hamsel. i. dñari. verbum infinitiuum tertie cõiugationis. Pro quo beatus Hieronymus trãstulit

חֶמְשַׁל
Potestas.

potestatẽ. Iob. 25. Potestas & terror apud eũ. & inde מִמְשָׁל Mimsal. i. dominatio. Dañ. 11. Et dñabitur ditione. i. dominatione. Scribitur etiã cũ he vel tau in principio. & dicitur

מִמְשָׁל
Domsatio

מַמְשָׁלָה Mensala siue מַמְשֶׁלֶת Memséleth. i. dñatio seu dominium. potestas. Gen̄. 1. Luminare maius vt preesset diei. Pro quo hebrei legunt. Lumiare maius in dominiũ seu in

מַמְשָׁלָה
מַמְשֶׁלֶת
Dominiũ.

potestatẽ diei. & in eodẽ. Et luminare minus vt preesset nocti. i. in dominiũ noctis. Ps. 135. Solem in potestatẽ diei. Ps

Potestas. Domiatio

144. Et dñatio tua in omni generatione & generatione. Dañ. 11. Multa emĩ dñatio eius. & in plurali מִמְשָׁלִים Mimsalim siue מֶמְשָׁלוֹת Memsaloth. 1. Paralip. 26. Semeie filio eius nati sunt filii prefecti familiarum suarum. Pro quo hebe. In dñationes familiarum suarum. & est sensus sicut in littera nr̃a. Ps. 113. Israel potestas eiꝰ. quod in hebreo legitur

מִמְשָׁלִים
מֶמְשָׁלוֹת
Dñatiões.

pluraliter. s. potestates vel dñationes eius. Ps. 135. Lunã & stellas in potestatem noctis. Pro quo hebrei legũt. Lunã & stellas in potestates noctis. Significat etiã predicta dictio cõ

potestates.

parare siue assimilare vel parabolizare. i. parabolam vel prouerbiũ assumere vel dicere aut narrare. Nu. 21. Idcirco dicitur in pronerbio. Pro quo hebrei legũt. Idcirco dicebãt prouerbiãtes. i. parabolas vel prouerbia dicentes. Iob. 17.

Prouerbium dicere. Assimilare.

Posuit me quasi prouerbium vulgi. & in eodẽ. 30. Assimilatus sum fauille & cineri. & in eodẽ. 41. Non est potestas sup terram que ei cõparetur. Vbi vtrũq; significatũ cõplectitur

Cõparare.

translatio nostra pro vna dictione hebraica. Ps. 26. Et assimilabor descendẽtibus in lacũ. Ps. 48. Comparatus est iumentis insipiẽtibus. Ezech. 16. Omnis qui dicit vulgo prouerbium: in te assumet istud dicens. & in eodẽ. 17. Et narra

Prouerbium sumere Narrare parabolam.

parabolam domui Israel. & in eodẽ. 18. Si erit vltra vobis parabola hec in prouerbium. & in eodẽ. Quid est q̃ inter vos parabolã vertitis in prouerbiũ. & in eo. 20. Per parabolas loquitur iste. & inde מָשָׁל Masal. i. prouerbiũ seu parabola. cõparatio. assimilatio. Nu. 23. Et assumpta parabola ait. Deut. 28. Et eris perditus in prouerbiũ & in fabulã. 1. Reg. 9. Vnde & exiuit prouerbiũ num & saul inter prophetas. Et in eodẽ. 24. Sicut dicitur in prouerbio antiquo. 3. Reg. 4. Locutus est quoq; salomõ tria milia parabolas. p̃s. 48. Inclinabo in parabolã aurem meã. Prouer. 1. parabole salomonis filii dauid. Et in eodẽ. Animaduertet parabolã.

Per parabolas loqui
מָשָׁל
prouerbiũ.

Parabola

מֶשֶׁק
Procuratio
מְמֻשָּׁק
Siccitas.

Mésec. Procuratio. gubernatio. siccitas. Gen̄. 15. Et filius ꝓcuratoris domus mee iste damascus eliezer. Ponitur etiã pro siccitate. & tunc scribitur cũ duplici mem: & dicitur מְמֻשָּׁק Mimsac. Soph. 2. Siccitas spinarũ & acerbus salis. vide etiam de hoc infra in dictione שְׁקַק Sacac.

מֶתֶג
Frenum.
Camus.

Métheg. frenum. camus. 2. Reg. 8. Et tulit dauid frenum tributi de manu filistiim. Ps. 31. In camo & freno maxillas eorum constringe. Prouer. 26. Flagellum equo & camus asino. Esa. 37. Et frenum in labiis tuis.

מתה מתים Viri. Homines.

מתה Matha. vir. homo. mortalis. & solum inuenitur in numero plali. f. מתים Methim siue מתי Methe. Deut. 2. Viris ac mulieribus ac paruulis. Iob. 11. Tibi soli tacebũt homines. Ps. 16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra. Pro quo hebrei legunt. A viris manus tue domine a viris siue a mortalibus de mundo. vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. A viris manus tue dñe qui mortui sunt in profundo. Esa. 3. Viri tui gladio cadent. Et quãdo iungitur cum dictione מספר Mispar que significat numerum. tunc ambe dictiones significant paucos siue paucissimos idest viri qui facile possint numerari. Gen. 31. Nos autem pauci sumus. Deut. 4. Et remanebitis pauci. & in eodem. 33. Et sit paruus in numero.

Pauci.

מתח Erpãdere. אמתחת Saccus. אמתחות Sacci.

מתח Mathach. extendere. expandere. Esa. 40. Et expãdit eos sicut tabernaculũ ad inhabitandũ. & inde אמתחת Amthachath. i. saccus. Gen. 42. Apertoq; vnus sacco vt daret iumento pabulum in diuersorio. & in eodẽ. 44. Pone in ore sacci iunioris. & in plurali אמתחות Amthachoth. vt in eodem. Imple saccos eorum frumento.

מתי Quando.

מתי Mathai. Quando. aduerbium interrogandi. Iob. 7. Quando cõsurgam. Ps. 40. Quãdo morietur. Ps. 41. Quando veniam & apparebo ante faciem dei. Ps. 118. Quãdo consolaberis me. & in eodẽ. Quando facies de persequẽtibus me iudicium. & recipit in principio littera lamed. & dicitur למתי Lemathai. Exo. 8. Constitue mihi quando deprecer pro te. & quando preponitur ei dictio עד Aad. que significat vsq; : tunc ambe dictiones significant vsquequo siue quousq;. Ps. 6. Et tu domine vsquequo. Ps. 79. Quousq; irasceris super orationẽ serui tui.

למתי Quando. Vsqquo. Quoq.

מתם Sanitas.

מתם Methom. sanitas. integritas. Ps. 37. Non est sanitas in carne mea. Esa. 1. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas.

מתן מתנים Lumbi.

מתן Mothen. Lumbus. & solum inuenitur in numero plurali. f. מתנים Methenaim siue מתני Mothne. i. lumbi. 2. Reg. 20. Dependente vsq; ad ilia. Pro quo hebrei legunt vsq; ad lumbos. 3. Reg. 18. Accinctis lumbis currebat ante achab. Iob. 40. Fortitudo eius in lumbis eius. Prouer. 30. Gallus succinctus lũbos. & in eodẽ. 31. Accingit fortitudine lumbos suos. Hiere. 1. Tu ergo accinge lũbos tuos. Ezech. 9. Et atramentariũ scriptoris habebat in lumbis suis. Ponitur etiam. pro renibus. Exo. 12. Renes vestros accingetis. & in eodẽ. 28. A renibus vsq; ad femora. 4. Reg. 1. Zona pelicea accinctus renibus.

Renes.

מתק In dulce ⁹dinẽ verti. Dulcẽ esse Dulcoraf. Dulcedo. מתקים dulcedines. מתוק Dulcis.

מתק Mathac. Dulcorare. i. dulcem facere: siue dulcem esse aut in dulcedinem verti. Exo. 15. In dulcedinẽ verse sunt. Iob. 20. Cum enim dulce fuerit in ore eius malũ. & in eodem. 21. Dulce fuit glareis cocyti. Pro quo hebrei legunt. Dulces fuerunt ei lapides torrẽtis. & in eodẽ. 24. Dulcedo illius vermis. Pro quo he. le. Dulcis est illi vermis siue dulcis fuit vermi. vtroq; enim modo potest intelligi secundũ litteram hebraicã. Ps. 55. Qui simul mecũ dulces capiebas cibos. Pro quo hebrei legũt. Qui simul dulcorauim⁹ secretum. vnde beatus hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. trãstulit. Qui simul habuimus dulce secretum. Prouer. 27. Et bonis amici cõsiliis anima dulcoratur. & inde מתק Méthec idest dulcedo. Iudi. 9. Quomodo possum deserere dulcedinem meã. Prouer. 16. Et qui dulcis est eloquio: maiora reperiet. Pro quo hebrei legũt. Et dulcedo labiorũ addit doctrinam siue eruditionẽ. & in numero plurali scribitur cum duplici mẽ & dicitur ממתקים Mamthachim. Cantí. 5. Gutur illius suauissimum. Pro quo hebrei legũt. Guttur illius dulcedines. Et inde מתוק Mathoc. i. ducis. Iudí. 14. Quid dulcius melle. Eccl's. 11. Dulce est lumen. Cantí. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Esa. 5. Ponentes amarũ pro dulci & duce in amarum. Ezech. 3. Quasi mel dulce. Et in plurali מתוקים Methuchím. Ps. 18. Et dulciora super mel & fauũ. & in gñe femínino מתוקה Methuca. Eccl's. 5. Dulcis est somnus operanti. Et in hebreo sõnus est generis feminini.

מתוקים Dulcia. מתוקה Dulcia.

De incipientibus a littera. נ Nun.

נא Obsecro. Nunc.

נא Na. Dictio est obsecrãtis vel exhortãtis. i. nunc. eia. obsecro. Gen. 50. Nos quoq; oramus vt seruo dei patri tuo dimittas iniquitatẽ hanc. Pro quo hebrei legũt. Et nunc dimitte obsecro iniquitatẽ seruorũ dei patris tui. Exo. 11. Dices ergo omni plebi. Pro quo hebrei legũt. Loquere nunc ad aures populi. Nu. 12. Obsecro dñe mi. & in eodẽ. Ne fiat hec quasi mortua. Pro quo hebrei legunt. Ne obsecro fiat quasi mortua. & in eodem. Deus obsecro sana eam. Ps. 117. Saluũ me fac. Pro quo btũs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Salua obsecro. vbi ponitur הושיעה נא Osiana. Pro q̃ osana canit ecclesia. i. salua obsecro: vel salua nũc. est etiam quasi syllabica adiectio: & ideo aliqñ õmittitur in translatione nostra. Gen. 15. Suspice celũ. Pro quo hebrei legunt. Suspice nunc celum. & in eodẽ. 18. Si inueni gratiã in oculis tuis. Pro quo hebrei legũt. Si nunc inueni gratiã in oculis tuis. & in eodẽ. Descendam & videbo. pro quo hebrei legũt descendam nunc. Et in eodẽ. 19. Educam eas ad vos. Pro quo he. le. Educam nunc eas ad vos. Cantí. 3. Surgam & circumbo ciuitatem. Pro quo hebrei legunt. Surgã nunc: vel eia surgam & circuibo ciuitatẽ. Scribitur etiã cum aleph in principio & dicitur אנא ána. Gen. 50. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorũ. Ps. 117. O dñe saluũ me fac. De quo vide supra in littera aleph in suo loco. Item נא Na. i. crudum. Exo. 12. Non comedetis ex eo crudum quid. Item נא No. nomen propriũ loci. Pro quo beatus hieronymus trãstulit Alexandriã. cui cõcordat translatio chaldaica. Ezech. 30. Et faciam iudicia mea in alexandria.

אנא Obsecro. נא Crudum. נא Alexãdria

נאד Vter. נאדות Vtres.

נאד Nod. vter. lagena. Ps. 55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Pro quo hebrei legũt. Pone lachrymã meã in vtre tuo siue in lagena tua. Ps. 118. Quia factus sum sicut vter in pruina. Et aliquãdo scribitur cum vau & aleph. Iudí. 4. Que aperuit vtrem lactis. Et in plurali נאדות Nodoth. Ios. 9. Vtres vini scissos. & in eodẽ. Vtres vini nouos impleuimus.

נאם Dicere. Dixit.

נאם Naam siue נאם Neum. dicere. loqui. Ps. 35. Dixit insipiens vt dereliquat in semetipso. Ps. 109. Dixit dñs domino meo. Esa. 37. Et ciuitatẽ hanc non ingredietur dicit dñs. Hiere. 4. Erit in die illa dicit dñs. & in eodem. 23. Qui assumunt linguas suas & aiunt dicit. Vbi secundũ beatũ hieronymũ subintelligitur dñs. Nam in hebreo nõ habetur dñs. & secundũ aliquos hebreos inde deriuatur נאמנים Neemanim. i. prudẽtes siue eloquẽtes. Pro quo btũs hieronymus transtulit veraces: deriuatũ ab אמן Amen qđ significat vere siue fideliter. Iob. 12. Cõmutans labium veraciũ.

נאמנים Eloquẽtes Veraces.

נאף Mechari. adulterare

נאף Naaph. mechari. adulterare. Exo. 20. Nõ mechaberis Leuit. 20. Si mechatus quis fuerit cũ vxore alterius & adulteriũ perpetrauerit cum cõiuge ꝓximi sui morte moriatur & mechus & adultera. vbi põitur verbũ & noia ab eo deriuata. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem. Hiere. 7. Adulterari. furare mẽdaciter. Et in eodem. Et mechati sunt in vxores amicorum suorum. Ezech. 16. Quasi mulier adulterа que super virum suũ inducit alienos. Et inde נאופים Niuphim. i. adulteria. Ezech. 23. Et dixi ei que attrita est in adulteriis. Reperitur etiã cũ duplici pe. Osee. 2. Et adulteria sua de medio vberum suorum.

נאופים adulteria. Osee. 2.

נָאַץ Detrahere. Blasphemare. Irritare

נאץ Naas. Detrahere. blasphemare. opprobrare. exacerbare. irritare. ad iracūdiā pducere. florere: seu pullulare Nu. 14. Vsqueq detrahet mihi ppls iste. & in eo. Ne quisq; ex illis qui detraxit mihi intuebitur eam. Et in eodem. 16. Scietis q blasphemauerint domiū. 2. Reg. 12. Veruntamen quia blasphemare fecisti inimicos nomē domini. Ps. 106. Et consilium altissimi irritauerunt. Prouer. 1. Et detraxerunt vniuerse correctioni mee. Et in eodem. 5. Et increpationibus nō acquieuit cor meum. Pro quo hebrei legūt Et increpationem blasphemauit siue odiuit cor meum. Esa. 5. Et eloquium sancti israel blasphemauerūt. Et in eodem. 52. Tota die nomen meū blasphematur. Hiere. 14. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum. Threñ. 2. Et in opprobrio & in indignatione furoris sui. Pro quo hebrei legūt. Et opprobrauit in indignatione furoris sui. Et inde נְאָצָה Niasa. idest opprobrium seu blasphemia. 4. Reg. 19. Dies tribulationis & increpationis & blasphemie dies iste. Et in plurali נְאָצוֹת Niasoth. Nee. 9. Fecerunt blasphemias grādes. Ezech. 35. Audiui vniuersas blasphemias tuas. Item נָאַץ Naas. i. florere seu pullulare. Eccls. 12. Et florebit amygdalus. De quo vide infra in dictione נוּן nos.

Opprobrare. Blasphēia. Blasphēie. Florere.

נָאַק Gemere.

נאק Naac. Gemere. exclamare. Iob. 24. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Ezech. 30. Et gement gemitib? interfecti. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Et inde נְאָקָה Naaca. idest gemitus. Exo. 2. Et audiuit deus gemitum eorum. Et in plurali נְאָקוֹת Naacoth. vt Ezech. 30. vbi supra.

נְאָקָה Gemitus. נְאָקוֹת

נָאַר Attenuare. Maledicere

נאר Nier. Attenuare. gloriam auferre. maledicere. Ps. 88 Auertisti testamentum serui tui. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Attenuasti pactum serui tui. Threñ. 2. Maledixit sanctificationi sue. Malach. 3. Et in penuria vos maledicti estis.

נָבַב

נבב Nebub. vanum. inane. concauum. De quo vide supra in littera beth in dictione בּוּב Bub.

נָבָא Pphetare. Vaticinari.

נבא Naba. Prophetare. vaticinari. Nu. 11. Prophetauerūt nec vltra cessauerunt. Et in eodem. Eldad & medad prophetant in castris. 1. Reg. 10. Ipsoq; prophetātes. Et in eodem. Et prophetabis cum eis. & in eodē. Quod esset cū prophetis & prophetaret. Et in eodem. 18. Et prophetabat in medio domus sue. Sed in translatione chaldaica in predicto loco habetur. Et insaniebat in medio domus. i. loquebatur seu garrulabatur sicut insanus. 3. Reg. 18. Et illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet. 1. Paralip. 25. Sub manu asaph prophetātis iuxta regem. Hiere. 33. Prophetant in baal. & in eodem. 28. Suscitet dominus verba tua que prophetasti. Et in eodem. 32. Quare vaticinaris dicens. Et in eodem. 37. Vbi sunt prophete vestri qui pphetabant vobis. Ezech. 3. Vaticinare ad prophetas israel. Et in eo. 15. Que prophetant de corde suo. Et in eodem. 37. Vaticinare de ossibus istis. Et in eodem Et prophetaui sicut preceperat mihi. Et in eodem. Vaticinare ad spiritum: vaticinare fili hois. Ioel. 2. Et prophetabūt filii vestri. & inde נָבִיא Nabi. i. ppheta. Geñ. 20. Quia ppheta. est. Exo. 7. Et aarō frater tuus erit propheta tuus. Deut. 13. Si surrexerit ī medio tui pphetes. & ī eo. 34. Et nō surrexit vltra ppheta. Et pl'ali נְבִיאִים Nebiim. i. pphete. 1. Reg. 19. Qui cum vidisset cuneū prophetarū. & in eo. Num & saul inter prophetas. Et in genere femínino נְבִיאָה Nebia. idest prophetissa. Exo. 15. Sumpsit ergo maria ppheticsa soror aaron. Esa. 8. Et accessi ad prophetissam. Nee. 6. Sed & noa die prophete & ceterorum prophetarum qui terrebāt me. Quod in hebreo legitur in genere femínino. s. Sed & noa die prophetisse & ceterorum prophetarum.

נָבִיא Propheta. נְבִיאִים Prophete. נְבִיאָה pphetissa.

נְבִזְבָה Donum.

נבזבה Nebizba. in lingua chaldaica significat donum vel munus. Dañ. 2. Premia & donum & honorem multum accipietis.

נָבַח Latrare.

נבח Nabach. Latrare. Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. & solum inuenitur in predicto loco.

נָבַט Aspicere. Respicere. Videre. Cōsiderat. Intueri. Attendere.

נבט Nabat. Aspicere. attendere. videre. intueri. considerare. Esa. 5. Aspiciemus in terram & ecce tenebre. Pro quo hebrei legūt. Et aspiciet in terram & ecce tenebre. Vbi secundum hebreos littera nun est de substantia dictionis & non denotat primam personā pluralem. Et cōmuniter scribitur sine nun. Geñ. 15. Suspice celum. Et in eodem. 19. Noli respicere post tergum. Exo. 3. Non enim audebat respicere contra deum. Et in eodē. 33. Respiciebantq; tergū moysi. Nu. 23. Non est idolum in Iacob. Pro quo hebrei legūt. Non aspexit iniquitatem. i. idolum in iacob. 1. Reg. 2. Et videbis emulum in templo. 2. Reg. 16. Ne respicias vultum eius. Iob. 6. Considerate semitas theman. Et in eodem. 36. Vnusquisq; intuetur procul. Ps. 9. Quoniā tu laborem & dolorem considéras. Ps. 90. Oculis tuis cōsiderabis. Ps. 101 Dominus de celo in terrā aspexit. Ps. 103. Qui respicit terram & facit eam tremere. Ps. 141. Considerabam ad dexteram. Esa. 42. Et ceci intuemini ad videndum. Et in eodē. 51. Attendite ad petram vnde excisi estis. Abach. 1. Aspicite in gentibus & videte. Et in eode. Et respicere ad iniquitatem non poteris. Et inde מַבָּט Mabat. i. aspectus siue intuitus. Pro quo beatus hieronymus transtulit spem. Esa. 20. Et confundantur ab ethiopia spe sua. Et in eodem heccine erat spes nostra. Zach. 9. Quoniā confusa est spes eius.

מַבָּט Spes.

נָבַל Decidere. Defluere. Cadere. Stultū apparere. Stultū cē. Vilipēdere. Cōtumeliā facere. Stultus. Insipiens

נבל Nabal. Defluere. decidere. cadere. emarcescere. stultū esse. vilē esse. vilipendere: seu contumeliā facere. Exo. 18. Stulto labore consumeris. Pro quo hebrei legunt. Decidens decides: siue emarcescens emarcesces: vel defatigatus defatigaberis. 2. Reg. 22. Filii alieni defluxerunt. Ps. 1. Et folium eius non defluet. Esa. 1. Velut quercus defluentibus foliis. Et in eodē. 24. Fluxit & defluxit terra. Et in eodē. Defluxit orbis. & in eodem. 28. Et flori decidenti. & in eodem. 34. Sicut defluit folium de vinea & de ficu. & in eodē. 64. Cecidimus quasi folium vniuersi. Hiere. 8. Et folium defluxit. Significat etiam stultum esse: siue stultum apparere. Prouer. 30. Et qui stultus apparuerit postq; eleuatus est in sublime. Pro quo hebrei legunt. Si stultus fueris siue si stultus apparueris in eleuando. idest postquā eleuatus es. Et sequitur. si enim intellexisses. Item significat vilipendere seu contumeliā facere. Deut. 32. Et recessit a deo salutari suo. Pro quo hebrei legunt. Et vilipendit seu contempsit deum salutis sue. Hiere. 14. Neq; facias nobis contumeliā solii glorie tue recordare. Pro quo hebrei legunt. Ne vilipendas seu neq; despicias soliū glorie tue. Sequitur. recordare &c. Et inde נָבָל Nabal. idest vilis. stultus. insipiens. Deut. 32. Populo stulte & non sapiens. 1. Reg. 25. Super virum istum iniquū nabal: quoniā secundum nomen suum stultus est. Ps. 13. Dixit insipiens in corde suo non est deus. Esa. 32. Non vocabitur vltra is qui insipiens est princeps. Et in plurali נְבָלִים Nebalim. 2. Reg. 13. Et tu eris quasi vnus de insipientibus. Et in plurali femínino נְבָלוֹת Nebaloth. Iob. 2. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Et inde נְבָלָה Nebala idest stultitia. fatuitas. nefas: siue feda res. Geñ. 34. Eo quod fedam rem operatus esset. Ios. 7. Et fecit nefas in israel. 1. Reg. 25. Et sit stultitia cum eo. 2. Reg. 13. Noli facere stultitiam hanc. Esa. 32. Stultus enim fatua loquetur. Osee. 2. Et nunc reuelabo stultitiam eius. Quod Beatus hieronymus exponit turpitudinem idest feditatem. Et inde נְבָלָה Nebela. idest cadauer seu morticinium

נְבָלִים Insipiētes נְבָלוֹת Stulte. נְבָלָה fatuitas. Feda res. Nefas. Stultitia.

נְבָלָה

Leuit.7. Adipem cadaueris morticini. & in eodē.22. Morticiniū & captum a bestia. Deut.14. Quidquid morticiniū est ne vescamini ab eo. & in eo.21. Nō permanebit cadauer eius in ligno. Ponitur etiam pro interfectis. Esa.26. Interfecti mei consurgent. Pro q̄ in hebreo legitur. Cadauer meū consurgent. Item נֵבֶל Nébel. i. lagena seu vter. vel lagūcula. 1. Reg.10. Alius portans lagenam vini. & in eodem.25. Et duos vtres vini. Esa.30. Sicut conterit lagenam figuli. Hiere.13. Omnis laguncula implebitur vino. & in eodem. 44. Et lagunculas eorū collident. Threñ.4. Quomō cōputati sunt in vasa testea. i. in lagunculas testeas. Item נֵבֶל Nébel. seu נָבַל Nábel. i. psalteriū instrumentum musicum seu lyra. 1. Reg.10. Et ante eos psalterium & tympanum. Ps 32. In psalterio decem chordarū psallite ei. Ps.70. Nam & ego cōfitebor tibi in vasis psalterii. Ps.91. In decachordo psalterio. Ps.150. Laudate eū in psalterio & cithara. & inde נִבְלִי Nible. Pro quo beatus Hieronymus transtulit cōcētū. Iob.38. Et concentum celi quis dormire faciet. i. quis cessare faciet. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat imbres seu inundationes. & inde מַבּוּל Mabul quasi מָנְבּוּל Manbul. i. diluuium. De quo vide supra in dictione בּוּל Bul.

morticiniū
Cadauer. Interfect⁹
נֵבֶל
Lagena. Uter.
Lagicula.
נֵבֶל
Psalteriū
נִבְלִי
Concētus
מַבּוּל
Diluuium

נָבַע Nabaa. effluere. redūdare. emanare. eructare. Prouer. 18. Torrens redundās fons sapientie. & inde מַבּוּעַ Mabūaa. i. fons seu emanatio. Eccls.12. Et cōteratur hydria super fontē. Esa.49. Et ad fontes aquarū portabit eos. Significat etiam eructare siue loqui aut ebulire vel scaturire. Ps. 18. Dies diei eructat verbum. Ps.118. Eructabunt labia mea hymnū. Ps.58. Ecce loquuntur in ore suo. Ps.77. Loquar propositiones ab initio. Eccls.10. Musce morientes perdūt suauitatē vnguēti. Pro quo hebrei legunt. Musce mortis fetere & ebulire siue scaturire faciunt oleū pigmentarii. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Et secūdū aliquos hebreos ide deriuatur אַבַעְבֻעוֹת Abaabuoth. i. vesice seu ampule. Exo. 9. Erunt enim in hominibus & iumentis vlcera & vesice turgentes.

נָבַע
Redūdare.
מַבּוּעַ
Fons.
Eructare. Loquī.
Ebulire.
אַבַעְבֻעוֹת
Uesice.

נְבַרְשְׁתָּא Nebrastha. in lingua chaldaica significat candelabrum. Dañ.5. Manus hominis scribentis contra candelabrum.

נְבַרְשְׁתָּא
cādelabrū.

נֶגֶב Négeb. meridies. auster. Geñ.12. Et vltra progrediēs ad meridiē. & in eodem.15. Reuersusq̄ est per iter quo venerat a meridie. & in eodem.28. Et dilataberis ad orientem & occidentem & septentrionem & meridiem. Ios.17. Efrain sit ab austro. 1. Reg.27. Contra meridiem iude & cōtra meridiē ierameel & cōtra meridiem ceni. Esa.30. Onus iumentorum austri.

נֶגֶב
Meridies
Auster.

נָגַד Nagad. nunciare. annūciare. narrare. indicare. referre. explanare. & cōiter scribitur sine nun. Geñ.5. Quis eñ indicauit tibi q̄ nudus esses. & in eo.9. Nunciauit fratrib⁹ suis. & in eodem.24. Cucurrit puella & nūciauit in domo matris sue. & in eodem.49. Vt annunciem vobis que ventura sunt. Exo.19. Et annunciabis filiis israel. Deut.71. Et hoc tibi nunciatū fuerit. & in eo.26. Profiteor hodie corā dño. i. annūcio hodie corā dño. Ruth.2. Nunciata sunt mihi oīa que feceris socrui tue. & in eodē. Indicauitq̄ ei apud quem esset operata. Iob.1. Et euasi ego solus vt nūciarē tibi Ester.2. Necdū proderat Ester patriā & populū suū. Pro q̄ hebrei legūt. Necdū idicauerat Ester populū suū & natiui tatem suam. Iob.26. Quē docere voluisti. Pro quo hebrei legūt. Cui annunciasti seu indicasti sermones. Eccls.10. Et qui habent pennas annūciabūt sniam. Hiere.20. Persequimini & persequamur eum. Pro quo hebrei legunt. Annunciate & denunciemus eum. idest dicamus cōtra eum falsum testimonium. & in eodem.36. Nunciare debemus regi oēs sermones istos. & in eodem. Indica nobis quomodo scripsisti. & in lingua chaldaica significat trahere siue abstrahere seu prolongare. Dañ.3. Fluuius igneus egrediebatur a facie eius. Pro quo hebrei legunt. Fluuius igneus attrahebatur a facie eius. & in translatione chaldaica cōmuniter ponitur pro hoc verbo מָשַׁךְ Masaach. de quo supra dictum est in littera mem. Item נֶגֶד Néged. idest coram. ante. in conspectu. contra. e regione. ex aduerso. Geñ.31. Necetur corā fratribus nostris. & in eodem. Pone hic coram fratribus meis. 1. Reg.19. Nunc corā dño est xp̄us eius. Ps.50. Et peccatum meum contra me est semper. Ps.108. Fiant cōtra dominū semper. Prouer.21. Non est cōsilium contra dominū. Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint: sic sunt coram eo. Et recipit caph in principio & dicitur כְּנֶגֶד Chenéged. Geñ. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Pro quo hebrei legunt Faciamus ei adiutorium quasi coram eo siue quasi ante eū. quod sic exponūt hebrei. quod stet corā eo vel quod sit sēp in conspectu eius ad obsequendū ei. Scribitur etiā cū lamed in principio & dicitur לְנֶגֶד Lenéged. Nu.22. Quia puersa est via tua: mihiq̄ cōtraria. idest cōtra me. Ps.5. Neq̄ permanebunt iniusti ante oculos tuos. Ps.13. Non est timor dei ante oculos eius. Ps.25. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִנֶּגֶד Minéged. Geñ.21. Seditq̄ e regiōe procul. 2. Reg. 18. Et tu stares ex aduerso. Ps.37. Aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Prouer.14. Vade cōtra virum stultum. & aliquando scribitur cum he in fine & dicitur נֶגְדָּה Negda. Ps.115. In conspectu omnis populi eius. Item נָגִיד Nagid. idest dux seu princeps. 1. Reg.9. Et vnges eum ducem super populum meum israel. & in eodem.10. Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem. 2. Paralip.32. Qui percussit omnem virum robustum & bellatorem & principem. Prouer.28. Dux indigens prudētia multos opprimet. Esa.58. Ducem & preceptorem gentibus. Et in plurali נְגִידִים Negidim. & ponitur pro rebus magnis & preciosissimis. Prouer.8. Quoniam de rebus magnis locuta sum.

נָגַד
Indicare. Nunciare.
Annūciaf
Egredi.
Attrahere.
נֶגֶד
Coram.
Contra.
נֶגֶד
לְנֶגֶד
Contra. Ante.
מִנֶּגֶד
E regione. ex aduerso
Aduersus. Contra.
נֶגְדָּה
in cōspectu
נָגִיד
Dux. Princeps
נְגִידִים
res magne

נָגַהּ Naga. splendere. fulgere. illuminare. Iob.18. Neq̄ splēdebit flāma ignis eius. & in eo.22. & in viis tuis splēdebit lumē. Ps.17. Dñs de⁹ me⁹ illumiāt tenebras meas. Esa. 13. Et luna nō splendebit in lumine suo. & inde נֹגַהּ Nóga idest splendor. Ezech.1. Et splēdor in circuitu ei⁹. Abach. 3. Splendor eius vt lux erit. & in lingua chaldaica scribitur cum aleph in fine & dicitur נְגַהּא Nigha. Et ponitur pro aurora. Dañ.6. Tunc rex primo diluculo cōsurgens. Pro quo he. le. Tunc rex diluculo surrexit in aurora. & in pl̄i נְגֹהוֹת Negohoth. Esa.59. Splendorē & in tenebris ambulamus. Pro quo hebrei legunt. In splēdoribꝰ quasi in tenebris ambulamus.

נָגַהּ
Splendere
Illuminare
נֹגַהּ
Splendor
נְגַהּא
נְגֹהוֹת
splēdores.

נָגַח Nagach. cornu percutere. siue cornu petere. cornu impellere seu ventilare. Exo.21. Si bos cornu percusserit. & in eodem. Si bos cornupeta fuerit. Deut.33. In ipsis ventilabit gentes. Ps.43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ezech.34. In cornibus vestris ventilabatis omnia infirma. Dañ.8. Vidi arietem cornibus ventilantem. Ponitur etiam pro preliari vel pugnare. vt in eodem.7. Pugnabant in mari magno. & in eodem.11. Et in tempore prefinito preliabitur aduersus eum rex Austri.

נָגַח
Cornu percutere.
Ventilare.
Pugnare
Preliari.

נָגַל Nagal mutato nun in mem. vt dicatur מָגַל Magal. q̄si מָנְגַל Mangal. significat falcem. vt Ioel.3. Mittite falcē De quo vide supra in dictione מָגַל Magal.

נָגַל
מָגַל
Falx.

נָגַן Nagan. psallere. canere. 1. Reg.16. Querant hominem scientem psallere in cithara: vt q̄n arripuerit te spiritus

dei malus psallat manu sua.Et in eodē.Et percutiebat manu sua.Pro quo hebrei legūt. Et psallebat manu sua. 4.Regum.5.Cumq; caneret psaltes.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum . ideſt cumpsalleret psallens vel psaltes.Ps.67.Preuenerunt principes coniuncti psallentibus. Esa.38.Et psalmos nostros cantabimus.vbi ponitur etiam verbum & nomen ab eo deriuatum.ideſt psalmos nostros psallemus.Et inde נְגִינָה Negina.ideſt psalterium aut organum seu aliud instrumentum musicum.vt in titulo.Ps.60. Vbi dicitur in finem in hymnis psalmus dauid. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit .Victori super organum psalmus dauid.& in plurali נְגִינוֹת Neginoth.vt in titulo.Ps.4. Vbi dicitur in finem in carminibus psalmus dauid.pro quo beatus hieronymus transtulit Victori in psalmis.

Lanere.

נְגִינָה

Organum.
נְגִינוֹת
Carmina.
Psalmi.

נָגַע Nagaa.tangere.attingere.impellere.pertingere . peruenire.percutere.seu flagellare.Geñ.3.Ne comedere=mus & ne tangeremus illud.Et in eodem.20.Et non dimisi te vt tangeres eam . & in eodem . Qui tetigerit hominis huius vxorem.Et in eodem.Sicut & nos nihil tuorum attigimus.Exo.4 . Tetigitq; pedes eius . Et in eodem.12. Et aspergite ex eo superliminare.Pro quo hebrei legunt. Et facite tangere superliminare ac duos postes de sanguie. Et in eodem.19.Ne tangatis fines eius . Et in eodem.Manus non tanget eum.Leuit.5.Sin autem non potuerit offerre pecus.Pro quo hebrei legunt.Sin autem non attigerit manus eius sufficientiam pecudis: & est sensus sicut in littera nostra.Ruth.2.Vt nemo molestus sit tibi.p quo hebrei legunt.Vt nemo tangat te.1.Reg.10 . Exercitus quorum tetigerat deus corda.Iob.5.non tanget te malum. Et in eo.6.Que prius nolebat tangere anima mea . p̄s . 103. Qui tangit mōtes & fumigant.Esa.6.Et tetigit os meum. Significat etiam pertingere.seu peruenire.1 . Paralip.28. Ita vt vsq; ad celum pertingeret vestra crudelitas.Canti.2 Tempus putationis aduenit.Esa.16.Vsq; ad iazer peruenerunt.Item significat flagellare seu plagare vel percutere. Gen.12.flagellauit autem dominus pharaōem plagis magnis.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum:ac si diceret plagauit plagis magnis.Ios.8.Iosue vero & omnis israel cesserunt loco simulantes metum & fugientes . Pro quo hebrei legunt.Et percussi sunt iosue & omnis israel ante eos & fugerunt . ideſt ac si essent percussi fugerunt . 2 . Paralipo.27.Eo quod illico sensisset plagam domini.pro quo hebrei legunt.Eo quod plagasset seu percussisset eum dominus.Ps.72.Et cum hominibus non flagellabuntur. Et in eodem . Et fui flagellatus tota die.Esa.53 . Et nos putauimus eum quasi leprosum.pro quo hebrei legunt . Et nos putauimus eum plagatum.ideſt plagis percussum seu flagellatum.Et inde נֶגַע négaa.ideſt plaga . seu percussio. Exo.11.Adhuc vna plaga tangam pharaonem . Leuit . 13. Plaga lepre si fuerit in homīe.p̄s.37.aduersum me appropinquauerunt & steterūt.pro quo hebrei legūt ex aduerso plage mee steterunt.vnde beatus Hiero.in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit quasi contra lepram meā steterunt.Et in plurali נְגָעִים Negaim.Geñ.12 . Flagellauit autem dominus pharaonem plagis maximis.

Tangere .

Attingere

Pertigere.
aduenire .
Peruenire
Flagellare

Plagare.
Percutere.

נֶגַע
plaga .

Lepra.
נְגָעִים
plage.

נָגַף Nagaph.Percutere.ledere.vulnerare.impellere .impigere.Exo.12.percutiens egyptios.Et in eodem.Ingredi domos vestras & ledere.ideſt percutere.Et in eodem.21 Et percusserit quis mulierem pregnantem . Et in eodem. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit.Deut.28 . Tradatte dominus corruentem ante inimicos tuos . pro quo hebrei legunt.Dette dominus percussum ante inimicos tuos.Iudi.20.putauerunt enim solito eos more cedere. i.percutere.pro quo hebrei legunt.Et dixerunt filii Beniamin percussi sunt ante nos.Et in eodem.Filii autem beniamin cum se inferiores esse vidissent.pro quo hebrei legunt. Et viderunt filii beniamin quoniam percussi essent.1. Regū. 26.Quia nisi dominus percusserit eum.2.Reg. 10.Et quoniam corruissent coram israel.ideſt percusi essent . Et in eodem.12.percussitq; dominus paruulum.3.Reg.8.Si fugerit populus tuus israel inimicos suos.pro quo hebrei legūt Si percussus fuerit populus tuus israel ante inimicos suos. 2.Paralip.13.perterruit dominus hieroboam & omnem israel.pro quo hebrei legunt.Et percussit deus Ieroboam & omnem israel.Et in eodem.17.Exterruitq; dominus ethiopes.ideſt percussit.Esa.19.Et percutiet dominus egyptū plaga :& sanabit eam.ponitur etiam pro impingere seu offendere.p̄s. 90.ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Prouer.3.Et pes tuus non impinget.Hiere.13.Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. & inde נֶגֶף négeph.ideſt percussio seu plaga.Exo.30. Et non erit plaga in eis : cum fuerint recensiti.Nume. 16. Et plaga desecuit.Et in eodem.quam iam vastabat incendium .pro quo hebrei legūt. Et ecce in ceperat plaga in populo.Scribitur etiam cum mem in principio loco nun & cum he in fine & dicitur מַגֵּפָה magepha.ideſt plaga seu mortalitas. vt in eodem.Et plaga cessauit.Et in eodem.postquam quieuit interitus.ideſt postquam quieuit plaga.Et in eodem.25.que percussa est in die plage.Et in eodem.26.postquam noxiorum sanguis effusus est.pro quo hebrei legunt . Et factum est post plagam.Et in plurali מַגֵּפוֹת magephoth . Exo . 9. Mittam omnes plagas meas in cor tuum.

Tangere .

Pertigere.
aduenire .
Peruenire
Flagellare

Plagare.
Percutere.

Percutere.
Ledere.

Vulnerare

מַגֵּפָה
plaga.

מַגֵּפוֹת
plage.

נָגַר nagar.defluere.decurrere.detrahere.2.Reg.14. Quasi aque dilabimur super terram.pro quo hebrei legūt. Et quasi aque que defluunt seu decurrunt super terram.p̄s 74.Et inclinauit ex hoc in hoc.pro quo hebrei legunt. & decurrere seu defluere fecit ex eo.vnde beatus hieronym? in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Et propinauit ex eo.Threñ.3.Oculus meus afflictus est.pro quo hebrei legunt.Oculus meus defluxit. ideſt effudit lachrimas Mich.1.Sicut aque que decurrunt in preceps . significat ēt detrahere.vel tradere.Iob.20. Detrahentur in die furoris domini.p̄s.62.Tradentur in manus gladii.Prouer.21.Rapina impiorū detrahet eos.Hiere.18.Et deduc eos in manu gladii.ideſt trade seu detrahe eos i manu gladii.Ezech. 35.Et concluseris filios israel in manu gladii . Mich. 1. Et detraham in vallem lapides eius.Ponitur etiam pro extendere.p̄s.76.manibus meis nocte contra eum.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.manus mea nocte extenditur.

Defluere .

Decurrere

Detrahere.
Tradere .
Deducere.
Cōcludere

Extendere

נָגַשׁ nagas.accedere.appropinquare . Geñ.19 . Recede illuc.pro quo hebrei legunt. Accede illuc.Et in eodem 27.Accede huc vt tangam te.Et in eodem . Accessit ille ad patrem.Et in eodem.Accede ad me & da mihi osculum . Et in eodem.33.Donec appropinquaret frater eius. Et in eodem.Et appropinquantes ancille & filii earum incurua ti sunt:accessit quoq; lia cum pueris suis.Et in eodem.44 Accedens autem propius iudas.Et in eodem.45. Accedite inquit ad me & cum accessissent.Exo.24.Soluseq; moyses accedet ad dominum & illi non appropinquabunt . Et in eodem.34.Timuerunt prope accedere.Et in eodem.venerunt ad eum etiam omnes filii israel.pro quo hebrei legunt. Accesserunt ad eum.Deut.25.Accedet mulier ad eū. Ruth.2.veni huc & comede panem.id est accede huc.2.Regum.1.Accede irrue in eum.Esa.29.Eo quod appropin=

Accedere.

Appropinquare.

quauit populus iſte. Et in eo. 45. Accedite ſimul/qui ſalua
ti eſtis de gentibus. Et in eo. 49. Fac ſpaciū mihi vt habi=
tem. Pro quo hebrei legunt. Accede mihi vt habitem. ideſt
accede illuc vt facias mihi ſpacium. Et in eo. 65. Non app=
pinques mihi. Amos. 9. Qui dicunt non appropinquabit
Et inde verbū tertie coniugationis. ideſt appropiquare fa=
Afferre. Offerre. cere. applicare. ſiue afferre vel offerre. Geñ. 27. Affer mihi
inquit cibos. Et in eo. Quos cum oblatos comediſſet. Pro
Applicare Adducere. quo hebrei legunt. Et obtulit ei & comedit. Exo. 20. Offe=
rat eum dominus diis: & applicabitur ad oſtium. 1. Reg. 15
Adducite ad me Agag regem. ideſt afferte ſiue applicate
ad me. 2. Reg. 3. Et pedes tui non ſunt compedibus aggra=
uati. ideſt non fuerunt applicati compedibus.

נָגַשׂ Repetere. Exigere. Affligere. Corruere. Nagas. cum puncto cebolet in littera ſin. exigere. re=
petere. affligere. anguſtiare. Deut. 25. Repetere nō po
teris quia annus remiſſionis eſt. Et in eodem. A peregrino
& aduena exiges. 4. Reg. 23. Et vnūquēq; iuxta vires ſuas
exegit tam argentū quam aurū. Eſa. 58. Et oēs debitores
vros repetitis. Ponitur ēt pro affligere. 1. Reg. 15. Afflictus
enim erat populus. Item ponitur p corruere. Eſa. 3. Et cor
ruet populus vir ad virum. ſed ēt in predicto loco hebrei le
gunt. Et exiget populus ſiue anguſtiabit vel affliget. Poni
tur etiam pro offerre. ſicut ſupra נָגַשׁ Nagas cū puncto ſe=
Offerre. bolet vt. Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. & inde נוֹגֵשׂ no
נוֹגֵשׂ Exactor. ges. ideſt exactor. Exo. 5. Precepit ergo in die illa prefectis
operum & exactoribus populi. & in eo. Igitur egreſſi pre=
fecti operū & exactores ad populū dixerūt. Eſa. 14. & ſubii
ciēt exactores ſuos. Et in eo. Quomodo ceſſauit exactor.

נֵד Acervus. moles. נֵד Ned. acceruus. moles. Exo. 15. Stetit vnda fluens. p quo
hebrei legunt. Steterunt quaſi aceruus ſeu quaſi moles
fluēta ſeu fluentes. ſ. aque. Ioſ. 3. In vna mole conſiſtent. Et
in eo. Et ad inſtar mōtis intumeſcētes apparebant. proquo
he. le. Steterunt in aceruo vno ſiue in vna mole.

נָדַד Fugere. Recedere. Mouere. ammouef. Migrare. Recedere. Reſilire נָדוֹד Nadad. mouere. cōmouere. ammouere. recedere. fuge
re. Geñ. 31. Fugiebatq; ſomnus ab oculis meis. i. āmo=
tus eſt vel receſſit. Eſter. 6. Noctem illam rex duxit inſom=
nem. p quo he. le. In nocte illa ammotus eſt vel receſſit ſō=
nus regis. Iob. 15. Cum ſe mouerit ad querendum panem
Et in eo. 20. Et tranſiet ſicut viſio nocturna. ideſt mouebi=
tur vel recedet ſicut viſio nocturna. Et in eo. 18. Et de orbe
tranſferet eū. Pro q̄ he. le. Et de orbe āmouebit eū. Et ī eo.
42. Et mouerūt ſuper eū caput. p̄s. 30. Qui videbant me
foras fugerunt a me. p̄s. 67. Rex virtutum dilecti dilecti.
Pro quo he. le. Reges exercituū mouebūtur. Poteſt etiā de=
riuari a dictione דוֹד Dod. que ſignificat dilectū. vnde bea=
tus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Reges
exercituū federabuntur. Eſa. 10. & nō fuit qui moueret pē=
nā. Et ī eo. Migrauit madmena. i. mota eſt vel receſſit mad
mena. Hiere. 50. Recedite de medio babylonis. Oſee. 7. ve
eis qui receſſerunt a me. Naum. 3. Reſiliet a te. Et in eo. Sol
ortus eſt & aduolauerunt. i. receſſerunt. Et inde נְדוּד nedud
i. motus ſeu commotio. p̄s. 54. Ecce elongaui fugiens. p
Motus נְדוּדִים Dolores. מַדַּת Motus. quo he. le. Ecce elongabo motum. ideſt longe mouebor.
& in plu. נְדוּדִים Nedudim. pro quo beatus hieronymus
tranſtulit dolores. Iob. 7. Et replebor doloribus vſq; ad te
nebras. & inde מִדָּה Midath. quaſi מַנְדַּת Mindath. i. motus
Motus. ſeu cōmotio. Iob. 7. Et rurſum expectabo veſperam. Pro
quo he. le. Et motus ſeu cōmotio veſpere. Vide etiā de hoc
infra in dictione נוּד Nud. & inde נִדָּה Nida. i. menſtruata.
נִדָּה Mēſtruata Mēſtruus ſeu mēſtruū aut immūda. eo quod ꝓpter ſui īmūdiciā erat
āmota vel ſeparata a viro & a templo. Leuit. 12. Iuxta dies
ſeparatiōis mēſtruate. & in eo. iuxta ritū fluxus menſtrui.
Et in eo. 15. Et que mēſtruis temporibus ſeparatur. Threñ.

1. facta eſt ieruſalem quaſi polluta menſtruis. Ezech. 18. Ad
mulierem menſtruatā nō acceſſerit. Ponitur ēt pro inmun
da vel inmūdicia. 2. Paralip. 29. Et auferte omnē inmūdi= Inmūdicia Immūda.
ciā de ſanctuario. Eſdre. 9. Terra inmūda eſt iuxta inmūdi=
ciā populorum ceterarū terrarū. Ezech. 7. Et aurum eorū
in ſterquiliniū erit. i. in immūdiciā erit. Ponitur ēt p aqua
qua immundi aſpergebantur. Pro quo beatus hieronymus
tranſtulit aſperſionē vel expiationē aut luſtrationē. Nu. 19
vt ſit multitudini filiorum iſrael in cuſtodiā & in aquā aſp= aſperſio.
ſionis. Et in eo. Qui aqua aſperſionis nō eſt aſperſus. Et in
eo. Et non eſt aqua luſtrationis aſperſus. Et in eo. Omnis
qui tetigerit aquas expiationis. Luſtratio. Expiatio.

נָדַב Nadab. voluntarie ſeu ſponte offerre. vltroneū offer= Ultroneꝰ offere.
re. ſeu liberalē eſſe. indulgere. ſponte promittere ſeu
polliceri. Exo. 25. Ab omni homine qui offert vltroneus ac
cipietis eas. Et in eo. 35. obtulerūt mēte promptiſſima at= Mente deuota oblati
q; deuota. Et in eo. Mente deuota obtulerūt. Iudi. 5. Qui Sponte offerre.
ſponte obtuliſtis de iſrael animas veſtras. 1. Paralip. 29. Et Polliceri. Sponte p mittere.
ſi quis ſponte offert. & in eo. Polliciti ſunt itaq; principes.
Et in eo. & letatus eſt populus cū vota ſponte promitterent
Et i eo. In ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa hec
. i. ſponte obtuli. & inde נְדָבָה Nedaba. i. ſpōtaneū vel illud נְדָבָה Volūtaria
quod volūtarie datur vel offertur. Exo. 35. Voluntaria dño
dedicauerūt. Et in eo. 36. Mane vota populus offerebat. i.
vota voluntaria offerebat. Ezech. 46. Cum aūt fecerit pri=
ceps ſpontaneū. & in plu. נְדָבוֹת Nedaboth. p̄s. 67. Pluuiā Spōtanei נְדָבוֹת
volūtariā ſegregabis deus. Quod in hebreo legitur plura= Volūtarie
liter. Ps. 109. Tecū principiū in die virtutis tue. Pro quo bea Spōtanei.
tus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Populi
tui ſpontanei in die fortitudinis tue. Poteſt ēt legi ſic. Popu
li tui principatus ſiue tecum principatus in die virtutis tue
vt infra dicetur. Ps. 118. Volūtaria oris mei beneplacita fac Volūtaria נָדִיב
dñe. & inde נָדִיב Nadib. i. voluntarius. vltroneus. liberalis volūtarius
Exo. 35. Omnis voluntarius & prono animo offerat. Poni
tur etiā pro principe vel duce. eo qd debet eſſe liberalis &
vltroneus. Eſa. 32. Non vocabitur vltra is qui inſipiens eſt
princeps. Et in eo. Princeps vero ea que digna ſunt principi Princeps Duces. נְדִיבוֹת
cogitabit & ipſe ſuper duces ſtabit. vbi pro ducibus pōitur נְדִיבוֹת Nediboth. i. ea que digna ſunt duci vel principi. & i נְדִיבִים
plu. maſculino. נְדִיבִים Nedibim. Ps. 46. Principes popu= Pricipes
lorū congregati ſunt. p̄s. 112. vt collocet eum dñs cū prici= נְדִיבָה
pibus cū principibus populi ſui. & in ge. fe. נְדִיבָה Nediba. pricipalis
Ps. 50. Et ſpū principali confirma me. & in hebreo eſt ge.
fe. quia ſpūs qui in hebreo dr̄ רוּחַ Ruach aliqñ eſt gñis femi
nini aliqñ maſculini. Ponitur ēt נְדִיבָה Nediba pro deſide נְדִיבָה
rio. Iob. 30. & abſtulit quaſi ventus deſideriū meū. & dicūt Deſiderū
aliqui hebrei q̄ in predicto loco accipitur pro anima que ē
pars principalior in homine.

נָדָה Nada. abiicere. āmouere. ſeparare. Eſa. 66. Dixerūt fra= abiicere. Separare
tres veſtri odientes vos & abiicentes. Amos. 6. qui ſe= נָדָה
parati eſtis in die malo. Item נָדָה Néde. i. merces. ſ. meretri= Merces.
cis. Ezech. 6. Omnibus meretricibus dātur mercedes. ſcri= נֵדֶן
bitur ēt cū alio nū in fine & dr̄ נֵדֶן néden. De quo vide infra
in ſuo loco. Item נִדָּה nida. ideſt menſtruata ſeu immunda.
De quo vide ſupra in dictione נָדַד nadad.

נִדְבַךְ Ordo. נִדָּה Errare. abſtrahere. aberrare. nídbach in lingua chaldaica ſignat ordinē. Eſd. 6. or
dies de lapidib? ipolitis tres: & ordo de lignis nouis.
נָדַח Nadach. aberrare. abiicere. eiicere. repellere. expelle=
re. impellere. Deut. 15. Vt errare te faceret de via. Et
in eodē. Quia voluit te abſtrahere a dño deo tuo. pro quo
hebrei legunt. Quia voluit te facere aberrare a domio deo
tuo. & in eodem. Et auerterunt habitatores vrbis ſue. ideſt
aberrare fecerunt. Et in eodem. 19. Et ſecuris fugerit manū

Pro quo hebrei legunt. Et aberrauerit siue impulsa fuerit manus eius securi. & in eo. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem. Et in eodem. 30. si ad cardines celi fueris dissipatus. ideſt fueris expulsus siue eiectus. 2. Regū 14. Ne penitus pereat qui abiectus est. Et in eo. & nō reuocat eiectum suum. Et in eo. 15. Et impellat super nos ruinā Iob. 6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. pro quo hebrei legunt. Et prudētia seu sapientia recessit a me. De quo vide supra in dictione יְשָׁה Iasa. Ps. 147. Dispersiones israel cōgregabit. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Eiectos israel congregabit. Esa. 8. Et caligo persequens. i. implens siue eiiciens. Et in eo. 11. Et congregabit profugos israel. pro quo hebrei legunt. & congregabit eiectos siue expulsos israel. Et in eodem. 15. & erit quasi damula fugiens. i. aberrans siue eiecta Hiere. 27. Vt eiiciam vos & pereatis. Threñ. 2. viderūt aūt tibi assumptiones falsas & eiectiones. vide etiam de hoc supra in dictione דָּחָה Dacha.

Errare
Expellere.
Eiicere.

נֵדֶן Néden. vagina. 1. Paralip. 21. Et conuertit gladiū suum in vaginam. Dañ. 7. Ego daniel territus sum in his. p quo hebrei legunt. Ego daniel in medio vagine. i. constrictus & afflictus ac si essē in medio vagine. Et aliqui hebrei dicunt q; inde deriuatur verbum יָדוּן Iadon. pro quo beatus hieronymus transtulit permanebit. Geñ. 6. Non permanebit spiritus meus in homine. Pro quo ipsi legūt. Non vaginabitur spiritus meus in homine. i. non permanebit sicut gladius in vagina. De quo vide supra in dictiōe דִּין dun

Vagina

יָדוּן
Permāet

Item נֵדֶן Néden. i. donū meretricis. Ezech. 16. Tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis.

נֵדֶן
Mercedes.

נָדַף Nadaph. impellere. repellere. proiicere. Iob. 15. Cōtra folium quod vento rapitur. i. quod vēto impellitur vel proiicitur. & in eodem. 52. Deus proiecit eum: non homo Ps. 1. Sed tanquā puluis quē proiicit ventus. Ps. 67. Sicut deficit fumus deficiant. Pro quo hebrei legunt. sicut impellitur fumus impelles. scilicet eos. Esa. 41. sicut stipulam vēto raptam. ideſt impulsam vel propulsatam.

נָדַר Nadar. vouere. polliceri. Geñ. 28. Vouit etiā iacob votū dicēs. Nu. 30. Si qs virorū votū dño vouerit. Deut. 23. Cū votū voueris dño deo tuo. Et in eo. Si nolueris polliceri absq; peccato eris. 2. Reg. 15. Vouens enī vouit seruus tuus. Ione. 1. & vouerunt vota. & inde נֶדֶר Néder. i. votum Et in plu. נְדָרִים Nedarim. i. vota. vt in locis predictis.

נָדַר
Vouere
Polliceri

נֶדֶר
Votum

נְדָרִים

נָהָה Naha. Lamentari. plangere. canere. f. carmē lugubre. languere. Ezech. 32. Cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Mich. 2. Et cantabitur canticū cū suauitate dicentiū: depopulatione vastati sumus. pro quo he. le. Et lamentabitur lamentū lamentabile seu lugubre dicentium: depopulatione vastati sumus. Et est idem sensus cū littera nostra. nam cum dicitur cantabitur canticum intelligitur lugubre: sicut supra Ezech. 32. Significat etiam languere. Dañ. 8. Et ego daniel lāgui. De quo vide supra in dictione הָיָה Haia. Ponitur etiam pro requiescere. 1. Reg. 7. & requieuit omnis domus israel post dominum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et planxerunt seu ingemuerunt omnis domus israel post dominum. ideſt cum plāctu & gemitu dominum quesierunt. Sed si scribatur cum littera cheth que est quasi eiusdem figure sicut he. tunc significat requiescere. sicut est in littera nostra. & inde נְהִי Nehi. i. lamentum seu lamentatio aut planctus. Hiere. 9. Super montes assumam fletum ac lamentum. Et in eodem. Quia vox lamentationis audita est de sion. Et in eo. Docete filias vestras lamentum. Et in eodem. 30. vox in excelso audita ē lamentationis. Ezech. 27. Et assument super te carmen lugubre & plangent. Amos. 5. Eos qui sciunt plangere. pro quo hebrei legunt. Eos qui sciunt planctum seu lamentū. Scribitur etiam sine iod & dicitur נֹהָה Nóha. Ezech. 7. Et non erit requies in eis. Pro quo hebrei legunt. Et non erit lamentatio in eis. ideſt nullus remanebit ex eis qui lamentetur alios. q; si scribatur cum littera cheth vt dicatur נֹחַ nóach. tunc significat requiem sicut est in littera nostra.

Languere
Lamentari
Cantare
Carmē lugubre.

Requies.
Lamētatio

נָהַג Nahag. Minare. ducere. adducere. cōsuescere. assuefacere. Geñ. 31. Tulitq; omnem substātiam suam & greges Pro quo hebrei legunt. Et minauit omnem gregem suum & substantiam suam. Et in eodem. 31. Vt clam me abigeres filias meas. Pro quo hebrei legunt. Et furatus est cor meū & minasti seu duxisti filias meas. Exo. 5. Cumq; minasset gregem. Et in eodem. 10. Et dominus induxit ventū vrentem tota die illa. 1. Reg. 30. Tulit vniuersos greges & armēta & minauit āte faciem suam. 2. Reg. 6. Oza autem & Aio minabant plaustrum. 4. Reg. 4. Mina & propera. Et in eodem. 9. Preceps enim graditur. Pro quo hebrei legūt. stulte enim minat. f. exercitū vel scipsum. Ps. 79. Qui deducis velut ouē Ioseph. Esa. 60. Et reges eorū adducātur. Threñ. 3. Me minauit & adduxit. Naum. 2. Et ancille eius minabātur gementes. significat etiam assuefacere. Eccls. 2. Et animum meum transferre ad sapientiam. pro quo hebrei legunt. Et cor meum assuefacerem in sapientia. & inde מִנְהָג Minhag. i. consuetudo. Pro quo beatus hieronymus transtulit incessum. 4. Reg. 9. Est autem incessus quasi icessus ie hu filii Namsi.

נָהַג
Minare.

Ducere.
Adducere.

Assuefacere
מִנְהָג
Incessus.

נָהַל Nahal. minare. ducere. portare. sustētare. Geñ. 33. Et ego sequar paulatim vestigia ei?. Pro quo hebrei legūt. Et ego minabo paulatim vestigia operis. ideſt vestigia pecoris & paruulorum. Exo. 15. Portasti eum in fortitudine tua. Esa. 49. & ad fontes aquarum potabit eos. debet legi portabit. significat etiam sustentare. Geñ. 47. Sustētauitq; eos illo anno. Esaie. 51. Non est qui sustentet eam. & inde נַהֲלִים Nahalolim. Pro quo beatus hieronymus transtulit foramina. Esa. 7. Et in omnibus frucetis & in vniuersis foraminibus. Hebrei vero dicūt q; significat quoddam genus arboris humilis.

נָהַל
Minare.
Portare.
Sustētare.

נַהֲלִים
Foramina

נָהַם Naham. fremere. frendere. gemere. rugire. Prouer. 5. Et gemas in nouissimis tuis. Et in eodem. 19. Sicut fremitus leonis ira regis. ideſt fremit sicut leo. Esa. 5. & frēdet & tenebit predam. Et in eodem. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Pro quo hebrei legunt. & fremet super eum in die illa sicut fremitus maris. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. f. נַהֲמָה Nahama. ideſt fremitus siue gemitus. ps. 35. rugiebā a gemitu cordis mei.

נָהַם
Gemere.
Fremere.
Frendere.

נַהֲמָה
Gemitus.

נָתַן Nathan. dare. donare. tribuere. largiri. tradere. ponere permittere: vel dimittere. Geñ.3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno. & in eodẽ.12. Semini tuo dabo terram hanc. & in eodem.15. Domine deus quid dabis mihi. Et in eodem.25. Agrum trado tibi. Et in eodem 24. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit. i. dedit. Et in eodem.25. Largit9 est abraham munera. & in eodẽ.29. Et hãc quoq; dabo tibi. Et in eodẽ.38. Ne liberi fratris nomine nascerentur. Pro quo hebrei legũt. vt non daret semẽ fratri suo. & in eodem. Et non eũ accepisset maritum. Pro quo hebrei legunt. E ipsa non esset ei tradita in vxorem. & est idem sensus cũ littera nra. Et in eodẽ. Vnus protulit manum. i. dedit manũ. Exo.5. Non do vobis paleas. Et in eodem. Palee non dantur nobis. & in eodẽ.22. Si quis cõmendauerit amico suo pecuniã aut vas in custodiã. Pro quo hebrei legunt. Si quis dederit vel tradiderit. Leuit.11. Si autẽ quispiam aqua sementẽ perfuderit. Pro quo hebrei legũt. Et si data fuerit aqua super sementẽ. Et in eodẽ.26. Dabo vobis pluuias tẽporibus suis. & in eodẽ. Et trademini in manibus hostiũ. Nu.13. Dabisq; dono leuitas Aarõ & filiis eius quibus traditi sunt. Deut.10. Et dat ei victũ & vestitũ. Iudi. 8. Vt demus exercitui tuo panes. & in eodẽ. Libẽtissime da bimus. 1.Reg.1. Anne autẽ dedit vnã partẽ tristis. 3.Reg.5. Quid vis vt dem tibi. & in eodẽ. 4. Dedit quoq; de9 sapiẽtiã salomoni. 4.Reg.19. Da mihi manũ: qui dedit ei manũ suã. 1.Paralipo.29. Et cũcti filii dauid dederũt manũ & subiecti fuerunt salomoni. Iob.2. Oia q̃ habet homo dabit pro aĩa sua. ps.1. Quod fructũ suũ dabit in tẽpore suo. Ps.80. Sumite psalmũ & date tympanũ. ps.135. Qui dat escã omni carni.. Esa.35. Gloria libani data est ei. & i eodẽ.37. Et dederunt deos earũ igni. Et in eodẽ.41. Dabit quasi puluerem gladiũ suũ. & in eodem. Et ierusalẽ euãgelistã dabo. Hiere. 38.. Tradendo tradetur ciuitas hec in manu exercitus regis babylonis. Threñ.5. Egypto dedimus manũ. Et aliquãdo scribitur sine nũ in principio: vt in aliquib9 locis predictis. & Gen.14. Da mihi animas. & in eodẽ.24. & dedit ei oues & boues. & in eodem.30. Da mihi vxores & liberos meos. Et aliquãdo scribitur sine nũ finali. vt in aliquib9 locis predictis. & Ios.6. Ecce dedi in man9 tuas hiericho. Ps.60. Dedisti hereditatẽ timẽtibus nomen tuũ. Esa.42. Dedi spũm meũ super eum. Scribitur etiam aliquando sine nun tam in principio q̃ in fine. & tunc duplicatur littera thau. Gen. 29. vt minores ante tradamus ad nuptias. Deut.28. Ne det eis de carnibus filiorũ suorũ. Ios.2. Cũq; tradiderit nobis dñs terrã. Iudi.8. Cũ ergo tradiderit dñs zebee & salmana in man9 meas. 2.Reg.22. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Signficat etiã ponere aut cõstituere. vt Gen. 41. & prepositum esse scirent vniuerse terre egypti. Exo.25. In qua pones testimonii. Nu.14. Constituamus nobis ducem. 3. Reg.6. Vt poneret ibi arcam federis domini. 2.Paralip. 25 Nũquid consiliarius regis es. Pro quo hebrei legunt. Numquid consiliarium regi posuerunt vel constituerunt te. Et in eo.35. ponite arcã in sanctuario tẽpli. signãt ẽt pmittere vel dimittere. vt Gen.20. Et non dimisi vt tangeres eam. i. non permisi. Et in eodem.31. & tamen non dimisit eum deus vt noceret mihi. Et inde מַתָּן Mathã. i. donũ. munus. Gen. 34. Augete dotem & munera postulate. Prouerb.18. Donum hominis dilatat viã ei9. Scribitur etiã cũ he vel thau in fine. vt Nu.18. Et tradidi donum domino vt seruiant in tabernaculo eius. Deut.16. Sed offeret vnusquisq; secundũ quod habuerit. pro quo hebrei legunt. vnusquisq; secũdũ donũ manus sue. Ponitur etiã pro robore. Eccl's.7. Et perdet robur cordis eius. scribitur etiam sine nun & cũ duplici thau & dicitur מַתַּת mathath. i. donũ. 3. Reg.13. & dabo tibi munera. Eccl's.5. Hoc donũ dei est. Et in plurali מַתָּנוֹת Mathanoth. Ps.67. Accepisti dona in hominibus. & in lingua chaldaica dicitur מַתְּנָן Mathenan. Dani.2. munera & donũ & honorem multum accipietis. Et inde נְתִינִים Nethinim idest nathinei qui erant traditi in ministerium templi. Esdre.2. Omnes nathinei & filii seruorum salomonis. & i eo. 8. Et de nathineis quos dederat dauid & principes ad ministeria leuitarum.

Preponere Ponere. Cõstituere. Dimittere permittere מַתָּן Munus. Donum. מַתַּת Munus. Robur. מַתָּנוֹת Dona'. מַתְּנָן Munera. נְתִינִים Nathinei.

נָתַס Nathas. dissipare. euertere. Iob.30. Dissipauerũt itinera mea.

נָתַע Nathaa. confringere. conterere. Iob.4. & dentes catulorum leonum contriti sunt.

נָתַץ nathas. destruere. demoliri. dissipare. cõfrigere. Exo. 34. aras eorũ destrue. Leuit.11. siue cliban9 siue chytropodes destruẽtur. Deut.7. Aras eorũ subuertite. i. destruite. & in eo.12. dissipate aras eorũ. Iudi.6. viderũt destructã arã baal. & in eodẽ. Quia destruxit arã baal. & in eo.8. Destruã turrĩ hãc. 2. Paralip.33. instaurauit excelsa q̃ demolit9 fuerat ezechias pr ei9. Iob.19. destruxit me vndiq;. ps.51. ꝓterea de9 destruet te i finẽ. ps.57. molas leonũ cõfriget dñs. Esa. 22. Et destruxistis domos. Hier.1. vt euellas & destruas. & i

Proferre. Destruere subuertere Dissipare. Demoliri. Cõfringere.

eodem. 4. Et omnes vrbes eius destructe sunt. Et in eo. 33. Et ad domos regis iuda que destructe sunt. Ezech. 16. Et demolientur prostibulum tuum.

נָתַק Nathac. euellere. abstrahere. rumpere. disrūpere. dissoluere. dissipare. Leui. 22. Omne animal quod vel cō tritis vel tunsis vel sectis ablatisq; testiculis est. Vbi ponitur pro sectis. Pro quo hebrei legunt. ruptis seu euulsis. Ios. 4. Et siccam humum calcare cepissent. Pro quo hebrei legūt. Euulse sunt plante pedum sacerdotum ad aridam. i. ad siccam humū. Sed btūs hieronymus transtulit sensum. Et in eodem. 8. Donec persequentes ab vrbe longius protrahantur. Pro quo hebrei legunt. Donec euellamus eos ab vrbe. Et in eodem. Cumq; recessissent a ciuitate. Pro quo hebrei legūt. Et euulserūt eos a ciuitate. Iudi. 20. vt abstrahereteos de ciuitate. Et in eodem. 16. Qui rupit vincula. & in eodem. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. & in eodē. 20. Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de ciuitate. Iob. 17. Cogitationes mee dissipate sunt. Ps. 2. Dirumpamus vincula eorum. Eccl's. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Esa. 5. Nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Hiere. 2. A seculo confregisti iugū meū: rupisti vincula mea. Pro quo hebrei legūt Rupi vincula tua. Et in eodem. 5. Et vincula eius ruperunt. Et in eodem. 10. Et omnes funiculi mei disrupti sunt. & in eodem. 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam. Pro quo hebrei legūt. Euelle eos. scilicet de loco suo. Et in eodem. 22. Inde euellam eum. Ezech. 17. Nōne radices eius euellet. Naū. 1. Et vincula tua dirumpam. Ponitur etiam pro consumere. Hiere. 6. Malicie eorum nō sunt consumpte. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et mali seu malicie non sunt consulsi. Item נֶתֶק Nethec. i. tinea: seu plaga lepre corrosiue que nascitur in capite vel in barba. Leuit. 13. Quia lepra capitis & barbe est. & in eodem. Sin autem viderit locum macule equalem vicine carni. Et in eodem. Si nō creuerit macula. Et inde אֲתִיק Athic. idest edificium quoddam in atrio tēpli fundatum: seu muro templi iunctum. Pro quo beatus hieronymus transtulit porticum. vt Ezech. 42. Vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et in eodē. Quia supportabant porticus que ex illis eminebant. Et aliquando beatus hieronymus posuit ipsum hebraicum. s. Ectheca. vt in eodē. 41. Cōtra faciem eius quod erat separatū ad dorsum ecthecas ex vtraq; pte. Et in eodē. Ecthecas per circuitum per tres partes.

נָתַר Nathar. saltare. soluere. dissoluere. Leuit. 11. Crura per que salit super terram. Ps. 145. Dominus soluit compeditos. Esa. 58. Solue fasciculos deprimentes. Abach. 3. Aspexit & dissoluit gentes. Item נֶתֶר Nether. i. Nitrum quo pāni mundantur. Hiere. 2. Si laueris te nitro.

נָתַשׁ Nathas. euellere. dissipare. destruere. Deut. 29. Et eicit eos de terra sua. i. euulsit eos. 3. Reg. 14. Et euellet israel de terra bōa. Ps. 9. Et ciuitates eorū destruxisti. Hiere 1. vt euellas & destruas. Et in eo. 18. Aut euelli possunt aque erumpentes frigide. Et in eodem. 31. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem. Et in eodē. Non euelletur & non destruetur in perpetuum. Et in eodem. 42. Plantabo & non euellam. Ezech. 19. Et euulsa est in ira in terraq; prostecta. Mich. 5. Et euellam lucos tuos de medio tui. Ponitur etiam pro derelinquere sicut עָזַב Natas cum littera tet. De quo supra dictum est. Hiere. 25. Et derelinquam vos & ciuitatem quā dedi vobis.

Euellere. Euellere. Euellere.

tu pergit ſpūs.Et in plurali declinatur tam maſculine q̄ſ feminine.Maſculine.Ps.49.Et in circuitu eius tempeſtas valida.Quod in hebreo legitur pluraliter ſcilicet & in circuitis eius.Ps.75.Omnis qui in circuitu eius affertis mūera. Hiere.49.Quia deuorauit gladius ea que per circuitum tuum ſunt.Declinatur etiam feminine.Iob.22.Propterea circundatus eſt laqueis.Pro quo hebrei legunt. Propterea in circuitibus tuis laquei ſeu carbones.ſcilicet ſūt. Et in eodem.29.Et in circuitu meo pueri mei. Et in eodem. 41. Per gyrum dentium eius formido.Ps.17.In circuitu eius tabernaculum eius.Eccl's.1.Et in circulos ſuos reuertitur. Scribitur etiam cum ſimplici beth & cum mem in principio & dicitur מָסָב Meſab.3.Reg.6.Et omnes parietes templi per circuitum.& in plurali מְסִבּוֹת meſiboth. Iob.54. Luſtrans cuncta per circuitum.& inde סִבָּה Siba. ideſt circuitio.translatio noſtra tranſtulit auerſationem.3.Reg.12. Quoniam auerſatus fuerat eum dominus.Et aliqui hebrei dicunt q̄ ſignificat cauſam.& legunt.Quoniam a domino fuit cauſa.Poteſt etiam legi ſic.Quia a domino fuit circuitio.ideſt dominus circunuenit eum vt ſic reſponderet populo:vt ſuſcitaret verbum ſuum.ſcribitur etiam cum nun in principio & dicitur נְסִבָּה Neſiba.2.Paralipo.10.vbi dicitur.Erat enim voluntas dei vt compleretur ſermo ei? .pro quo he.le.a domino fuit circuitio vel cauſa.& inde מִסֵּב Meſeb.ideſt accubitus:vbi ſedent ad comedendū in conuiuio. eo quod conuiue ſedebāt per gyrum ſiue in circuitum. Cāti.1.Cum eſſet rex in accubitu ſuo.& inde מְסִיב meſib.ideſt conuiua.& ſolum inuenitur in numero plurali.Ps.139.caput circuit? eorum. pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit.Amaritudo conuiuarum meorum.

Circuit מָסָב Per circuitum. מְסִבּוֹת Per circuitum. סִבָּה Cauſa. נְסִבָּה Voluntas. מֵסֵב Accubit?. מְסִיב Conuiue.

סָבָא Saba. Inebriari.potare. ſcilicet exceſſiue.cōuiuiis vacare.Eſa.56.Venite ſumamus vinum & impleamur ebrietate.ideſt inebriemur ebrietate.Naum.1.ſic conuiuiū eorū pariter potantium.pro quohebrei legunt.Et in ebrietate vel in conuiuio eorum inebriati.& inde סֹבֵא ſobe.ideſt potator. ebrius. Deut.21. Comeſſationibus vacat & luxuriis atq̄ conuiuiis.pro quo hebrei legunt. Comeſſator ē at q̄ potator. Prouer.23. Noli eſſe in conuiuiis potatorum. Et in eodem.Quia vacantes potibus & dantes ſymbola cō ſumentur. Accipitur etiam סֹבֵא ſobe.pro vino vel conuiuio.Eſa.1.Vinum tuum mixtum eſt aqua. Oſee. 4. ſeparatum eſt conuiuium eorum. Item סְבָא ſaba. nomen eſt filii chus nepotis noe.Geñ.10.filii autem chus ſaba & euila & ſabatha.Et ab eo nomen accepit terra ſaba. Que eſt prouicia in ethiopia.p̄s.71.Reges arabum & ſaba dona adducent. Eſa.43.Dedi propiciationem tuā egyptū:ethiopiam & ſaba pro te.& inde dicuntur סְבָאִים ſabaim.i.viri de ſaba. Eſa.23.Adducebantur & veniebant de deſerto. pro quo he.le.Adducebantur ſabei de deſerto.& in eo.45. Labor egypti & negociatio ethiopie & ſabaim. & q̄ſ ſcribitur cū littera ſin tunc deriuatur a שְׁבָא Saba filio rema. Geñ. 10. filii rema ſaba & dedan.& p̄ōitur pro arabia.Ps.71. Reges arabum.Et in eodem.& viuet & dabitur ei de auro arabie. & de hoc vide infra in littera ſin.

סָבָא Inebriari. סֹבֵא Potator. סְבָא Vinum. סְבָא Saba. סְבָאִים Sabei.

סָבַךְ Sabach.irretire.pplexū eſſe.cōplecti. Iob.8.Sup aceruum petrarum radices eius denſabuntur. pro quo hebrei legunt.ſuper aceruum petrarum complectuntur ſiue irretiuntur.Naum.1.Quia ſicut ſpine ſe inuicem complectuntur.& inde סְבָךְ ſebach.ideſt vepres ſeu ramus condenſus vel irretitus: aut arbuſta ſecundum tranſlationem chaldaicam.Geñ.22.Viditq̄ poſt tergum arietem interve pres herentem cornibus.Ponitur etiam pro ſilua vel ſaltu Ps.73.Quaſi in ſilua lignorum ſecuribus. & beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. In ſaltu lignorū ſecures.Et in plurali סִבֲּכֵי ſibache.pro quo beatus hieronymus tranſtulit Condenſa. Eſa.10.Et ſubuertentur condenſa ſaltus ferro. Ponitur etiam pro cubili vel tugurio animalium: eo quod fit ex frondibus vel ramis arborum ſe ī uicem complectētibus.Hiere.4. Aſcēdit leo de cubili ſuo. & aliq̄ando ſcribitur cum ſin loco ſamach.2.Reg.18.Cūq̄ ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum. De quo vide infra in littera ſin in dictione שְׂבָךְ ſebach.

סִבֲּכֵי Condenſa. סְבָךְ Cubile.

סָבַל Sabal. portare. ſupportare. ſuſtinere. Nee.4. Debilitata eſt fortitudo portantis.Eſdre.7.Et ponant fundamenta ſupportantia.Eſa.46.Ego portabo. Et in eodem. 53.Et dolores noſtros ipſe portauit.Threñ.5.Et nos iniq̄tates eorum portauimus. Ponitur etiam pro impinguari vel incraſſari.eo quod pinguedo ē homini quaſi onus graue.Ps.143.Boues eorum craſſe. Eccl's.12. Et impinguabitur locuſta. Et aliqui hebrei legunt. Et onerabitur locuſta. Et dicunt q̄ pro locuſta intelligitur dorſum. & inde סֶבֶל ſebel.ſiue סַבָּל Sabal.ideſt onus.3.Reg.5.Septuaginta millia eorum qui onera portabant. p̄s.80. Diuerti ab oneribus dorſum eius.Ponitur etiam pro tributo. 3. Reg.11.Conſtituerit eum ſuper tributum domus ioſeph. Et in plurali. סִבְלוֹת Sibloth.ideſt onera. Exo.1.vt affligerēt eum oneribus.Ponitur etiam pro ergaſtulo. Vt in eodem.6.Et educā vos de ergaſtulo egyptiorum.pro quo hebrei legunt. Educam vos de ſubter oneribus egyptiorum.

סָבַל Portare. ſupportaſ. Incraſſari impiguari סֶבֶל סַבָּל Onus. Tributū. סִבְלוֹת Onera. Ergaſtulū

סָבַר Sabar. In lingua chaldaica ſignificat putare.ſeu cogitare. Dañ.7.Et putabit q̄ poſſit mutare tempora & leges.

סָגַד Sagad.curuari.procidere.adorare.Eſa.44.fecit ſculptile & curuatus eſt ante illud.Et in eodem. Curuatur ante illud & adorat.Et in eodem.Ante truncum ligni procidam. Dañ.2.Et danielem adorauit.

סָבַר Cogitare. Putare. סָגַד Curuari. adorare. Procidere.

סְגֻלָּה Segula.peculium.ſeu peculiare.aut theſaurus. Exo.19.Eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Deut.14.Vt ſis ei in populum peculiarem.1.Paralip.29. De peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei.Ps.134.Iſrael in poſſeſſionem ſibi.Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Iſrael in peculium ſibi.Eccl's.2.Coaceruaui mihi argentum & aurum & ſuſtātias regum.1.Theſauros regum.

סְגֻלָּה Peculiū. Peculiaſ

סָגַן Segan.princeps.ſeu magiſtratus. Et ſolum inuenitur in numero plurali.ſcilicet סְגָנִים Seganim.Nee.2. Magiſtratus autem neſciebant quo abiſſent.Et in eo.5.Et increpaui optimates & magiſtratus.& in eodem. Iudei quo q̄ & magiſtratus.Eſa.42.Et adducet magiſtratus quaſi lutum.Ezech.23.principes & magiſtratus iuuenes cupidinis.& in lingua chaldaica dicitur סְגָנְיָא Signaia. Dañ.3. Magiſtratus & iudices duces & tyrannos.

סְגָנִים Subtilia סְגָנִים Magiſtatuſ

סָגַר Sagar.claudere.concludere.includere. tradere. Geñ. 5.Et incluſit eum dominus de foris. Et in eo.19.Clauſeruntq̄ oſtiū.Exo.14.Concluſit eos deſertū.Leuit.13.Recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.Et in eodem.14.Egredietur oſtiū domus & ſtatī claudet illā.Nu.12.Separetur ſeptē diebus extra caſtra.p quo he.le.recludatur ſeptē dieb? extra caſtra.Nā extra caſtra erat quoddā tētoriū vbi leproſi recludebātur.& in eo.Excluſa eſt itaq̄ maria extra caſtra. Ioſ.2.Cumq̄ porta clauderetur in tenebris.Et in eo.6.hierico aūt clauſa erat atq̄ munita.1.Reg.1. Dominus autē cōcluſeratvulua eius.Et in eo.25.Concluſuſq̄ eſt introgreſſ? vrbē.5.Reg.11.& coequauitvoraginē ciuitatis dauid patris ſui.pro quo he.le.Et clauſit rupturam ſeu diuiſionem vel diruptionem ciuitatis dauid patris ſui.Ps.34.Et conclude

סָגַר Includere Claudere. Recludere Cōcludere

eos qui perſequũtur me.Eſa.22.Et claudet & non erit qui aperiat. Et in eodem .24. Clauſa eſt omnis dom⁹ nullo in troeunte.Et in eodem.26.Et claude oſtia tua ſuper te. Significat etiam tradere.ideſt concludere in manu vel in poteſtate alterius. Deut .23. Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te confugerit.1.Regum.23. Vt tradamus eum in manu regis.Et in eodem . Si tradent me viri ceile in manus eius.Et in eodem.Et dixit dominus tradent. Et in eo.24. Quod tradiderit te dominus in manu mea . Et in eodem. 26.Concluſit deus inimicum tuum in manu tua . & inde

Tradere.

מָסְגֵר Maſger.ideſt clauſura:vel carcer.Eſa.24.Et claudentur ibi in carcere.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.Et in eodem.42.Vt educeres de concluſione vinctum.ideſt de clauſura ſiue de carcere.Et in plurali מִסְגְּרוֹת Miſgeroth.2.Regum.22.& contrahentur in anguſtiis ſuis ideſt in clauſuris. ps.17.Et claudicauerunt a ſemitis ſuis. p quo btūs hiero.in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit.Et contrahentur in anguſtiis ſuis.& inde סֻגַּר Sugar. ideſt carcer ſeu cauea:vbi vincti clauduntur.Ezech.19 . Et miſerunt eum in caueam.Et aliqui hebrei dicunt ף ſignificat lignū perforatum quo pedes ſeu colla vinctorū conſtringūtur.& inde מִסְגֶּרֶת Miſgereth.ideſt illud quod conſtringit aliquam rem & eam continet in circuitu.Exo.25. Et ipſi labio coronam interraſilem altam quattuor digitis & ſuper illam alterā coronam aureolam.pro quo hebrei legūt. Et facies ei clauſuram ad menſuram pugni.ideſt alta quattuor digitis in circuitu.& facies circulum ſeu labium ipſi clauſure in circuitu.& in plurali מִסְגְּרוֹת Miſgeroth . p quo beatus hieronymus tranſtulit Interaſile ſeu coronulas vel ſculpturas.3.Regum.7.Et ipſum opus baſium interraſile erat.Et in eodem.Et ſculpture inter iuncturas. Et in eodē. Variaſq; ſculpturas ex ſemetipſo.& in eodem.et inter coronulas et plectas.& in eodem.& media intercolūnia quadrata non rotunda.Vbi pro eo quod in littera noſtra eſt media intercolūnia in hebreo eſt מִסְגְּרוֹת Miſgeroth.Ponitur etiam pro angulis. Vt in eodem.& in angulis cherubim.& inde סֶגֶר Segor.ideſt illud quod eſt clauſum vel eſt interi⁹. Oſee.13.& dirumpam interiora cordis eorum. Ponitur ēt סָגוֹר Segor ſine סָגוּר Sagur pro auro puriſſimo.eo quod clauditur & cuſtoditur ſub firma cuſtodia.3.Reg. 6 .& operuit illud atq; veſtiuit auro puriſſimo. Pro quo hebrei legūt.Auro ſagur.Et in eo.7.Et mortariola & thuribula de auro puriſſimo.Iob.28.Non dabitur aurum obrizum pro ea. Vbi ponitur pro auro obrizo.& inde סַגָּר maſger .i.inclusor.4.Regum.24.Et omnem artificem & inclusorem. Et in eodem.Et artifices & incluſores mille.Hiere. 29. Et principes iuda & ieruſalem & faber & incluſor.Et dicunt aliqui hebrei ף ſignificat theſaurarium qui includit & ſeruat aurum & res precioſas.& inde סָגְרִיר Sagrir.ideſt impetuoſus imber:ſeu frigus exceſſiuum.eo quod recludit homines in domibus.Prouer.27.Tecta perſtillantia in die frigoris.

Carcer. Concluſio. Clauſura.

Anguſtie. Clauſure.

Cauea.

Corona.

clauſura .

interraſile. Sculpture coronale.

anguli.

Interiora.

purisſimū. .ſ. aurum.

aurum. obrizum.

Incluſor .

Frigus

סָד Sad.lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur.pro quo tranſlatio noſtra neruū tranſtulit. Iob. 13.Poſuiſti in neruo pedem meum.

Neruus.

סָדִין Sadin. ſindon . linteum. Prouer . 31. Sindonem fecit & vendidit.Et in plurali סְדִינִים Sedinim.vt Iudi.14 Triginta ſindones & totidem tunicas.Eſa.3.Et ſindones & vittas & teriſtra.

Sindon. ſindones.

סֵדֶר Séder.ordo.regula.Et ſolū inuenitur in numero plurali. Iob. 10.Et nullus ordo.pro quo hebrei legunt.& non ſūt ordines.& inde מִסְדְּרוֹנָה Miſderóna .pro quo beatus hieronymus tranſtulit poſticum.Iudi.3 . Per poſticum

Ordo. Poſticus.

egreſſus eſt.Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamech. De quo vide infra in littera ſin.

סֹהַר Sáhar.Rotundum.pro quo beatus hieronymus tranſtulit tornatilem.Canti.7.Vmbilicus tuus crater tornatilis.Item סֹהַר Sóar .i . carcer . ſeu lacus rotundus quo vincti claudūtur.Geñ.40.Miſit eos in carcerem . pro quo hebrei legunt.Miſit eos in domum carceris.

Tornatilis סֹהַר Carcer.

סוג Sug.Auertere.auerti.conuerti.ſcilicet retrorſum . recedere.ſ.retro.2.Regū.1.Sagitta ionathe nunq̄ rediit retrorſum.p̄s.43.Non receſſit retro cor noſtrum.p̄s.52.omnes declinauerunt.p̄s.128.Et conuertantur retrorſum omnes qui oderunt ſion.Eſa.59.Et conuerſum eſt retrorſum cor noſtrum.Soph.1.Et qui auertuntur de poſt tergū domini. Vide etiam de hoc ſupra in dictione נָסַג Naſag. & in de.סוג Sug.ideſt recedens.vel declinans.Prouer .14 . Viis ſuis replebitur ſtultus . pro quo hebrei legunt. De viis ſuis replebitur recedens vel declinans corde.ideſt recedens vel declinans a via recta ſiue a recto iudicio rationis.& ide סוּגָה Suga.ideſt vallata vel circundata.Canti.7. Vallatus liliis.

Retro recedere. Declinare Retrorſum conuerti. Auerti.

סוג Recedens סוּגָה Vallatus.

סוד Sod.ſecretum.arcanum.conſilium : ſeu conciliū.Iob. 29.Quādo ſecreto erat deus in tabernaculo meo. & ſecundum litteram hebraicam poteſt etiam legi ſic.Quando ſecretum dei in tabernaculo meo.ſcilicet erat.p̄s.24.firmamentum eſt dominus timentibus eum.pro quo beat⁹ hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trāſtulit. Secretum domini timentibus eum.Prouer.25 . Et ſecretū extraneo ne reueles. Amos.3.Niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.Ponitur etiam pro conſilio vel concilio.ſcilicet ſecreto.Iob.15 . Nunquid conſiliū dei audiſti.Ps.82.Super populum tuum malignauerunt conſilium.p̄s.88.Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum. Ps.110.In conſilio iuſtorum & congregatione.Hiere.6. & ſuper concilium iuuenum ſimul.& in eodem.15. Non ſedi in concilio ludentium. Ezech .13.In concilio populi mei non erunt.& inde verbum יָסַד Huſad.ideſt conſiliatus eſt ſeu conſilio decreuit.2.Paralip.3.Et hec ſunt fundamenta que iecit ſalomon vt edificaret domū dei . pro quo hebrei legunt.Et hec ſunt que conſiliatus eſt ſalomon ſiue que cō ſilio decreuit vt edificaret domum dei.Poteſt etiam deriuari a dictione יָסַד Iaſad : que ſignificat fundare: ſeu fundamenta iacere:ſicut eſt in littera noſtra.& inde deriuatur. סָד Sad.quod ſignificat lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit neruum. Iob.13. Poſuiſti in neruo pedem meum.

Secretum.

consilium.

concilium.

consiliari.

סָד Neruus.

סוה Saue.velamen.& ſcribitur cum mem in principio & dicitur מָסֵוֶה maſue. Exo.34.Poſuit velamen ſup faciem ſuam.

סָוֶה Velamen.

סוך Such. Vngere.purgare.ſcilicet ventrem . Deut. 28.& non vngeris oleo. Ruth.3. Lauare igitur & vngere . 2. Regum.12. Et lot⁹ vnctuſq; eſt.Ezech.16. & vnxi te oleo. Dañ.10.Sed neq; vnguento vnctus ſum.& inde אָסוּךְ aſuch ideſt laguncula olei ſeu lecythus.4.Reg.4.Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea niſi parum olei quo vngar Pro quo hebrei legunt. Non habeo ancilla tua in domo niſi lagunculam ſeu lecythum olei.Poteſt etiam eſſe verbum prime perſone futuri temporis.ſicut eſt in littera noſtra.ſignificat etiam predicta dictio purgare ventrem.Iudi.3.forſiāt purgat aluum in eſtiuo cenaculo.1.Reg.24.Ingreſſ⁹ eſt ſaul vt purgaret ventrem.

Vngere. Vngere. Laguncula Purgare ventrem.

סוס Sus.equus.hirūdo.Geſi.49.Mordens vngulas equi. Exo.14. Et omnis equitatus pharaonis.Et in eodem. 15.Ingreſſus eſt enim currus pharaonis cum curribus & equitibus eius.pro quo hebrei legunt.Ingreſſus eſt equus

סוס Equus. equitatus.

pharaonis.Ps.31. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Ps. 32. fallax equus ad ſalutem.Reperitur etiam in genere femini no סוּסָה Suſa.Canti.1.Equitatui meo in curribus pharaonis.Et in plurali.סוּסִים Suſim.Deut.17 . Non multiplicabit ſibi equos.Ps.19.Hi in curribus & hi in equis . Abach. 3. Qui aſcendis ſuper equos tuos.Et in eodem. Viam feciſti in mari equis tuis. ſignificat etiam quoddā genus auis. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit pullum.ſ. hirundinis:ſiue hirundinē.Eſa.38. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo.Et aliquando mutat vau in iod.Hiere. 8 . Turtur & hirundo & ciconia.& aliqui hebrei interpretantur grus .

סוּסָה Equitatus סוּסִים Equi.

hirundo.

סוף Soph.finire.conſumere.conſumi.deficere. deeſſe .cōplere.Eſter. 9.Dies phurim ideſt ſortium obſeruētur a iudeis & ab eorum progenie que his cerimoniis obligata eſt.Pro quo hebrei legunt.Et dies phurim ideſt ſortium iſti non tranſeant a iudeis & memoria eorum non deſinat ſiue non finiatur a ſemine eorum.Ps.72.Subito defecerūt Eſa.66.Simul conſumentur dicit dominus.Dañ.2 . Comminuet & conſumet vniuerſa regna.Hiere. 8 . Congregās congregabo eos dicit dominus.pro quo hebrei legunt.cō ſumens conſumam eos dicit dominus.poteſt etiam deriuari a dictione אָסַף aſaph:que ſignificat congregare:ſicut eſt in littera noſtra.& ſimiliter Soph.1.vbi dicitur.congregabo omnia a facie terre dicit dominus.congregans hominē & pecus:congregans volatilia celi & piſces maris.pro quo hebrei legunt.Conſumam ſeu finiam omnia dicit domin? conſumens hominem & pecus. De quo vide ſupra in dictione אָסַף Aſaph.& infra in dictione סָפָה ſapha. Ponitur etiā pro complere.Dañ.4.ſermo completus ē ſuper Nabucho donoſor.Et inde סוֹף Soph.ideſt finis .terminus ſummitas Eccl's.7. In illa enim finis ſanctorum admonetur . Et ī eodem.12.finem loquendi pariter omnes audiamus. Pōitur etiam pro ſūmitate. 2.Paralipo. 20.Et inuenietis illos in ſūmitate torrentis.Item סוּף Suph.ideſt iuncus ſeu papirus aut carectus.Exo. 2.Et expoſuit eum in carecto.Et in eodē Que cum vidiſſet ſiſcellam in papirione.Eſa.19.Calamus & iuncus marceſcent.Significat etiam pelagus. Ione.2.Pelagus operuit caput meum. & ide dicitur. יַם סוּף Iamſuph ideſt mare pelagoſum: quia eſt quaſi pelagus ingrediens a mari oceano & non habens exitum aliunde: vel quia in ripa eius oriuntur iunci ſiue papiri.Tranſlatio noſtra traduxit mare rubrum.eo quod habet arenas rubeas. Exo.15 Tulit autem moyſes iſrael de mari rubro.Ps.105.Et irritauerunt aſcendentes mare rubrum.Et in eodem.Et increpauit mare rubrum.Et inde סוּפָה Supha.ideſt tempeſtas .turbo.Iob.21.Et ſicut fauilla quam turbo diſpergit. Eſa.5.Et rote eius quaſi impetus tempeſtatis.Et in eodem.17. Et ſicut turbo coram tempeſtate.Oſee.8.Ventumſeminauerūt & turbinem metent.Naum.1.Dominus in tēpeſtate & turbine vie eius.Et in plurali סוּפוֹת ſuphoth.Eſa.21. Sicut turbines ab Africo veniunt.

finire. Deficere. Cōſumere.

Cōgregaſ.

Complere סוף finis.

Mare rubrum.

סוּפָה Turbo. Tēpeſtas.

סוּפוֹת Turbines

סוּר Sur.Recedere.declinare.diuertere.ammouere.ſeparare .auferre.Geñ.19.Declinate in domum pueri veſtri Et in eodem. Vt diuerterent ad eum.Exo.3 . Vadam & videbo viſionem hanc.pro quo hebrei legunt. Recedam ſiue declinabo & videbo viſionem hanc.ideſt recedam de loco in quo ſto:& vadam ad videndam viſionem hanc.Et in eodem.Cernens autem dominus q̄ pergeret ad videndum. Et in eodem.32. Receſſerunt cito de via.Nu.12.nubes quo q̄ receſſit que erat ſup tabernaculo. & ī eo.14.Receſſit ab eis omne preſidium.Et in eodem.16.Recedite a tabernaculis impiorum.Ruth. 4.Declina pauliſper & ſede hic. p̄s.13 Omnes declinauerunt.Ps.36.Declina a malo & fac bonū.

סוּר Declinare Diuertere

recedere.

Ps.118.Declinate a me maligni.Hiere.17. Recedentes a te in terra ſcribentur.Oſee. 4.Separatum eſt conuiuium eorum.Et in eodem.7.Et receſſerunt a me.Hebrei tamen in predicto loco legunt.Preuaricati ſunt in me . nā in hebreo non habetur a me ſed in me.Amos. 6 . Et auferetur factio laſciuientium.ideſt recedet.& aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach . Oſee .9. Sed & ve eis cum receſſero ab eis. Sed in predicto loco in hebreo magis proprie legitur incarnatio mea ex eis. De quo dictum eſt ſupra in dictione בָּשַׂר Baſar.ſignificat etiam auferre vel ammouere . Geñ . 38.Que depoſitis viduitatis veſtibus . pro quo hebrei legunt. Et abſtulit veſtes viduitatis ſue . Et in eo . 49. Non auferetur ſceptrum de iuda.Deut.7.Auferet dominus a te omnem langorem. Vbi ponitur verbum tertie coniugationis.ideſt recedere faciet. 2.Reg. 5 . Niſi abſtuleris cecos & claudos.3.Regum.15.Inſuper & maacham matrem ſuam amouit ne eſſet princeps . Iob.27 . Viuit deus qui abſtulit iudicium meum.Eſa.17 . Ecce damaſcus deſinet eſſe ciuitas.ideſt auferetur ne ſit ciuitas.Ezech. 21. Aufer cydarim:tolle coronam. Dañ.12.Cuñ ablatum fuerit iuge ſacrificium.& inde סוֹרָה Sura.pro quo beatus hieronymus trāſtulit captiuam.ideſt recedens vel ablata de terra ſua. Eſa. 59.Tranſmigrata & captiua.& inde סָר Sar.ideſt triſtis vel indignans;eo quod recedit a conſortio hominum.3. Regū 21. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans.& ī genere femininoסָרָה Sara.vt in eodem. Vnde anima tua cōtriſtata eſt.& aliquando ſcribitur ſupradictum verbum cū duplici res & dicitur סָרַר Sarar.ideſt ſubuertere . peruertere.declinare.ſcilicet a via recta . Threñ. 3 . Semitas meas ſubuertit. Oſee. 4. Sicut vacca laſciuiens declinauit iſrael . Vbi ponitur verbum & nomen ſeu participium ab eo deriuatum.ac ſi diceret. Sicut vacca declinans declinauit iſrael. Et inde סוֹרֵר Sorer.ideſt peruerſus.ſiue declinans a via recta:aut proteruus vel contumax. Deut. 21. filium contumacem & proterum.vbi ponitur pro contumace. Et in eodē filius noſter proterus & contumax eſt.vbi ponitur pro proteruo.Ponitur etiam pro incredulo.ideſt apoſtata.Eſa.65. Ad populum incredulum.Oſee. 9. Omnes principes eius recedentes.ideſt declinantes a via recta.Zach.7.& auerterunt ſcapulam recedentes.& inde סָרָה Sara.ideſt diſceſſio. preuaricatio.Deut.13.quia locutus eſt vt vos auerteret a domino deo veſtro.pro quo hebrei legunt. Quia locutus eſt receſſionem vel preuaricationem contra dominum deum veſtrum.Et inde סוֹרִי Sure . pro quo beatus hieronymus tranſtulit prauum.Hiere.2 . Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena . Hebrei tamen dicunt q̄ ſignificat palmites ſeu ramos.& legunt ſic.Quomodo ergo conuerſa eſt mihi in palmites vinee aliene ſiue extranee. Item סוּר Sur,nomen eſt cuiuſdam porte in templo ſalomonis exiſtentis. 4.Regum.11.Tertia pars ſit in porta ſeir Debet legi ī porta ſur.

Separari.

Preuaricari.

Auferre.

סוֹרָה captiua

סָר Indignās

סָרָה Cōtriſtata

סָרַר ſubuertere Declinare

סוֹרֵר contumax

proteruus

Incredul? recedētes.

סָרָה receſſio.

סוֹרִי Prauum.

Palmites סוּר

Sur.

סוּת Suth.Pallium ſeu coopertorium.Geñ.49.& in ſanguine vue pallium ſuum.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

סוּת Pallis.

סָחַב Sachab.Trahere.detrahere.deiicere . ſeu abiicere .putreſcere.lacerare. 2.Regum,17.Et trahemus eam i torrentem.Hiere.22.Putrefactus & proiectus extra portas ieruſalem.Et in eodem.49 . Si non deiecerint eos paruuli gregis.Ponitur etiam pro lacerare. Hiere . 15. Et canes ad lacerandum.& inde סְחָבוֹת Sechaboth.ideſt panni lacerati & abiecti pre nimia vetuſtate.Hiere.38.Tulit inde veteres pānos.Et in eo.Pone veteres pannos & hec ſciſſa & putrida ſub cubito manuum tuarum.

סָחַב Trahere putreſcere Deiicere .

lacerare.

סְחָבוֹת Panni ueteres.

סָחָה Radere.

סַחַי erradicatio

סָחַף Abradere. inundare

Computrescere.

סָחַר Circuire.

סָחַרְחַר Cõturbari

סֹחֵר

mercator. negociator

סַחַר negociari.

סְחוֹרָה negociatio

סֹחֶרֶת Clypeus Protectio

סַחֲרֶת Pariue. lapis.

סָחִישׁ Que sponte nascũtur

סִיג Scoria.

סִיגִים Rubigo. Scoria.

סִיר Olla.

סַחָה Sacha. Radere. abradere. Ezech. 26. Et radam pulue rem eius de ea. Et inde סַחַי Sechi. idest abrasio. Pro quo beatus hieronymus transtulit erradicationem. Threñ. 3. Eradicationem & abiectionem posuisti nos.

סָחַף Sachaph. Abradere. inundare. computrescere. Proꝛ uer. 28. Similis est imbri vehementi in quo paratur fames. Pro quo hebrei legunt. Imber abradens siue inundans & absq; pane. sed beatus hieronymus transtulit sensũ Ponitur etiam pro computrescere. Hiere. 46. Quare computruit fortis tuus.

סָחַר Sachar. Circuire. circumuoluere. negociari. vt Hiere. 14. Propheta nãq; & sacerdos abierunt in terram. Pro quo hebrei legũt. Propheta namq; & sacerdos circuierunt in terram. idest huc atq; illuc abierunt non inuenientes requiem. Et aliquando duplicatur littera cheth & littera res & dicitur סְחַרְחַר Secharchar. ps. 37. Cor meum conturbatum est. Pro quo hebrei legunt. Cor meum circũuoluitur. idest fluctuat: & sic transtulit beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. & inde dicitur סֹחֵר Socher. idest mercator seu negociator: eo quod circuit regiones & vadit huc atq; illuc. Gen. 23. quadringentos siclos argẽti probate mone. pro quo hebrei legunt. Quadringentos siclos argenti transeuntis mercatori vel negociatori. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eo. 37. Et pretereuntibus madianitis negociatoribus. Esa. 23. Cuius negociatores principes Ezech. 27. Carthaginẽses negociatores tui. ꝑ quo hebrei legũt. Tharsis negociatrix tua. vbi põitur tharsis ꝑ cartha gine. Et in eodem. Venerunt ad te negociatores tui. Et in eodem. Negociatores populorum sybilauerunt super te. & inde סַחַר Sechar. siue סְחוֹרָה Sechora. idest negociatio siue mercimonium. Prouer. 3. Melior est acquisitio eius negociatione argenti. Pro quo hebrei legunt. Melior est negociatio eius negociatione argenti. Et in eodem. 31. Quia bona est negociatio eius. Esa. 23. Et facta est negociatio gentium. Et in eodem. & erit negociatio eius & merces eius sanctificate domino. Et in eodem. 45. Labor egypti & negociatio ethiopie. Ezech. 27. Et negociatio manus tue. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִסְחָר Mischar. 3. Regum. 10. & negociatores vniuersiq; scruta vendẽtes. Pro quo hebrei legunt. Et negociatio negociatorũ seu scruta vendentium. Sunt autem scruta res parui valoris. & inde verbum סָחַר Sachar. idest negociari. Gen. 34. Terra in potestate vestra est: exercete negociamini & possidete eam. Et in eodem. Negocientur in terra & exerceant eam. Et inde סֹחֶרֶת Sochera. idest clypeus rotundus secundũ hebreos. Ps. 90. scuto circũdabit te veritas ei9. ꝑ quo he.le. scutũ & clypeus veritas ei9. & btũs hiero. in ps. iuxta he.ve. trãstulit. Scutũ & ꝓtectio veritas eius. & inde סַחֲרֶת socháreth i. lapis pciosus. ꝑ quo btũs hiero. trãstulit. lapidẽ pariũ. Esther. 1. Sup pauimẽtũ smaragdino & pario stratum lapide.

סָחִישׁ Sachis. Renascentia que ex radicibus seminis oriuntur: seu que sponte nascuntur. 4. Reg. 19. In secũdo autem anno que sponte nascuntur.

סִיג Sig. Scoria. rubigo. Ezech. 22. Versa est mihi domus israel in scoriã. & declinatur pluraliter סִיגִים Sigim. Prouer. 25. Auser rubiginem de argento. Et in eo. 26. quo modo si argẽto sordido ornare velis vas fictile. i. argẽto rubiginoso vel cũ scoria. Esa. 1. Argentũ tuũ versum est i scoriã. Et in eodem. & excoquam ad purum scoriam tuam.

סִיר Sir. Lebes. olla. spina. Exo. 16. Quando sedebamus super ollas carnium. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet super ollam carnium. 4. Regum. 4. Mors in olla. Eccls. 7. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla. Hiere. 1. Ollam succensam ego video. Ezech. 24. Pone ollam. Et in plurali סִירוֹת Siroth. Exo. 27. faciesq; in usus eiꝰ lebetes. 2. Paralipo. 35. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus. Amos. 4. Et reliquias vestras in ollis feruentibus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et reliquias vestras in sagenis piscium vel piscatorum. De quo vide supra in dictione דּוֹג Dog. & in dictione דָּגָה Daga. Item סִיר Sir idest spina. tribulus. & solum inuenitur in numero plurali scilicet סִירִים Sirim. Eccls. 7. Sicut sonitꝰ spinarum. Osee. 2. Sepiam viam tuam spinis. Naum. 1. Sicut spine se inuicem complectuntur. Reperitur etiam סִירוֹת Siroth. secundum terminationem pluralem femininorum. Ps. 57. Priusq; intelligerent spine vestre rhamnum. Hebrei tamẽ primam significationem sequentes legunt sic. Priusq; intelligerent idest sentirent olle vestre rhamnum.

סִית Sith. suadere. persuadere. incitare. decipere. seducere. auertere. Deut. 13. Si tibi voluerit persuadere frater tuus. Ios. 15. Que suasa est a viro suo. 1. Regum. 26. Si dominus incitauit te aduersum me. 2. Regum. 24. Commouitq; dauid in eis. idest persuasit. 3. Regum. 21. Concitauit enim eum iezabel vxor sua. 4. Regum. 18. Nolite audire ezechiam qui decipit vos. 2. Paralipo. 32. Num ezechias decepit vos. Et in eodem. Nec vana persuasione deludat. Iob. 1. Tu autem commouisti me aduersus eum. idest persuasisti vel incitasti me. Et in eodem. 36. Igitur saluabit te de ore angusto. Pro quo hebrei legunt. Et etiam suasit te de ore angusto vel de ore tribulantis vel hostis. idest suasit te ne incideres in os eius. vel sic. Auertit te de ore angusto. & est idem sensus cum littera nostra. Et in eodem. Non te ergo superet ira. idest ne incitet te. Hiere. 38. Seduxerunt te & preualuerunt aduersum te. Ponitur etiam pro auertere. 2. Paralipo. 18. Atq; auertit eos ab illo. idest suasit vel incitauit eos vt diuerterent ab eo.

סָכַךְ Sachach. Cooperire. velare. tegere. protegere. vt Exo. 25. Tegant expandentes alas. Iob. 10. Ossibus & neruis compegisti me. Pro quo hebrei legunt. texisti me seu protexisti me. Ezech. 28. Tu cherub extentus & protegens. Et in eodem. Et perdidi te o cherub protegens. & cõmuniter scribitur cum simplici caph. Exo. 40. Dimittesq; ante illam velum. Pro quo hebrei legunt. Velabis seu protteges arcam cum velo. 3. Regum. 8. Et protegebant cherubim arcam & vectes eius. Iob. 5. Et circundedit eum deus tenebris. Pro quo hebrei legunt. Et texit seu protexit deus pro eo. Et in eodem. 38. Quis conclusit ostiis mare. i. qs velauit. & i eo. 40. ꝓtegũt vmbre vmbrã eiꝰ. ps. 90. scapulis suis obũbrabit tibi. i. ꝓtteget te. Threñ. 3. opuisti i furore. & i eo. opposuisti nubẽ tibi. & aliqñ scribitur cũ sin loco samach. Exo. 33. & ꝓtegã te dextera mea. & ide סוּךְ such i. vmbraculũ. seu tabernaculũ vel tẽtoriũ. ps. 26. Qm̃ abscõdit me in tabernaculo suo. Et aliqñ scribitur cũ sin loco samach. Threñ. 2. & dissipauit q̃si hortũ tẽtoriũ suũ. dr̃ ẽt סָךְ Sach. ps. 41. Qm̃ trãsibo vsq; ad locũ tabernaculi admirabilis. scribitur ẽt cũ he in fine & dr̃ סוּכָּה suca. Esa. 4. Et tabernaculũ erit in vmbraculũ diei. & in plu. סֻכּוֹת Sucoth. Leuit. 23. Erũt ferie tabernaculorũ septẽ diebus dñi. Et i eo. & habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. & i eo. manebit i tabernachs. & ide מִסָּךְ masach. i. tẽtoriũ: seu velũ aut ꝓtectio Exo. 26. facies & tẽtoriũ i itroitu tabernachi. Nu. 4. & deponẽt velũ qd pẽdet añ fores. ps. 104. spãdit nubẽ i ꝓtectiõe & inde סוֹכֵךְ sochech. i. tentoriũ seu vmbraculũ ex corio & tabulis fabrefactũ quo expugnatores vrbiũ vtũtur propter lapides & tela que de muro mittuntur. Naum. 2. Velociter ascendet muros eius: & preparabitur vmbraculum. Et

סִירוֹת lebetes.

סִיר Spina.

סִירִים Spine.

סִירוֹת

סִית Persuadere. Suadere. Incitare. Concitare

Decipere. deludere.

Auertere.

Seducere

סָכַךְ Tegere. Cõpingere. Protegere

Velare.

Cõcludere

Obũbrare. Operire.

סוּךְ Tabernaculum. Tentorium.

סֻכָּה Vmbraculum.

סֻכּוֹת tabernacula.

מִסָּךְ tentorium Idem. Protectio

סוֹכֵךְ Vmbraculum.

מוסך inde מוסך Muſach.4.Reg.16.Muſach quoq; ſabbati. & dicunt hebrei q̄ erat tentoriū quoddam in atrio tēpli ſubter quod erant cuſtodes templi in ſabbatis.

סָכַל Sachal.ſtulte agere.ſeu ſtulte operari.iſanire.infatuare.fatuum ſeu ſtultum eſſe. Geſi.31. Stulte operatus es.1.Regum.13.Stulte egiſti: nec cuſtodiſti mandata domini.& in eo.26.Apparet enī quod ſtulte egerim.2.Reg.15. Infatua queſo domine conſilium achitophel.Eſa.44. Et ſcientiam eorum ſtultam faciens.& inde סֵכֶל Séchel. ideſt ſtulticia.fatuitas.vt Eccl's.10.Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.pro quo hebrei legunt.Poſitam ſtulticiā.Et ſi ſcribatur cum littera ſin loco ſamach poteſt legi ſic.Poſitū intellectū in dignitate ſublimi.& ſic legunt aliqui hebrei. nā aliquando ponitur ſin loco ſamach & econuerſo.vt dictum eſt in precedentibus:& vt infra dicetur.& inde סִכְלוּת Sichluth.ideſt ſtulticia.inſipientia.error.vt Eccl's.2. Trāſiui ad contemplandam ſcientiā erroreſq; & ſtulticiam. Et in eo. Et vidi q̄ tantū precederet ſapientia ſtulticiā quātū differt lux a tenebris.& in eo.7.Errorem imprudentiū. Et in eo. 10.precioſior eſt ſapientia parua q;q; gloria ad tēpus ſtulticiā Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſamach.vt ſupra in eo. 1.Vt ſcirem prudentiam atq; doctrinam erroreſq; atq; ſtulticiam.& inde סָכָל Sachal.ideſt ſtultus.fatuus.inſipiens. Eccl's.10.Sed & in via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat.Hiere.5.Audi populе ſtulte.

Stulte operari. Stulte agere. Infatuare Stultā facere. Stulticia. Error. Stultus.

סָכַן Sachan.comparare.aſſimilare. aſſimilari. equalē ſeu cōparem eſſe .acquieſcere.intelligere.preuidere.conſueſcere.Iob.15.Arguis verbis cum qui non eſt equalis tibi.Et in eodem.zz.Nunquid deo poteſt comparari homo. Et in eodem.34.Non placebit vir deo etiam ſi cucurrerit cum eo.ideſt non comparabitur vir deo. Et aliqui hebrei dicunt q̄ ſignificat prodeſſe ſeu conferre. Vnde ī predicto loco ipſi legunt.Quid prodeſt vel quid confert homo cum cucurrerit cum deo.ſiue cum complacuerit cum deo. Et in eodem.35.Non tibi placet quod rectum eſt:vel quid tibi p derit ſi ego peccauero.pro quo hebrei legunt. Quid tibi confert & quid tibi proderit ſi ego peccauero Significat etiam acquieſcere.Iob.22.Acquieſce igitur ei & habeto pacē. Item ſignificat intelligere ſeu preuidere.Iob.zz. etiam cū perfecte fuerit ſcientie.pro quo hebrei legunt.etiam ſi intelligat in eis: ſiue ſuper eos intelligens. ſed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.Ps.138.Et omnes vias meas preuidiſti.Significat etiam conſueſcere.Nu.22.Dic quid ſimile vnquam fecerim tibi.pro quo hebrei legunt. Nunquid conſueſcens conſueui vt facerem tibi talia.Significat etiam periclitari.pro quo beatus hieronymus tranſtulit vulnerare.Eccl's.10.Qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis .p quo hebrei legunt.periclitabitur ab eis. Vnde periculum ipi vocant סַכָּנָה Secana.& inde מִסְכֵּן Miſchen.ideſt pauper. egenus.Eccl's.4.Melior eſt puer pauper & ſapiens.Et in eodē 9.Inuentuſq; eſt in ea vir pauper & ſapiens. Et in eodem. Sapientia pauperis contempta eſt.& inde מִסְכְּנוּת Miſchenuth.ideſt paupertas.penuria.Deut.8.vbi abſq; vlla penuria comedes panem tuum.Item סוֹכֵן Sochen .i.cellariū ſeu apotheca.Tabernaculum:ſiue cubicularius: vel theſaurarius.Eſa.22.Ingrederead eum qui habitat in tabernaculo Et in genere feminino סֹכֶנֶת Sochéneth. 3. Regum .1. Et foueat eum dormiatq; in ſinu ſuo.pro quo hebrei legunt. Et ſit ei cubicularia:dormiatq; in ſinu ſuo. & inde מִסְכְּנוֹת Miſchenoth.ideſt apothece: ſeu tabernacula vel cellaria .Exo.1.Edificauerunt vrbes tabernaculorum pharaoni.2.paralipo.32.Apothecas quoq; frumenti vini & olei. Ponitur etiam pro munitionibus.2.Paralipo.8.Et alias ciuitates munitiſſimas edificauit in emath.Et in eodem. Et omnes vrbes firmiſſimas que fuerunt ſalomonis.Et in eodem 16.Et vniuerſas vrbes neptalim muratas.Et in eodem.17. Et edificauit in iuda domos ad inſtar turrium vrbeſq; muratas.Et inde מְסוּכָה Meſucan. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit fortem.Eſa.40.forte lignum & imputribile elegit artifex ſapiens.

Equalē eſſe. Comparare Prodeſſe. Placere. Acquieſcere. Preuidere Conſueſcere Vulnerare Periculū. Pauper. Penuria. Cui habitatio in tabernaculo. Cubicularia. Tabernacula. Apothece

כִּנְסַךְ Sichſach. Miſcere.concurrere facere.Eſa.19.Et concurrere faciam egyptios aduerſus egyptios.

סָכַר Sachar.claudere.obturare.concludere.tradere. Geſi.8.Et clauſi ſunt fōtes abyſſi.ps.62. Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.Eſa.19. Et tradam egyptum in manu dominorum crudelium.pro quo hebrei legunt. Et concludam egyptum.Et inde שֶׁכֶר Secher.cum ſin in principio loco ſamach.ideſt lacuna ſeu ſtagnum vbi aque claudūtur.Eſa.19. Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

Concurrere facere. Claudere. Obturare. Tradere. Lacuna.

סָכַת Sacath.Attendere.auſcultare.Deut.27.Attēde & audi iſrael.Item סִכּוּת ſicuth.nomen idoli ſecundum hebreos.Amos.5.Et portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro.Pro quo hebrei legunt.Et portaſtis ſicuth regem veſtrum ſeu regis veſtri aut moloch veſtri.q̄ ſi pro סִכּוּת ſicuth ponatur סֻכָּה ſuchath. tunc ſignificat tentorium ſeu tabernaculum.ſicut eſt in littera noſtra:vt dictum eſt ſupra in dictione סָכַךְ ſachach.

Attendere Tabernaculum.

סַל Sal.Caniſtrum.cartallus. Geñ.40.Et in vno caniſtro quod erat excelſius. Et in plurali סַלִּים Salim. Vt in eodem.Et ego vidi ſomnium q̄ tria caniſtra farine haberem ſuper caput meum.Et in eodem. Tria caniſtra tres adhuc dies ſunt. Reperitur etiam duplicatum. & dicitur סַלְסִיל Salſil.vt Hiere.6.Quaſi vindemiator ad cartallum.vbi ponitur סַלְסִלוֹת Salſiloth in numero plurali.ideſt cartalli ſeu caniſtra. Et aliqui hebrei dicunt quod a predicta dictione deriuatur סֶלָה Séla:per additionem he in fine:& ſignificat ſemper. De quo vide in ſequenti dictione.quia ſecundū alios inde deriuatur.

Caniſtrum Caniſtra. Cartallus caniſtra

סָלַל Salal.Iter vel viam facere.viam preparare. Iter prebere.exaggerare.ideſt viā inequalem & aſperā ſternere lapidibus & lignis & eleuare humiliora & deprimere altiora vt ſit via plana.calcare.terere ſeu opprimere.Iob.19. Et fecerunt ſibi viam per me.Ps.67.Iter facite ei qui aſcēdit ſuper occaſum.Eſa.57.viam facite prebete iter.vbi eadem dictio bis ponitur.Et in eodem.26.Planum facite iter Pro quo hebrei legunt.Exaggerate exaggerate iter.i. planum facite iter.ſicut eſt in littera noſtra.Ponitur etiam pro terere vel calcare.Hiere.18.vt ambulent per eas itinere nō trito.Et in eodem.50.Tollite de via lapides & redigite in aceruos. Pro quo hebrei legunt.Calcate vel triturate eam ſicut aceruos. ſcilicet meſſis.poteſt etiam intelligi ſicut eſt in littera noſtra.ponitur etiam pro opprimere.Iob. 30.oppreſſi quaſi fluctibus ſemitis ſuis.Sed etiam in predicto loco hebrei legunt.Et iter fecerunt ſuper me ſemitis interitus ſui.Ponitur etiam pro retinere.Exo.9. Adhuc retines populum meum.Pro quo hebrei legunt. Adhuc calcas populum meum.ideſt ſubtiicis. Alii vero legunt ſic.Adhuc eleuaris contra populum meum.Nā ſecūdū hebreos ēt ſignāt eleuare.Prouer.4.Arripe illam & exaltabit te.pro quo ipſi legunt.Eleua illam & exaltabit te.& in predicto loco duplicatur littera ſamach & littera lamed. & inde מְסִלָּה Meſilla ſiue מַסְלוּל maſlul.i. via trita ſeu ſtrata. aut ſemita. Nu. 20.Per tritam gradiemur viam. 2. Regum.20.Iacebat in media via. Et in eodem. Amouit eum de via in agrum Eſa.11. Et erit via reſiduo populi mei. Et in eodem.35.

Iter facere. Prebere iter exaggerare Terere. Calcare. Opprimere Retinere. Eleuare. Trita uia. Via.

Semita. סְמָלוֹת

Et erit ibi semita.Et in plurali סְמָלוֹת mesiloth.Iudi.20.in illa quoq; fuga palantes in diuersa tendentes occiderunt quinq; millia viros.Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt in viis quinq; millia viros.ps.83.Ascensiones in corde suo Pro quo beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit . Semite in corde suo.Esa.33.Dissipate sunt vie.Et in eodē. 49. Et semite mee exaltabuntur.Ponitur etiam pro gradibus. 2. Paralip.9.Ex quibus fecit salomon gradus in domo domini.Et inde סוֹלְלָה Solela .ideſt agger seu munitio ex quib9 expugnantur ciuitates.2.Reg.20.Et circundederunt munitionibus ciuitatem.ideſt aggeribus ad expugnandam ciuitatem.Esa.37 . Et non mittet in circuitu eius aggerem. Hiere.6.Et fundite contra ierusalem aggerem. & in plurali סוֹלְלוֹת Soleloth. Vt in eo.32. Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatem.Et in eodem. 33 . Que dextructe sunt ad munitiones & ad gladium.& a predicta dictionede riuatur סֶלָה Sela,pro quo btūs hiero.transtulit sp. Abach. 3.Deus ab austro veniet & sanctus de monte pharan semper.& licet in aliquibus bibliis nostris non habetur predictum aduerbium semper:tamen in bibliis nostris antiquis habetur sicut predictum est.Et in eodem. Iuramēta tribus q; locutus es.vbi in hebreo additur predicta dictio סֶלָה Sela.scilicet que locutus est semper'.Et in eodem . Denudasti fundamentum eius vsq; ad collum.vbi similiter in hebreo additur predicta dictio סֶלָה sela.scilicet vsq; ad collum semper.Et frequenter reperitur in psalmis .vt.Ps.4. Et queritis mendacium.pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Querentes mendacium semper. & in eo, Et compungimini.pro quo beatus hiero.transtulit.Et tacete semper.Ps.7.& gloriam meam in puluerem deducat. p quo beatus hiero.transtulit.& gloriam meam in puluerem collocet semper.Ps.9.In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.pro quo beatus hiero.transtulit. In opere manuum suarum corruit impius: meditatio semper Et similiter in aliis psalmis ponitur predicta dictio. p quo lxx. interpretes Diapsalma posuerunt:vt ait beatus hieronymus in epistola ad marcellam.& nota q predicta dictio non ponitur nisi in psalmis & in cātico Abachuc supra allegato.Potest etiam significare eleuationem vl exaltationē. vt vbicunq; ponatur:ibi canens vel psallens debet eleuare vocem & mentem ad deum.Vide etiam de hoc beatū hieronymum in predicta epistola ad marcellam de diapsalmate.& in explanatione psalmi quarti.& Burgeñ.in additione tertia psalmi.83.

Gradus. סוֹלְלָה

Munitio.

Agger.

סוֹלְלוֹת Munitiões.

סֶלָה Semper.

Estimare. Conferre. סָלָא

Sala.estimare.equiparare.cōferre. Threñ.3.&amicti auro primo.p quo he.le.Estimati siue equiparati auro.scribitur ēt cū he in fine loco aleph.Iob.28 . Nō cōferetur tinctis indie coloribus . ideſt non comparabitur.

Affligere. סָלַד

Salad. Affligere. Iob.6 . Vt affligēs me dolore nō parcat.Et solum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei q; significat exurere.

Speruere Auferre. Deiicere. סָלָה

Sala. Deiicere.spernere.calcare.ps.118.spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis. Threñ. 1 . Abstulit oēs magnificos meos.pro quo hebrei legunt . Calcauit seu deiecit omnes magnificos meos . significat etiam conferre, Iob.28. Non conferetur tinctis indie coloribus. De quo vide supra in dictione סָלָא sala cum aleph in fine. Item סֶלָה scla. ideſt semper. De quo vide supra in dictione סָלַל salal.

Dimittere Ignoscere propiciari סָלַח

Salach.parcere.propiciari.dimittere.scilicet peccatū. Leuit.4..& dimittetur ei. Nu.14. Dimitte obsecro peccatum populi huius. Et in eodem. Dimisi iuxta verbū tuū. Deut.29. Et dominus non ignoscat ei. Ps.24. Et propiciaberis peccato meo. Ps.85. Quoniam tu domine suauis & mitis . Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Tu enim es domine bonus & propiciabilis.i, bonus & parcens.& inde סְלִיחָה selicha . ideſt propiciatio. ps.129. Quia apud te propiciatio est.

Propicio. סְלִיחָה

Scala. סֻלָּם

Sulam.scala. Geñ. 28. Viditq; in somnis scalam stantem.& solum inuenitur in predicto loco.

Offendiculū. סֹלֶן

silon.spina.tribulus.beatus hieronymus transtulit offendiculum. Ezech. 28. Et non erit vltra domui israel offendiculum amaritudinis.pro quo hebrei legunt . & nō erit vltra domui israel in tribulum amaritudinis .& in plu. סַלּוֹנִים salonim. Ezech. 2. Quoniam increduli & subuersores sunt tecum.pro quo hebrei legunt. Quoniam increduli & spine sunt tecum.ideſt pungentes sicut spine.

Tribulus. סַלּוֹנִים

Subuersores. Spine. סַלְסָל

Salsal. Arripere. Prouer. 4. Arripe illam & exaltabit te. Hebrei tamen dicunt q; significat exaltare. seu eleuare.vnde in predicto loco ipsi legunt. Exalta illam & exaltabit te. Item סַלְסַל Salsil.i.canistrum . seu cartalus, De quo vide supra in dictione sal.

Arripere. Exaltare. סַלְסַל

Petra. סֶלַע סְלָעִים

Sélaa. petra.rupes. Nu. 20. Loquimini ad petram coram eis. Et in eodem. 24 . Si in petra posueris nidum tuum. Et in plurali סְלָעִים selaim. ps. 105 . petra refugium erinaciis. pro quo beatus hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit. Petre refugium erinaciis. Significat etiam arcem vel fortalicium supra firmam petram positum. ps. 17 . Dominus firmamentum meum. 4. Regum. 14. & apprehendit petram in prelio. ideſt arcem supra petram positam. ponitur etiam pro fortitudine. Esa. 51. Et fortitudo eius a terrore transibit. 2. Regū. 22. Dominus petra mea. ideſt fortitudo mea.

Petre. Firmamentum. Fortitudo.

attachus סְלָעִם

Salaam. Genus locuste. pro quo btūs hiero. trāstulit Attachum. Leuit. 11. Atthachus atq; ophimachus.

Mutare. סָלַף

Salaph. mutare. peruertere. s. verba recta & iusta. supplantare. Deut. 16 . Munera excecant oculos sapiētiū & mutant verba iustorum. Prouer. 21. vt detrahat impios a malo. ideſt mutet seu reflectat. Ponitur etiam pro supplātare. Iob. 12. Et optimates supplantat. Prouer. 13. Impietas autem peccatorum supplātat. Et in eodem. 19. Stultitia hominis supplantat gressus eius. & inde סֶלֶף scleph. i. supplātatio. peruersio. mutatio. Prouer. 11. Et supplantatio impiorum vastabit illos. Et in eodem. 15. Qui autem immoderata est conteret spiritum. pro quo hebrei legunt. & peruersitas vel supplantatio in ea : contritio in spiritu. s. est.

Supplātare. סֶלֶף

Supplantatio.

Ascendere. סָלַק

Salac. In lingua chaldaica significat ascendere . Dani. 2. Tu rex cogitare cepisti i stratu tuo. Pro quo hebrei legunt. Tu rex cogitationes tue super stratū tuū ascēderūt. Esdre. 4. Iudei qui ascenderunt a te ad nos.

Simila. סֹלֶת

Soleth. simila. Geñ. 18. Accelera tria sata simile . Leuit. 2. Simila erit eius oblatio. & in eodem. Pugillum plenum simile.

Aroma. סַם

Sam. Aroma. seu aromaticum. & solum inuenitur in numero plurali. Exo. 30. Sume tibi aromata. Et in eodem. Galbanum boni odoris & thus. pro quo hebrei legūt Et galbanum aromatum. i. aromaticum & thus.

Florentes flores. fructū pdu cere. סְמָדַר

Semadar. vue immature. & proprie significat quando vinee sunt in flore vel quando flores fructum p ducunt. Canti. 2. & vinee florentes dederunt odorem suum & in eo. 7. Si flores fructum parturiunt. ideſt producunt.

Imponere. סָמַךְ

Samach. Inniti. adiungere. imponere. s. manum super aliquem. stabilire. confirmare. sustentare. Exo. 29 Imponentq; Aaron & filii eius manus super caput illius. Leuit. 8. Super cuius caput cum imposuissent Aaron & filii eius manum. Nu. 8. Ponent filii israel manus suas super eos. Et in eodem. Leuite quoq; ponent manus suas super

capita boum. Et in eo.27. Et pone manū tuā ſup eū. Et in eodem. Et impoſitis capiti eius manibus. Deut.34. Quia moyſes poſuit ſuper eū manus ſuas. Eſa.36. Cui ſi innixus fuerit homo intrabit manū eius. Amos.5. Et innitatur manu ſua ſuper parietem. Significat etiā ſtabilire vel conforta re aut confirmare ſeu fulcire. Geñ.27. frumento & vino ſta biliui eum. 2. Paralipo. 32. Confortatuſq; eſt populus huiuſcemodi verbis. p̄s.36. Confirmat autem iuſtos dominus. p̄s.50. Et ſpiritu principali confirma me. p̄s. 70. A te confirmatus ſum ex vtero. p̄s.87. Super me confirmatus eſt furor tuus. p̄s.110. Cōfirmata in ſeculū ſeculi. p̄s.111. Confirmatū eſt cor eius. p̄s.144. Alleuat dñs omnes qui corruūt. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Suſtentat dñs omnes corruentes. Canti.2. fulcite me floribus. Eſa.26. Vetus error abiit. Pro quo hebrei legunt. Cogitatio. ſ. bona ſtabilita vel confirmata eſt. & beatus hieronym⁹ trāſtulit ſenſū. De quo vide ſupra in dictiōe רָצַר Iaſar. Eſa.59. Et iuſtitia ei⁹ ipſa confirmauit eū. Et in eodem.63. Et indignatio mea auxiliata eſt mihi. Pro quo hebrei legunt. Confirmauit ſeu ſtabiliuit me. Ezech. 24. In qua confirmatus eſt rex babylonis aduerſus ieruſalem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. In qua adiunctus eſt rex babylonis ad ieruſalē. Et inde סְמִיכָה Semicha. i. palliū eo quod adheret vel adiungitur homini. Iudi.4. Et operatus ab ea pallio.

Stabilire. Cōfirmare. Suſtinere Fulcire. Auxiliari. סְמִיכָה Pallium.

סֶמֶל Semel. ſimulachrū. imago. idolū. Deut.4. Ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem. Pro quo hebrei legunt. Ne forte decepti faciatis vobis ſculptile ſimilitudinē alicui⁹ ſimulachri vel idoli. Ezech.8. Vbi erat ſtatutum idolum zeli. Et in eodē. Et ecce ab aquilone porte altaris idolum zeli in ipſo introitu.

Simulachrū Idolum. סֶמֶל

סָמָן Saman. miliū. ſecundū tranſlationem noſtram: & ſcribitur cū nū in principio & dicitur נְסָמָן Niſman. Eſa. 28. Et hordeum & miliū & vicia in finibus eius. Hebrei tamen dicunt q̄ eſt verbum ſeu participiū. & q̄ ſignificat ſignatum vel notatum. & in predicto loco ipſi legunt & hordeum ſignatum vel notatum. Vnde ſignum ſeu notam ipſi vocant סִימָן Siman.

Miliū. נְסָמָן Signatus.

סָמַר Samar. horripilare. inhorreſcere. Iob.4. Inhorruerunt pilli carnis mee. p̄s.118. Confige timore tuo carnes meas. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Horripilauit a timore tuo caro mea. Hiere.51. Adducite equū quaſi bruchū aculeatum. Pro quo hebrei legūt. Quaſi bruchū horripillatum. i. erectis crinibus. Item סָמַר Samar. i. clauus Et additur ei mē in principio & dē מַסְמֵר Maſmer & ſolū inuenitur in numero plurali. ſ. מַסְמְרִים Maſmerī vel מַסְמְרוֹת Maſmeroth. 1. Paralipo. 22. Ferrū quoq; plurimū ad clauos ianuarū. 2. Paralipo. 3. Sed & clauos fecit aureos. Eſa. 41. & confortauit eū clauis vt non moueretur. Hiere. 10. Clauis & malleis compegit. & aliquādo ſcribitur cū ſin loco ſámach Vt Eccl⁹. 12. Et quaſi claui in altum defixi.

Horreſcere. Horripilare סָמַר Clauus. מַסְמֵר מַסְמְרִים מַסְמְרוֹת

סְנֶה Sene. rubus. Exo.3. Apparuit ei dñs in flāma ignis de medio rubi. Et in eodem. Quare nō cōburatur rubus. Deut.33. Benedictio illius qui apparuit in rubo. Et inde dicitur mōs סִינַי Sinai. i. mōs rubi; ſic dictus a rubo ibi exiſtēte in quo dominus apparuit.

Rubus. סְנֶה סִינַי

סַנְוֵר Sanuar. cecitas. & declinatur tantū pluraliter. ſcilicet סַנְוֵרִים Sanuerim. Geñ.19. Et eos qui foris erāt percuſſerunt cecitate. 4. Reg.6. Percute obſecro gentem hanc cecitate.

Cecitas. סַנְוֵר סַנְוֵרִים

סַמְפֹנְיָא Sumphonia. ſymphonia. inſtrumentum muſicum. Dañ.3. Pſalterii & ſymphonie & vniuerſi generis muſicorum.

Symphonia סַמְפֹנְיָא

סָנְסִן Sanſin. furculus ſeu ramus. Beatus hieronymus tranſtulit fructus. Canti.7. Dixi aſcendam in palmam & apprehendam fructus eius.

Fructus. סָנְסִן

סְנַפִּיר Senapir. penula. ſ. piſcium. vt Leuit.11. Omne quod habet penulas & ſquāmas. Et in eodē. Quidquid autem penulas & ſquāmas non habet.

Penula. סְנַפִּיר

סָעַד Saad. confortare. firmare. ſtabilire. fulcire. roborare. prandere. adiuuare. Geñ.18. Et confortetur cor veſtrum. Iudi.19. Et conforta ſtomachum tuum. & in eodem. Obſecro iquit vt pauxillum cibi capias & aſſumptis viribus. Pro quo he. le. Conforta obſecro nunc cor tuū. p̄s. 17. & dextera tua ſuſcepit me. Pro quo btūs hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et dextera tua confortauit me. Ps.103. Et panis cor hominis confirmet. i. cōfortet. p̄s.118. Adiuua me & ſaluus ero. Pro quo hebrei legunt. Conforta ſeu fulci me & ſaluus ero. Prouer.20. Et roboratur clementia thronus eius. Eſa.10. Vt cōfirmet illud & corroboret. Ponitur etiā pro prādere. quod eſt ſtomachū cōfortare. 3. Reg. 13. Veni mecū domū vt prandeas. Et in lingua chaldaica ſignificat adiuuare. Eſd.5. Prophete domini adiuuantes eos. Et inde מַסְעֵד Maſaad. i. fulcimentū ſeu fulcrū. 3. Reg. 10. Fecit rex de lignis thinis fulcra domus dñi.

confortare confirmaſ. Fulcire. Roborare. corroboraſ Prandere Adiuuare. מַסְעֵד Fulcrum.

סְעָה Soaa. cōmotio. tēpeſtas. p̄s.54. A puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Pro quo beatus hiero. in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. A ſpiritu tēpeſtatis & turbinis. Vide etiam de hoc ſupra in dictione נָסַע Naſaa.

סְעָה Tēpeſtas

סָעִף Saiph. palmes. Ramus. cacumen. ſūmitas. ſ. arboris. caſuerna. cogitatio. Eſa.17. In cacuminibus eius fructus ei⁹. i. in ramis ei⁹. & in eodē. 27. Et cōſumet ſūmitates eius. i. cacumina eius. Ezech.31. Abietes non adequauerūt ſūmitatē eius. i. cacumina ei⁹. & in eodē. Et in ramis eius fecerūt nidos omnia volatilia celi. Ponitur etiā pro cacumine mōtiū ſeu petrarū. in quibus ſunt fiſſure cauernoſe: ſeu ſpelūce Iudi.15. Et deſcendens habitauit in ſpelunca petre etham. Vbi ponitur pro ſpelunca. Eſa.2. Et ingredientur in ſciſſuras petrarū & in cauernas ſaxorū. ubi ponitur pro cauernis. Et in eodē.57. Subter eminentes petras. i. ſubter cacumina petrarū. Significat etiā cogitationes. Iob.20. Idcirco cogitationes mee varie ſuccedunt ſibi. p̄s.118. Iniquos odio habui. Pro quo hebrei legunt. cogitationes. ſ. malignas odiui. Et btūs hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Tumultuoſos odiui. & aliqñ ſcribitur cū ſin loco ſámach. vt Iob. 4. In horrore viſiōis nocturne. Pro quo hebrei legūt. In cogitationibus a viſionibus nocturnis. Ponitur etiā pro parte. 3. Reg.18. Vſq; quo claudicatis in duas partes. Et aliqui hebrei legunt in duas cogitationes. Alii vero dicunt q̄ in predicto loco accipitur pro pedib⁹ qui ſunt in homine quaſi rami in arbore; quia homo eſt quaſi arbor euerſa. Item סָעַף Saaph. i. confringere. ſ. in partes minutas. Eſa.10. Cō fringet lagunculā in terrore.

cacumen. Cōmitas. Ramus. Spelunca cauerna. Eminens. cogitatiōes Pars. סָעַף confringet

סָעַר Saar. cōturbare. tempeſtare. turbine moueri ſiue turbine rapi. irruere vt tēpeſtas. 4. Reg.6. Corturbatū eſt cor regis ſyrie. Eſa.54. Paupercula tempeſtate conuulſa. i. deſt tempeſtate cōmota. Oſee.13. Sicut puluis turbine raptus ex area. i. turbine cōmotus. Ione.1. Mare ibat & inſtumeſcebat. Abach.3. Venientibus vt turbo ad diſpergendum me. Zach.7. Et diſperſi eos per omnes gentes. Pro quo hebrei legunt. Et cōmouī eos per omnes gentes. Et aliquando ſcribitur cum ſin loco ſámach. Iob.26. Et velut turbo rapiet eum de loco ſuo. p̄s.49. In circuitu eius tempeſtas valida. p̄s.57. Sic in ira abſorbet eos. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Quaſi ira tempeſtas rapiet eos. Hiere. 2. Et porte eius deſolamini

conturbaſ. Tēpeſtate. cōmoueri Turbine cōmouerī Inſtumeſcet Venire vt turbo Diſpergeſ commouet Tēpeſtaſ. Tēpeſtate. rapere. סָעַר

vehementer. Pro quo hebrei legunt. Et tempestemini.i. sicut tempestas mouemini: desolamini vehementer. Sed si pro שְׂעָרִיו Saaru legatur שְׂעָרָיו Searau.tūc significat portas eius: sicut est in littera nostra. Dani. 9. Et quasi tempestas veniet contra illum rex aquilonis. Et inde סַעַר Saar. siue סְעָרָה Seara.i. turbo. tempestas.4.Reg. 2. Et ascendit helias per turbinē in celum.ps.82.Ita persequeris illos in tempestate tua.Hiere.22. Ecce turbo dominice indignationis egreditur & tempestas irrumpens. Ione.1. Et facta est tempestas magna in mari. Et in eodem. Quoniā propter me tempestas hec. & aliquando scribitur cum sin loco sāmach. vt Iob.18. Et primos inuadet horror. Pro quo hebrei legunt.Et primos inuadet tempestas.Naū.1. Domin⁹ in tempestate & turbine via eius.Et in plurali סְעָרוֹת Seaaroth. Ezech.13. Et ventum procelle dissipantem. Quod in hebreo legitur pluraliter.s. ventus turbinum vl procellarum.Zach.9. Et vadet in turbine austri. Pro quo hebrei legunt in turbinibus austri.

סַעַר סְעָרָה turbo. tempestas.

Dolrot.

סְעָרוֹת turbines Procelle.

סַף Saph.peluis.hydria.limen.De quo vide in dictione sequenti.

סַפָּף Saphaph.peluis.crater.scyph⁹.hydria.siue quodcūq; vas quo aqua vel vinum bibitur.limen. superliminare. Et scribitur cum simplici pe & dicitur סָף Saph.Exo.12. Fasciculū myrrhe tingite ī sanguine qui est in limine. Pro quo hebrei legunt.Tingite in sanguine qui est in pelui seu in cratere.Potest etiam legi sicut est in littera nostra: vt infra dicetur.4.Reg.25.Et tres ianitores.Pro quo hebrei legunt.& tres custodes vasorum. Potest etiam legi sic. & tres custodes liminis.Quod est idem quod ianitores. & similiter.Ester.2. Duo eunuchi regis qui ianitores erāt. Pro quo hebrei legunt. Duo eunuchi regis de custodibus scyphi seu calicis.idest de custodibus vasorum in quibus rex bibebat. & sic faciliter poterant inficere poculum regis & interficere eum.Zach.12.Ecce ego ponam ierusalem superliminare crapule.Pro quo hebrei legūt .Calicem seu hydriam crapule.potest etiam legi sicut est in littera nostra.Et in plurali סִפִּים Sipim .Hiere. 52.Et hydrias & thymiamateria & vrceos. Reperitur etiam סִפּוֹת Sipoth.secundum terminationē femininorū.3.Reg. 7.Et hydrias & fuscinulas & phialas. Ponitur etiam סַפּוֹת Sapoth pro tapetibus. 2. Reg.17.Obtulerūt ei stratoria & tapetia & vasa fictilia.Sed etiā in p̄dicto loco p tapetibus hebrei legūt hydrias seu scyphos.Item סַף Saph.idest limē.siue superliminare .3.Reg. 14.Cumq; illa ingrederetur limen domus.Ezech.40. Et mensus est limen porte calamo vno.Et in eodem.Et limen porte iuxta vestibulum porte.Et in eodem.43. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum.Et in plurali סִפִּים Sipim.Esa.6. Et commota sunt superliminaria cardinum. Amos. 9. Percute cardinem & cōmouebuntur superliminaria. Et inde verbum סָפַף Saphath.i. in limine esse.siue in limine habitare. Pro quo trāslatio nostra abiectum esse traduxit.ps.83.Elegi abiectum esse in domo dei mei.

סַפָּה סִפִּים סִפּוֹת Hydrie.

סָפוֹת tapetia.

סַף Limen.

סִפִּים Cardines. Liminaria

סָפַף abiectū cē.

סַפָּא מִסְפֹּא Fenum. pabulum

סָפַא Sapha . pabulum iumentorum seu fenum. & scribitur cum mem in principio. & dicitur מִסְפֹּא Mispho Genī.24. Palearum quoq; & feni plurimū est apud nos. Et in eodem.43. Deditq; pabulum asinis. Iudi.19. Habentes paleas & fenum in asinorum pabulum.

סָפַד plangere

סָפַד Saphad.plangere.lamentari.3. Reg.14. Et plangent eum omnis israel.Eccls.3.Tempus plangendi & tempus saltandi. Hiere.16. Neq; vadas ad plangendum. Et in eodem. Non plangentur & non sepelientur. Et in eodem. 22.Non plangent eum ve fratrer. Ezech.24. Non plāges neq; plorabis. Zach.6. Cum ieiunaueritis & planxeritis. Et in eodem.12.Et plangent eum planctu quasi super vnigenitū.Et inde מִסְפֵּד Misped.i.planctus.vt in p̄dicto loco.

מִסְפֵּד Planctus

סָפָה perdere perire. Absumere

סָפָה Sapha.consumere.perdere.perire. addere.congregare.Gen̄.18.Nūquid perdes iustum cū impio.i.consumes.Et in eodem. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate peribunt simul.Deut.29. Vt absumat ebria sitientem.idest consumat. Potest etiam legi sic. vt addatur ebria sitienti vel cum sitiente.1.Reg.26. Aut in prelium descendens perierit. Et in eodem.27. Aliquando incidam vno die in manu saul.Pro quo hebrei legunt. Nunc peribo vno die in manu saul.siue per manum saul. ps.39. Qui querunt aiam meam vt auferant eam. idest vt perdant vel consumant eam.Esa.7. Et barbam vniuersam. Pro quo hebrei legūt. Et etiam barbam consumet.Hiere.12.consumptum est animal. vide etiam de hoc supra in dictione סוף Soph.significat etiam addere. vel augere. aut congregare. Nume.32. Vt augeretis furorem domini contra israel. Deut.32. Congregabo super eos mala. Prouer.13. Et aliis congregantur absq; iudicio. Hebrei tamen in predicto loco secundum primam significationem legunt sic. Et est qui consumitur vel periit absq; iudicio. Esa. 13.Et omnis qui superuenerit cadet gladio .i. omnis qui adiunctus fuerit. Et in eodem.29. Additus est annus ad annū. Vide etiam de hoc supra in dictione יָסַף Iasaph.

Consumere

Congregare

Adiūgere. Addere.

סָפַח Sapach.iungere. adherere. recolligere.1. Reg.2. Dicatq; ei dimitte me ad vnam partem sacerdotalem.i. iunge me siue recollige me. Et in eodem.26. Quia ejecerunt me hodie vt non habitem in hereditate domini .i. vt non adheream hereditati domini. Iob.30. Et esse sub sentibus delicias computabant.Pro quo hebrei legūt . Sub sentibus iungebātur. Esa .14. Et adherebunt domui Iacob. Abach.1. Mittens fel suum.i. iungens. Et inde סַפַּחַת Sapachath .i.pustula seu plaga lepre cuti adherēs. Leuit.13.Homo in cui⁹ cute ortus fuerit diuersus color seu pustula. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מִסְפַּחַת Mispachath.vt in eodem.Mundabit eam quia scabies est. & in eodem. Iterum lepra creuerit.Et inde verbum שָׂפַח Sipach cum sin in principio loco sāmach.idest pustulis seu lepra aut scabie inficere. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Decaluare. Esa.3.& decalua bit dominus verticem filiarū sion. Et inde מִשְׂפָּח Mispach. idest pustula seu scabies.secundum hebreos.Pro quo beatus hieronymus transtulit iniquitatē. Esa. 5 .Spectauit vt faceret iudiciū & ecce iniquitas .Potest etiam legi secundum primam significationem sic. Et ecce liga siue ligatio.i.conuenticulum seu coniuratio . Et inde מִשְׂפָּחוֹת Mispachoth.idest ceruicalia . Ezech.13. & faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis.& in eodem. Et dirumpam ceruicalia vestra. Item סְפִיחַ Sephiach.i.illud quod renascitur de terra vel illud quod sponte terra gignit . Leuit. 25.Que sponte gignit humus nō metes. Et in eodem.Nō seretis atq; metetis sponte in agro nascentia . Iob.14.Et a lluuione paulatim terra consumitur . pro quo hebrei legunt.Et inundat renascentia puluerīs terre.

mittere.

סַפַּחַת pustula.

מִסְפַּחַת Scabies

שָׂפַח Decaluare

מִסְפַּח pustula.

Iniquitas

מִשְׂפָּחוֹת Ceruicalia

סְפִיחַ Que sponte nascūtur.

סַף phiala. Concha.

סֵפֶל Séphel.Phiala. Concha.Iudi.5 . In phiala principū obtulit butyrum.Et in eo.6 .Concham rore implcuit

סָפַן Recondet Tegere

סָפַן Saphan. Recondere. tegere. Deut.33. Quod in parte sua doctor esset repositus.idest reconditus vel tectus in sepulchro.3.Regum.6 .Texit quoq; domum laquearīis cedrinis. Et in eodem.7. Et tabulis cedrinis vestiuit totam cameram.idest texit. & inde סִפּוּן saphun.idest laquearium quod fit in tecto domus.3.Reg.6. Vsq; ad sūmitatem parietum & vsq; ad laquearia . Hiere.22. Et facit laquearia cedrina. Aggei.1.vt habiteris in domibus laqueatis. Et ali-

סִפּוּן Laqarius.

abſcondiei סְפִינָה quando ſcribitur cum ſin loco ſámach. Deut.33. Et abſcon-
ditos theſauros arenarū.i.tectos theſauros. Et inde סְפִינָה
Nauis. Sephina.ideſt nauis.Ione.1. Et ionas deſcendit ad interio-
ra nauis.

סָפַק Saphac.plaudere.cōplodere. ſtringere.ſiue conſtrin-
gere.percutere.ſufficere. vel ſufficere facere. Nu.24.
Cōplodeſ. Iratuſq; balac contra balaam cōploſis manibus ait. Hiere.
31.Et poſtq; oſtēdiſti mihi percuſſi femur meum. Pro quo
hebrei legunt.Planſi ſiue complosi ſuper femur.ſ.manu.&
Plaudere Illidere. manu. in eodē.48. Et allidet manu moab in vomitu ſuo. Threñ.
2. Planſerunt ſuper te manibus. Ezech.21. Idcirco plaudet
ſuper femur. Significat etiā percutere vel cōſtringere. Iob.
Percutef Cōſtrigere Stringere 34. Quaſi impios peuſſerit eoſ in loco videntiū.& in eodē
Inter nos interim conſtringatur. Et aliquando ſcribitur cū
ſin loco ſámach. Vt in eodem.27. Stringet ſuper eū manus
ſuas.i.plaudet manib9 ſuis. Significat etiā ſufficere.3. Reg.
Sufficere. 20. Si ſuffecerit puluis ſamarie pugillis omnis populi qui
ſequitur me. Eſa.2. Et pueris alienis adheſerūt. Pro quo he
brei legunt. Et pueris alienis ſufficere ſibi fecerunt. vel ſecū
dum primā ſignificationem poteſt legi ſic. & pueris alienis
applauſerunt. vide etiam de hoc infra in littera ſin in dictio
סָפַק ne שָׂפַק Saphac. Et inde סֵפֶק Sephec.i.concuſſio ſeu percuſ
ſio. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit oppreſſionem.
Iob.36. Nō te ergo ſupet ira vt aliquē opprimas. Pro quo
hebrei legūt. Quia ira ne forte ſuperet te ſiue perſuadat ti
Oppreſſo. bi in oppreſſione.& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.

סָפַר Saphar.Numerare. ſupputare.cenſere.narrare.nūcia
Numerare re.ānunciare.referre.Geñ.15. Et numera ſtellas ſi po-
tes. Leuit.15. Numerabit ſeptem dies purificatiōis ſue.& in
eodem.23. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati. & in eo
dē.25. Numerabis quoq; tibi ſeptē hebdomadas. Nu.25.
Et noſſe numerum ſtirpis iſrael. Pro quo hebrei legunt. Et
numerare ſtirpē iſrael. 2. Reg.24. Poſtq; numeratus eſt po
pulus.3. Reg.3. Qui enumerari & ſupputari non poteſt. 2.
Paralipo.2. Numerauit igitur ſalomon omnes viros proſe
lythos p̄s.21. Numerauerūt omnia oſſa mea. p̄s.47. Narra
te in turribus eius. Pro quo beatus hieronymus in pſal.iux
ta he.ve. tranſtulit. Numerate turres eius. Significat etiam
Referre. Narrare. narrare.ſiue referre vel nunciare. vt Geñ.40. Referte mihi
quid uideritis. Exo.18. Narrauit moyſes cognato ſuo cun-
cta que fecerat dñs pharaoni. Iudi.7. Narrabat aliquis ſom
Enarrare. niū proximo ſuo. Iob.28. Tunc vidit illam & enarrauit. Et
in eodem.37. Quis narrabit ei que loquor.& in eodem.38
Annūciaſ. Quis enarrabit celorū rationem. p̄s.55. Vitam meā annū-
ciaui tibi. Sed beatus hieronymus primā ſignificationē ſe-
quens in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Secretiora mea nume-
raſti. p̄s.86. Dñs narrabit in ſcripturis populorum. p̄s.118.
Pronūciaſ. In labiis meis pronūciaui omnia iudicia oris tui. Eſa.43.
Laudem meā narrabit.& in eodem. Narra ſi quid habes vt
iuſtificeris.& in eodem.52. Quia quibus non eſt narratum
סְפִירַת de eo videbūt. Et inde סְפִירַת Sephirath.i.narratio. p̄s.55.
Narratio. Sicut in narratione tua. Poteſt etiam legi ſic. Sicut in libro
tuo vel in ſcriptura tua. vt infra dicetur. Scribitur etiam cū
מִסְפַּר mē in principio & dicitur מִסְפַּר Miſpar. Iudi.7. Cūq; au-
diſſet Gedeon ſomniū. Pro quo hebrei legunt. Cumq; au-
diſſet gedeon narrationem ſomnii. Significat etiam מִסְפַּר
Numerus. Miſpar numerationem ſeu numerum. Exo.33. Numerum
dierum tuorum implebo. Deut.33. Et ſit paruus in nume-
ro.2. Paralipo.12. Nec erat numerus vulgi. Iob.25. Nun-
quid eſt numerus militum eius. Eſa. 40. Qui educit in
סוֹפֵר numero militiam eorum. Scribitur etiam ſine mem & dici
Dinūeratio tur סוֹפֵר Supar. 2. Paralipo. 12. Poſt dinumerationem
סוֹפֵר quam dinumerauit dauid. Et inde סוֹפֵר Sopher.ideſt nu-
merans ſeu ſcriba. Eſa.33. Vbi eſt litteratus: vbi verba legis litteratus.
ponderans: vbi doctor paruulorum. Pro quo hebrei legūt. Doctor
Vbi eſt numerans. vbi ponderans: vbi numerans turres. Numerās
Poteſt etiam intelligi ſicut eſt in littera noſtra. Nam סוֹפֵר
Sopher etiam ſignificat ſcribam ſeu litteratum vel legis סוֹפֵר
doctorem. Vt.2. Reg.8. Saraias autem ſcriba. Eſd.6. Et ip- Scriba.
ſe ſcriba velox in lege moyſi. Hiere.37. Vt comprehende-
rent Baruch ſcribam. Et in euangelio. Mathei.13. Omnis
ſcriba doctus in regno celorum. Vbi ſcriba accipitur pro
litterato vel doctore. Et ſimiliter pro eo quod in littera no-
ſtra eſt paruulorum in hebreo eſt מִגְדָּלִים Migdalim. Quod
etiam poteſt ſignificare paruulos: vt dictum fuit ſupra in di
ctione גָּדַל Gadal. Et in plurali סוֹפְרִים Sophrim. ideſt סוֹפְרִים
ſcribe. Eſter.3. Vocatiq; ſunt ſcribe regis. Et inde סֵפֶר Sé- Scribe.
pher.ideſt liber ſeu libellus quem ſcriba ſcribit. Geñ.5. Hic סֵפֶר
eſt liber generationis adam. Exo.17. Scribe hoc monumē liber.
tum in libro. Et in eodē.32. Aut ſi non facies: dele me de li
bro tuo. Nume.5. Scribetq; ſacerdos in libello. Deut.24. libellus.
Scribet libellum repudii. Ioſ.1. Non recedat volumen le- Volumen.
gis huius de ore tuo. Hiere.32. Et ſcripſi in libro & ſigna-
ui. Et in eodem. Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio
nerie. Et in plurali סְפָרִים Sepharim. Dañ. 9. Intellexi in סְפָרִים
libris numerum dierum. Ponitur etiam pro litteris vel epi- libri.
ſtola. 4. Reg.5. Vade & mittam litteras ad regem iſrael. Et
in eodem. Cum acceperis epiſtolam hanc. Eſter.3. Et litte- litterc.
re ſignate ipſius annulo miſſe ſūt. Eſa.29. Et dabitur liber Epiſtola.
neſcienti litteras. Et in eodem. Et reſpondebit. non ſcio lit
teras. ideſt neſcio ſcripturam legere. Et inde סְפִרוֹת Sepho- סְפִרוֹת
roth. ideſt ſcripture ſeu litterature. p̄s. 70. Quoniam non litterature
cognoui litteraturas. Item סָפִיר Saphir. ideſt ſapphyrus סָפִיר
lapis precioſus. Vnde ſapphyrus ab hebreo traxit originē. ſapphyr⁹.
Exo.24. Quaſi opus lapidis ſapphyrini. Et in eodem.28.
In ſecūdo carbūculus ſapphyrus & hyaſpis. Threñ. 4. Sap
phyro pulchriores. Ezech.10. Et ecce in firmamēto quod
erat ſuper caput cherubim quaſi lapis ſapphyrus. Et in plu
rali סַפִּירִים Saphyrim. Eſa.54. Et fundabo te ſapphyris. סַפִּירִים
Sapphyri
סְפָרַד Sepharad. Nomen proprium loci vel Regionis. סְפָרַד
Pro quo Beatus Hieronymus tranſtulit Boſpho- Boſpho:⁹
rum. vt in Abdia. Et tranſmigratio ieſuralem que in boſ-
phoro eſt. Hebrei tamen dicunt quod ſignificat Hiſpani-
am. Et ſic ipſi appellant hiſpaniam ſepharad. Et ſic eſt in
tranſlatione chaldaica. ſcilicet hiſpanis.

סָקַל Sacal.lapidare. Exo.17. Adhuc modicum & lapida- סָקַל
bunt me. Et in eodem.19. Sed lapidibus opprimetur. pro quo hebrei legunt. Sed lapidando lapidabitur. Et
in eodem. 21. Lapidibus obruetur. ideſt lapidando lapida- lapidare.
bitur. Deut.13. Lapidibus obrutus necabitur. 2. Regum. lapidibus
16. Et mittens lapides aduerſus eum. ideſt lapidabat eum. opprimet
3. Regum.21. Et educite eum & lapidate. Et in eodem. La-
pidatus eſt Nabal & mortuus eſt. Significat etiam lapides
colligere. Eſa.5. & lapides collegit ex ea. & in eo.62. planū
facite iter & eligite lapides.i.colligite ne offendant in eos lapidē col
iter agentes. ligere.

סָרַר Sarar.ſubuertere.peruertere.preuaricari.declinare. סָרַר
ſcilicet a via recta. Threñ. 3. Semitas meas ſubuer
tit. Oſee. 4. Sicut vacca laſciuiens declinauit iſrael. De Subuerte
quo vide ſupra in dictione סוּר Sur. & inde סוֹרֵר Sorer.i. re
Peruerſus: p̄uaricator: aut declinans a via recta. Deut.21. Fi סוֹרֵר
lium contumacem & proteruum. ideſt filium peruerſum Cōtumax.
vel preuaricatorem. Et in plurali סוֹרְרִים Sorerim. Oſee. Peruerſ⁹
9. Omnes principes eius recedentes. ponitur etiam pro סוֹרְרִים
incredulo vel infideli. Ps. 67. Similiter eos qui exaſpe- Recedētes
rant qui habitant in ſepulchris. Pro quo Beatus Hiero- ſ.auia re-
cta.

incredulí. nymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Increduli autem habitanerunt in siccitate. Et in eodem. Et enim non credentes inhabitare dominum deum. Esa.1. Principes tui infideles. & in eodem.65. Ad populum incredulũ. Hiere.6. Omnes isti principes declinantes.

Infideles. declinãtes ſ.a uia recta.

סַרְבַּל Sarbal. in lingua chaldaica significat quoddam genus vestimenti. Pro quo beatus hieronymus transtulit Brachas. ideſt femoralia. Dañ.3. Vinctos cum brachis suis. Sed infra in eodem ipsam dictionem chaldaicam posnit in translatione. vbi dicitur. Et sarbala eorum non fuissent immutata.

Bache.

Sarbala.

סָרָה
סִרְיָן Sire. lorica. & scribitur cum sod loco he & nun in fine & dicitur סִרְיָן Sirian. Hiere.51. Et non ascendet loricatus. Pro quo hebrei legunt. Et non ascendet in lorica sua. & cõmuniter scribitur cum sin loco sámach. De quo vide infra in littera sin.

Lorica.

סָרַח Sarach. superesse. superfluere. extendere. luxuriari. corrumpere. Exo.36. Quod aũt superfluerit in saxis que parantur tecto. Et in eodem. Id est vnum saxum quod amplius est: ex medietate eius cooperies tabernaculi posteriora. Pro quo hebrei legunt. Ex medietate saxi quod amplius est extendes siue facies superfluere super tabernaculi posteriora. & in eodem. Vtrũq; latus tabernaculi proteges. Pro quo hebrei legunt. Superfluere facies super vtrũq; latus. ſ. extendes super vtrũq; latus. Ezech. 17. Creuit in vineam latiorem. i. extensam. Amos.6. Et lasciuistis in stratis vestris. Et in eodem. Auferetur factio lasciuientium. Et inde סְרוּחֵי Seruche. Pro quo beatus hieronymus transtulit thiaras. Ezech.23. Et thiaras tinctas in capitibus eorum. Item סָרַח Sarach. i. corrumpere. corruptum esse: seu inutilem esse: aut fetere. Hiere.49. Inutilis facta est sapientia eorum. Pro quo hebrei legunt. Corrupta est siue fetuit sapientia eorum.

Gapſluef. Extendere. Lasciuire. Thiare. inutile esse Corrũpef.

סַרְכָא
סַרְנַיָא Archa. in lingua chaldaica significat principem: & solũ inuenitur in numero plurali. ſ. סַרְנַיָא Sarchaia Dañ.6. Super eos principes tres. & in eodem. Igitur daniel superabat omnes principes.

Principes.

סָרָן Saran. princeps. satrapa. axis. Et solũ inuenitur in numero plurali. Iudi. 16. Veneruntq; ad eam principes philistinorum. Et in eodem. Et principes philistinorũ conuenerunt in vnum. i. Reg.5. Congregauerunt omnes satrapas philistinorum. & in eodem.59. Sed satrapis nõ places. Ponitur etiam pro axibus currus. 3. Reg.7. Et axes erei.

princeps. Satrape. Axis.

סָרִיס Saris. eunuch⁹. seu priuat⁹ testiculis. Ester.5. Sub manu egei eunuchi. Esa.56. Et nõ dicat eunuchus ecce ego lignũ aridũ. Hiere.38. Audiuit autẽ abdemelech ethiops vir eunuchus. Et ī pluralisסָרִיסִים Sarisim. Geñ.40. Accidit vt peccarent duo eunuchi. Ester.1. Septẽ eunuchis qui in conspectu eius ministrabant. Et in eodem.6. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis. Esa.39. Et erũt eunuchi in palatio regis babylonis. Accipitur etiam pro ministro vel famulo quãuis nõ sit priuatus testiculis. vt Geñ.39. Emitq; eũ putiphar eunuchus pharaonis. ideſt minister pharaonis: nam iste habebat vxorẽ: vt patet in eodẽ capſo.

Eunuchus Eunuchi. Miniſter.

סָרְעָף Saraaph. arbustum. ramus. Ezech.31. Et multiplicata sunt arbusta eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

Arbuſtum

סָרַף Saraph. comburere. Amos.6. Et tollet eum propinquus suus. & cõburet eum: vt efferat ossa de domo. & aliqui hebrei dicunt q̃ significat auũculum. i. fratrem matris. Vnde in predicto loco ipsi legũt. Et tollet eum patruus suus & auũculus suus vt efferat ossa de domo. Ad hoc enim q̃ significaret comburet eũ debebat scribi cum littera sin loco sámach. Sed frequẽter ponitur sámach pro sin & ecõuerso. vt in precedentibus dictum est.

Comburef auũculus.

סִרְפַּד Sirpad. vrtica seu spina. Esa.55. Pro vrtica crescet myrtus. & solum inuenitur in predicto loco.

Vrtica.

סְתָו Sethau. hyems. cãti.2. Iam enim hyems trãsiit: imber abiit & recessit. & solũ inuenitur in predicto loco.

byems.

סָתַם Satham. obturare. obstruere. claudere. abscondere. Gen.26. Omnes puteos quos foderant serui patris illius abraam illo tempore obstruxerunt implentes humo. Et in eodem. Et quos illo mortuo olim obstruxerant philistiim. 4. Reg.3. Cũctosq; fõtes aquarum obturabitis. 2. Paralipo.32. Vt obturaret capita fontium qui erant extra vrbem. & in eodẽ. Et obturauerũt cunctos fontes. & in eodẽ. Ipse est ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarũ gion. Nec.4. Et quod cepissent interrupta concludi. Et aliquãdo scribitur cũ sin loco sámach. Nu.24. Dixit homo cuius obturatus est oculus. Threñ.3. Exclusit orationẽ meã. Pro quo hebrei legunt. Clausit orationem meã. i. clausit ne ingrederetur in conspectu eius. Et inde סָתוּם Sathum. i. clausum seu absconditum vel occultum: aut secretum siue arcanum. ps.50. Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Pro quo hebrei legunt. In abscõdito & in occulto vel arcano sapientiã vel sapientie manifestasti mihi. Vnde beatus hieronymus in psal. iuxta he.ve. transtulit. Absconditũ & arcanũ sapiẽtie tue manifestasti mihi. Ezech.28. Omne secretum non est obscõditũ a te. Dañ.12. Quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad prefinitum tempus.

Obſtruere Obturare. claudere. Occultum arcanum. ſecretum clauſum

סָתַר Sathar. occultare. latere. abscondere. ptegere. vt Geñ. 4. Et a facie tua abscondar. Deut.7. Qui te fugerint & latere poterint. Deut.29. Abscondita dño deo nostro. i. peccata abscondita vel occulta diuino iudicio reseruãtur punienda. & in eodem.32. abscondam faciem meã ab eis. Iob 34. Ex quo absconderit vultũ quis est qui cõtempletur eũ. ps.18. Nec est qui se abscõdat a calore eius. ps.55. Nõne dauid absconditus est apud nos. Prouer.27. Melior est manifesta correctio q̃ amor abscõditus. Esa.16. Absconde fugiẽtes. & in eodem.29. Et intellectus prudentium eius abscondetur. & in eodem. Vt a dño abscondatis cõsilium. & in eodem.40. Abscondita est via mea a dño. & in eodẽ.45. Tu es deus abscõditus. & in eodẽ.49. In pharetra sua abscõdit me. & in eodem.53. Et quasi absconditus vultus eius. Et in eodẽ.59. Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Hiere.36. Abscõdit autẽ eos dñs. Significat etiã protegere. Vt. ps.16. Sub vmbra alarũ tuarũ protege me. ps.63. Protexisti me a cõuentu malignantium. Esa.28. Et mẽdacio protecti sumus. Scribitur etiã cum sin loco sámach. vt.1. Reg.5. Et computrescebant prominentes extales eorum. Pro quo hebrei legunt. Et occultabantur eis ficus. ſ. quos habebãt in ano. Et inde סֵתֶר Séther. i. locus abscõditus vel occultus. latibulũ seu ptectio vel refugiũ. ps.30. Abscõdes eos ī abscõdito faciei tue. vbi põitur verbũ & nomẽ ab eo deriuatum. ps.31 Tu es refugiũ meũ. ps.80. Audiui te in abscondito tẽpestatis. ps.90. qui habitat ī adiutorio altissimi. p quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Qui habitat in absconditio excelsi. Esa.16. Esto latibulũ eorũ. & in eo.28. Et protectionẽ aque inundabũt. Scribitur etiã cũ he in fine & dñ סִתְרָה sithra. Deut.32. & in necessitate vos ptegant. & aliq̃ scribitur cũ mem in principio & dñ מִסְתָּר misthar. siue מִסְתּוֹר Misthor. vt. ps.9. Insidiatur ī abscõdito quasi leo in spelunca sua. Esa.4. Et securitatem & absconsionem a turbine & a pluuia. & in pluralimמִסְתָּרִים Mistharim. ps.9. sedet in insidiis cũ diuitibus in occultis. Hiere.23. Si occultabitur vir in abscõditis & ego non videbo eũ. & in ligua chaldaica

occultare סֵתֶר abſcõdere Latere abſcõditus protectio latibulum סִתְרָה מִסְתָּר מִסְתּוֹר abſconſio מִסְתָּרִים Occultus. abſcondita

מְסָתְּרָתָא Abſcõdita. dicitur מְסָתְּרָתָא Meſatheratha. Dañ. 2. Et ipſe reuelat profunda & abſcondita.

De incipientibus a littera. ע Aim.

עָב Aab. ſpiſſum. groſſum. denſum. nubes. ſ. dẽſa. ſeu caligi noſa. 5. Reg. 7. Et epiſtylia ſuper colũnas fecit. Pro quo hebrei legũt. Et groſſitudo ſiue ſpiſſitudo ſuper faciem earum. ſ. erat. Et in eodem. Groſſitudo autem luteris triũ vnciarum erat. Hiere. 52. Porro groſſitudo eius quattuor digitorũ erat. Ezech. 41. Et erant groſſiora ligna in veſtibuli fronte. Et in eodem. Secundum latera domus latitudinẽq; parietum. i. ſecundum ſpiſſitudinem vel groſſitudinem parietum. Vide etiam de hoc infra in dictione עָבָה Aaba. ſignificat etiam nubem. Eſa. 14. Aſcẽdam ſuper altitudinem nubiũ. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet nubis. Et in eodem. 19. Ecce dñs aſcẽdet ſuper nubẽ leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. Item ponitur pro imbre. Prouer. 16. Quaſi imber ſerotinus. i. quaſi nubes imbris ſerotini. Et in plurali עָבִים Aabim. Iudi. 5. Celiq; ac nubes ſtillauerũt aquis. Iob. 22. Nubes latibulum eius. Vide etiam de hoc infra in dictione עִיב Iib.

Groſſitudo

Groſſus

Nubes. Caligo.

Imber. Nubes.

Nubes.

עָבַד Aabad. ſeruire. miniſtrare. operari. laborare. Geñ. 14. Duodecim enĩ annis ſeruierunt chodorlaomor. Et in eodem. 15. Et ſubiicient eos ſeruituti. i. ſeruire facient eos. Et in eodem. 29. Gratis ſeruies mihi. & in eodem. Seruiã tibi pro rachel filia tua. Exo. 4. Dimitte filium meũ vt ſerviat mihi. Et in eodem. 21. Sex annis ſeruiet tibi. Nu. 18. Solis filiis leui mihi in tabernaculo ſeruientibus. Pro quo hebrei legunt. Et ſeruiet leui ipſe in miniſterio tabernaculi ſederis. i. tribus leui. Deu. 6. Deum tuũ timebis & ipſi ſeruies. Iudi. 4. Ne ſeruiatis hebreis. z. Reg. 21. Cui ego ſeruiturus ſum. Et in eodem. Sicut parui patri tuo: ita parebo & tibi. Pro quo hebrei legunt. Sicut ſeruiui patri tuo: ita ero ante te. 3. Reg. 16. Et ſeruiuit baal & adorauit eum. Iob. 36. Si audierint & obſeruauerint. Pro quo hebrei legunt. Si audierint & ſeruierint. Et in eodem. 39. Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi. p̃s. 2. Seruite domino ĩ timore. Eccls. 5. Rex imperat ſeruienti. Eſa. 14. & a ſeruitute dura quã ante ſerui uiſti. Et in eo. 19. Et colent eum hoſtiis atq; muneribus. Hiere. 27. Et ſeruient ei gentes multe. Et quãdo in hebreo ſequitur pronomen cum iſta prepoſitione in: tunc ponitur p opprimere. Exo. 1. Omniq; famulatu quo terre operib? premebantur. Leuit. 25. Non eum opprimes ſeruitute famulorum. Significat etiam operari vel laborare. aut facere. Geñ. 3. Vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Et in eodem. 4. Cum operatus fueris eam. Leuit. 25. Vſq; ad annum iubilei operabitur apud te. Deut. 21. Que non traxit iugum nec terrã ſcidit vomere. Pro quo hebrei legunt. Qua non fuerit operatum: que non traxerit iugum. i. que non arauerit terram nec traxerit iugum. 2. Reg. 9. Operare igitur ei terram. Eſa. 19. Et confundentur qui operabantur linum. Hiere. 10. Dii qui celos & terram non fecerũt. Ponitur etiam pro arare: quod eſt idem quod terram operari. Ezech. 36. Et arabimini & accipietis ſemẽtem. Et inde verbum tertie cõiugationis. i. ſeruire facere. laborare facere. opprimere. Exo. 1. Et affligebant inuidentes & illudentes eis. Pro quo hebrei legunt. Et ſeruire fecerũt egyptii filios iſrael in violentia ſeu violenter. 2. Paralipo. 34. Et fecit omnes qui reſidui fuerãt in iſrael ſeruire domino. Eſa. 43. Nõ te ſeruire feci in oblatione. Hiere. 7. Et ſeruire faciam te inimicis tuis. Et inde עֶבֶד Aabed. ſiue עֵבֶד Eebed. idẽſt ſeruus. mininiſter. famulus. Geñ. 9. Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et in eo. 44. Manebo itaq; ſeruꝰ tuus pro puero. Et in eo. 41. Eiuſdẽ ducis militum famulus. Exo. 21. Si emeris ſeruum hebreum. Deut. 15. Vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua. Iob. 7. Sicut ceruus deſiderat vmbrã. debet legi. Sicut ſeruus. Et ſic eſt in bibliis noſtris antiquis. & in titulo. Ps. 17. Vbi dicitur in finem puero domini Dauid. idẽſt ſeruo vel famulo domini. Et in plurali עֲבָדִים Aabadim. idẽſt ſerui. Geñ. 20. Vocauit ſeruos ſuos. & in eodẽ. 47. Tui erimus eme nos in ſeruitutem regiam. Pro quo hebrei legunt. Eme nos & terram noſtram pro frumento: & erimus nos & terra uoſtra ſerui pharaonis. Deut. 6. Serui eramus pharaoni. p̃s. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Et inde עֲבוֹדָה Aaboda. ſiue עֲבֻדוּת Aabduth. idẽſt ſeruitus. opus. miniſterium. Geñ. 21. Pro opere quo ſeruiturus es mihi. Exo. 1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris. Et in eodem. omniq; famulatu. Nume. 4. Ingredientes ad miniſterium tabernaculi & onera portanda. Pro quo hebrei legunt. Omnis qui ingreditur ad operandum opus miniſterii & ad opus oneris. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 2. Paralipo. 12. Vt ſciant diſtantiam ſeruitutis mee & ſeruitutis regni terrarum. Eſd. 9. Et in ſeruitute noſtra non dereliquit nos deus noſter. Eccls. 9. & opera eorum in manu dei. Eſa. 28. Et operaretur opus ſuum. & in eodem. 32. Et cultus iuſtitie ſilentium. i. opus vel ſeruitus iuſtitie. Et in lingua chaldaica dicitur עֲבִידְתָּא Abidtha. Dañ. 2. Et conſtituit ſuper opera babylonis ſidrach miſach & abdenago. Scribitur etiam cum mem in principio. vt Iob. 34. Nouit enim opera eorum. Et inde עֲבוּדָה Abuda. i. familia operãtium. Iob. 1. Et familia multa nimis.

Famulus

Puer

Serui

Opus

Famulatꝰ miniſterij

Seruitus

Cultus

Opus

Familia

עָבָה Aaba. impinguare. incraſſari. groſſum eſſe. dẽſum ſiue ſpiſſum eſſe. Deut. 32. Incraſſatus impinguatus dilatatus. 3. Reg. 12. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Et inde עֹבִי Oobi. idẽſt craſſitudo ſeu craſſum aut pigue. 2. Paralipo. 4. In regione iordanis fudit ea rex in argilloſa terra. Pro quo hebrei legũt. In pĩguedine terre ſiue in craſſitudine terre: idẽſt in pingui & dẽſa terra ſicut eſt terra argilloſa. Iob. 15. Et pingui ceruice armatꝰ eſt. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבֶה Naabe vt. 3. Reg. 7. In campeſtri regione iordanis fudit ea rex in argilloſa terra. exponatur ſicut ſupra.

Impiguare

Groſſũ eſſe

עֲבִי

Craſſitudo

Pinguis

מַעֲבֶה

Argilloſa.

עָבַט Aabat. pignorare. pignus auferre. muttare. declinare. Deut. 24. Non ingrediaris domũ eius vt pignus auferas. Pro quo hebrei legunt. Vt pignores pignus eius. Et inde עֹבֶט Aabot. idẽſt pignus vt in predicto loco. Et in eodem. Et ille tibi proferet quod habuerit. Pro quo hebrei legunt. Et ille proferet tibi pignus foris. & quia ſuper pignore mutuatur: ideo ponitur etiam predicta dictio pro mutuare. Deut. 15. Et dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris. Pro quo hebrei legunt. mutuans mutuabis ei quo indiget. ſignificat etiam declinare. Ioel. 2. Non declinabunt a ſemitis ſuis.

Pignus. auferre

Pignerat

עֹבֶט

Pignus

עַבְטִיט Aabtit. dictio compoſita eſt: a עַב Aab. quod ſignificat denſum: & טִיט Tit. q̃ ſignificat lutũ. i. dẽſum lutum. Abach. 2. Aggrauat contra ſe denſum lutum.

Densus luti

עָבַר Aabar. tranſire. preterire. progredi. tranſgredi. iraſci. differre. concipere vel impregnare. Geñ. 15. Et lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Et in eodem. 32. In baculo meo tranſiui iordanem iſtum. Et in eodom. 33. Et ipſe progrediens adorauit. Pro quo hebrei legunt. Et ipſe tranſiuit ante eos ſiue progreſſus eſt ante eos & adorauit. Exo. 12. Et tranſibo per terram egypti nocte illa. Nume. 12. Obſecro vt liceat mihi tranſi-

Tranſire

Progredi

re per terram tuam. Deut.28. Vt tranſeas in federe domini dei tui. Ioſ.1. Tranſi iordanem iſtum. 2. Reg.16. Cum tranſiſſet dauid paululũ montis verticem. & in eodem.17. Tranſierunt feſtinanter. Iob.13. Quodcunq; mihi mẽs ſuggerit. Pro quo hebrei legunt. Et tranſeat ſuper me quodcũq;. Sed beatus hieronymus trãſtulit ſenſũ. p̃s.16. Et non eſt inuẽta in me iniquitas vt nõ loquatur os meũ. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatẽ tranſtulit. Et non inueniſti cogitationes meas non tranſire os meũ. p̃s.36. Et tranſiui & ecce non erat. p̃s.80. Manus eius in cophino ſeruierũt. Pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Manus eius a cophino receſſerũt i. tranſierunt. Prouer.8. Ne tranſirent fines ſuos. Eſa.40. Et a deo meo iudicium meum tranſibit. Hiere.2. Et dixiſti non ſeruiam. Pro quo hebrei legunt. Et dixiſti non tranſibo. Sed ſi ſcribatur cum littera daled que eſt quaſi eiuſdem figure ſicut littera res: tunc ſignificat ſeruiã ſicut eſt in littera noſtra. & in eodem.34. Et tranſierunt inter diuiſiones eius. ſignificat etiã tranſgredi. Nu.14. Quare tranſgredimini verbum dñi. Deut.17. Vt tranſgrediantur pactum illius. 2. Paralipo.24. Quare vos trãſgredimini preceptũ domini. p̃s.103. Terminũ poſuiſti quem non tranſgredientur. Hiere.23. Et quaſi homo madidus a vino. pro quo hebrei legũt. Et quaſi homo quem trãſcendit vinũ. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Dicitur etiã tranſlatiue de moneta currente. i. hinc inde trãſeunte per manus mercatorum. Geñ.23. Quadringentos ſiclos argenti probate monete publice. Pro quo in hebreo legitur. Quadrigẽtos ſiclos argenti tranſeuntis mercatori. Et inde verbũ tertie coniugationis. i. tranſire facere: traducere. trãſferre. Geñ.32. Traductis omnibus que ad ſe ptinebant. & in eodẽ.47. Et cũctos populos eiꝰ a nouiſſimis terminis egypti. Pro quo hebrei legunt. Et cunctos populos trãſire fecit ſiue trãſtulit ad ciuitates: a nouiſſimis terminis egypti. i. habitatores vniuſcuiuſq; ciuitatis fecit tranſire ad aliam: vt nullus que ſua erant poſſideret. Exo.36. Iuſſitq; moyſes preconis voce cantari. Pro quo hebrei legunt. Iuſſitq; moyſes & tranſire fecerunt vocem. i. preconem per caſtra. Leuit.25. Et clãges buccina mẽſe ſeptimo. Pro quo hebrei legunt. Et tranſire facies buccinã mẽſe ſeptimo. Deut.18. Ne inueniatur in te qui luſtret filiũ aut filiã ſuam ducens per ignẽ. Pro quo hebrei legunt. Non inueniatur in te tranſire faciens vel tranſferens filium aut filiam ſuã per ignẽ. Ioſ.7. Quid voluiſti traducere populum iſtum iordanẽ. 1. Reg.2. Vt trangredi faciatis populum dñi. & in eodẽ.20. Iecit aliam ſagittã trans puerũ. Pro quo hebrei legunt. iecit ſagittã vt trãſire faceret eũ. 2. Reg.12. Et traduxit in typo laterũ. i. tranſire fecit. & in eodem.19. Et traduceret eum iordanem. Et in eodem. Trãſierunt vada vt traducerent domũ regis. 2. Paralipo.15. Et abſtulit idola de omni terra iuda. Pro quo hebrei legunt. Et tranſire fecit ſiue tranſtulit idola de omni terra iuda. Et in eodem 33. Et trãſire fecit filios ſuos per ignem. Hiere.15. Et adducam inimicos tuos de terra quã neſcis. i. tranſferã. Et inde עֵבֶר Eeber. i. trãs. ex aduerſo. ante. pars. Exo.25. Vt luceat ex aduerſo. Eſa.9. Trans iordanẽ galilee. Ezech.9. Vnũqd q; ante faciem ſuam gradiebatur. & preponitur ei littera beth. Et dicitur בְּעֵבֶר Beeber. Deut.1. Hec ſunt verba que locutus eſt moyſes trans iordanem. Ioſ.1. Quam tradidit vobis moyſes trans iordanem. i. in altera parte iordanis. Et aliquando ſcribitur cum littera mem in principio & dicitur מֵעֵבֶר Meeber. Ioſ.18. Que eſt trans flumen ethiopie. Ponitur etiam עֵבֶר Eeber. pro parte. 1. Reg.14. Separamini vos in partem vnam; & ego cũ ionatha filio meo ero in parte altera. Eſa.45. vnuſquiſq; in via ſua errauerunt. ideſt in partem ſuam. Et in plurali עֲבָרִים Aabarim. Hiere.49. Ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos. Pro quo hebrei legunt. Ex omnibus partibus eorum. Et inde הָעֲבָרָה Haabara. i. tranſitus ſeu vadum fluminis. Vt.2. Reg.19. Et irrumpentes iordanem tranſierunt vada. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעְבַּר Maabar ſine מַעֲבָרָה Maabara. Geñ.32. Tranſiuit vadum iaboc. Eſa.10. Tranſierunt curſim. Pro quo hebrei legunt. Tranſierũt vadum vel tranſitum aut tranſitu. Et in plurali מַעְבָּרוֹת Maabaroth. Ioſ.2. Secuti ſunt eos per viã que ducit ad vada iordanis. Iudi.3. Et occupauerunt vada iordanis. Hiere.51. Et vada preoccupata ſunt. Et inde עִבְרִי Iibri. ideſt hebreus. Geñ.14. Nunciauit Abram hebreo. Et in eodem.41. Erat ibi puer hebreus. Et in plurali עִבְרִים Iibrim. ideſt hebrei. Exo.2. Conſpexit duos hebreos rixantes. Et in eodem.3. Dominus deus hebreorum vocauit nos. Ponitur etiã עֵבֶר Eeber in ſingulari pro hebreis. Nu.24. vaſtabunt aſſyrios vaſtabuntq; hebreos. & vocantur ſic eo quod patres eorum habitauerunt trans flumen eufratem: & inde venit Abraam qui fuit dictus hebreus. quod interpretatur tranſitor. Ioſ.24. Trans flumen habitauerunt patres veſtri ab initio. Et infra in eodem. Tuli ergo patrem veſtrum Abraam de meſopotamie finibus. pro quo hebrei legunt. De trans flumen. Et inde בְּעָבוּר Baabur. ideſt idcirco. vt. pro. propter. propterea. Exo.9. Idcirco autem poſui te. 2. Reg.12. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaſti. p̃s.104. Vt cuſtodiãt iuſtificatiões eius. p̃s.131. Propter dauid ſeruũ tuum. Amos.2. Et pauperem pro calciamentis. Mich.2. Propter immũdiciam ſuam corrumpetur. Scribitur etiam aliquando cum lamed in principio & dicitur לְבַעֲבוּר Lebaabur. Exo.20. Vt enim probaret vos venit deus. Item עָבַר Aabar. quando eſt verbum quarte coniugationis tunc ſignificat iraſci: ſiue differre. Deut.3. Iratuſq; eſt dominus mihi. p̃s.77. Audiuit dominus & ſpreuit. ideſt iratus eſt. Et in eodem. Et hereditatem ſuam ſpreuit. Pro quo hebrei legunt. Contra hereditatem ſuam iratus eſt. p̃s.88. Diſtuliſti chriſtum tuum. Pro quo Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit iratus es ad uerſus chriſtum tuum. Prouer.14. Stultus tranſiuit & confidit. Pro quo hebrei legunt. Et ſtultus iraſcitur & cõfidit. Poteſt etiã legi ſicut eſt in littera noſtra ſecundũ primã ſignificationem. & in eodem.26. Sic qui tranſit & impatiens. ideſt iraſcens commiſcetur rixe alterius. Et inde עֶבְרָה Eebra. ideſt ira. indignatio. p̃s.77. Indignationem & iram & tribulationem. Prouer.27. Et virga ire ſue conſumabitur. Eſa.10. Et contra Populum furoris mei mandabo illi. Et in eodem.16. Et indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Hiere.7. Reliquit generationem furoris ſui. Et in plurali עֲבָרוֹת Eebroth. Iob.21. Ad diem furoris ducetur. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet ad diem furorum vel indignationum. Et in eodem. 40. Diſperge ſuperbos in furore tuo. Pro quo hebrei legunt. Diſperge indignationes furoris tui. p̃s.7. Exaltare in finibus inimicorum meorum. Pro quo hebrei legunt. Exaltare in indignationibus ſiue in furoribus hoſtium meorum. Vnde Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Exaltare indignans ſuper hoſtes meos. Poteſt etiam legi ſic. Exaltare in partibus vel in finibus inimicorum. Nam עֵבֶר Eeber ſignificat partem vel cõfinium. vt ſupra dictũ eſt. Item עִבֵּר Ibbar. i. concipere. Iob.21. Bos eorum concepit. Hebrei tamen legunt. Bos eorũ ipregnauit. Item עָבוּר Aabur. i. fructũ ſeu frumentum. aut fruges. Ioſ.

Trãſgredi.

Trãſcẽdere.

Trãſferre. Traducere.

Trãſgredi facere.

Auferre.

Adducere ex aduerſo. Trans. Ante.

Trans.

Trans.

Pars.

עֲבָרִים Confinia. Partes.

הָעֲבָרָה Vadum.

מַעְבַּר מַעֲבָרָה Tranſitus

מַעְבָּרוֹת Vada.

עִבְרִי Hebreus.

עִבְרִים Hebrei.

עֵבֶר Hebrei.

עֶבְרָה Indignatio Ira. Furor.

עֲבָרוֹת Furores.

Differre.

עֵבֶר עֵבֶר Concipere Impregnari. עָבוּר

Idcirco. Propter. Vt. Pro.

לְבַעֲבוּר Vt

עָבַר Iraſci.

Fruges. 5.Et comederunt de frugibus terre. Et in eodem. Defecit mana postquam comederunt de frugibus terre. Et dicunt hebrei ף significat frumētum anni transacti:a prima significatiõe deriuatum. Item עָבַר Aabar.idest affigere.3. Reg. 6.Et affixit laminas clauis aureis.Et aliqui hebrei secūdū primam significationem legunt.Et transire fecit laminas aureas.idest transire fecit eas in pariete ab vno angulo parietis in alterum.

עָבַר Affigere.

עָבַשׁ Aabas.Computrescere.Ioel.1. Computruerunt iumenta in stercore suo.& solū inuenitur in p̄dicto loco.

Computrescere.

עזז Aazaz. fortificare. roborare. confortare. preualere. impudentē seu procacissimū esse. Et cōmuniter scribitur cum simplici zaim. Iudi. 6. Et oppressi sunt valde abeis. Pro quo hebrei legunt. Et fortificata est siue inualuit manus Madian contra israel. Et beatus hieronymus transtulit sensum. p̄s.51. Et prenaluit in vanitate sua. p̄s.67. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Eccls.7. Sapientia confortauit sapientem. Esa.30. Expectantes auxilium in fortitudine pharaonis. Pro quo hebrei legūt. Ad fortificandum se in fortitudine pharaonis. Significat etiam librare. Prouer.8. Et librabat fontes aquarū. Sed etiā in predicto loco hebrei legūt. Et fortificabat fontes abyssi. Et inde עז Aaz. i. fortis. Esa.19. Et rex fortis dn̄abitur eorū. Et ī plurali עזים Aazim. p̄s.58. Irruerunt in me fortes. Et inde עזוז Iizuz. idest fortis seu fortitudo. aut virtus. p̄s.23. Dominus fortis & potens. p̄s.77. Et virtutes eius & mirabilia eius que fecit. p̄s.154. Et virtutem terribilium tuorum dicent. Esa.42. Effudit super eum indignationem furoris sui & forte bellum. Et communiter scribitur cum simplici zaín & dē עז Oz. siue עז Vuz. vt Exo.15. Fortitudo mea & laus mea dn̄s. p̄s.21. Dn̄s in virtute tua letabitur rex. p̄s. 27. Dominus diutor meus & protector meus. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Dominus fortitudo mea & scutum meum. Et in eodem. Dominus fortitudo plebis sue. p̄s.28. Dominus virtutem populo suo dabit. p̄s.115. Laudate eum in firmamento virtutis eius. Ponitur etiam pro imperio. Gen̄.49. Maior i donis & maior in imperio. 1. Reg.2. Et dabit imperium regi suo. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מעוז Maoz Esa.17. Et erunt ciuitates fortitudinis eius derelicte. Et in eodem.23. Quia deuastata est fortitudo vestra. & in eodem 30. Et erit vobis fortitudo pharaonis in confusionē. Hiere. 16. Dominus fortitudo mea & robur meum. Scribitur etiā cum nun post litteram záin. Esa.23. Vt contereret fortes eius. Ponitur etiam מעוז Maaoz pro petra. Iudi. 6. Tolle carnes & azymos panes & pone supra petram illam. Et inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur עזאזל Aazazel. & q̄ significat desertum: asperum atq; saxosum. De quo dictum est in dictione p̄cedenti. Item עז Aaz. idest impudens: seu procacissimus. Deut.28. Gentem procacissimam. Scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נעז Noaz. Esa.33. Populum imprudentem non videbis. debet legi impudentē. Prouer.7. Et procaci vultu blanditur dicens. Inde עזניה Oznia. nomen auis īmunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Halietū. Leuit.11. Gryphum & halietum.

עזב Aazab. relinquere. derelinquere. dimittere. adiuuare. subleuare. fortificare. Gen̄.2. Quam obrem relinquet homo patrem suum & matrem. & in eodem.28. Nec dimittam te nisi compleuero vniuersa que dixi. Exo.9. Et dimisit seruos suos & iumenta in agris. Nume.10. Noli inquit nos relinquere. Ruth.2. Quod reliqueris parentes tuos. 4. Reg.2. Viuit dominus & viuit anima tua quia non derelinquam te. & in eo.9. A die qua relinquit terram. Nee. 4. Nū dimittent eos gentes. & in eodem.15. Quare derelinquimus domum dei. Iob.10. Dimittam aduersum me eloquium meum. & in eodem.18. Nunquid propter te derelinquetur terra. p̄s.9. Tibi derelictus est pauper. p̄s.21. Quare me dereliquisti. p̄s.36. Et non vidi iustum derelictum. Esa. 6. & multiplicabitur que derelicta fuerat. & in eodem.7. Derelinquetur terra quam tu detestaris. & in eodem.17. Derelicte ciuitates Aroer: gregibus erunt. Et in eodem.32 Multitudo vrbis relicta est. & in eodem.62. Non vocaberis vltra derelicta. Significat etiam adiuuare vel subleuare. Exo.23. non pertransibis: sed subleuabis cum eo. Pro quo hebrei legunt. & desieris adiuuare eum: adiuuando adiuuabis cum eo: vel subleuando subleuabis cum eo. vel secundum primam significationem potest legi sic. Dimittens dimittes cum eo. idest dimittes odium quod habebas

in corde tuo cum eo. Et sic est in translatione chaldaica. Significat etiam secundum hebreos fortificare vel roborare. Nee.3. Et dimiserunt ierusalem vsq; ad murum platee latioris. idest extenderunt murum eius. vt exponit Nicolaus de lyra. Pro quo hebrei legunt. Et fortificauerunt. idest munierunt ierusalem vsq; ad murum platee latioris. Hiere. 25. Dereliquit quasi leo tabernaculum suum. Et in eodem. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem. Pro quo hebrei legunt. Quomodo non fuit fortificata ciuitas laudabilis. Potest etiam legi sic. Quomodo non fuit derelicta ciuitas laudabilis. idest quomodo non fuit derelicta ab obsidione. Et inde עָזוּב Aazub. idest dimissus vel residuus. Deut.32. Clausi quoq; defecerunt: residuiq; consumpti sunt. Vbi pro clausis ponitur עָצוּר Aasur. quod significat retentum. vel seruatum aut clausum. & pro residuis ponitur עָזוּב Aazub. quod significat dimissum vel derelictum. Et dicunt aliqui hebrei q; per עָצוּר Aasur intelligitur substantia argenti & auri quam homo retinet & claudit apud se. Et per עָזוּב Aazub intelligitur substantia pecoris & armenti. Et eadem verba habentur. 4. Reg. 14. Vbi dicitur & q; consumpti essent vsq; ad clausos carceris & extremos. Vbi pro clausis carceris ponitur עָצוּר Aasur. & pro extremis ponitur עָזוּב Aazub. & inde עֻזָּן Iizebon. idest mercatus siue nundine. Ezech. 27. Proposuerũt in mercato tuo. & in eodem. Argento: ferro: stanno: plũboq; repleuerunt nundinas tuas.

Fortificat. עזק Sepire. עזקא עזקתא Annulus. עזר Auxiliari. Adiuuare Residuus. Extremus עזן Mercatus Nundine.

עָזַק Aazac. sepire. Esa. 5. Et sepiuit eam & lapides collegit ex ea. Et solum inuenitur in predicto loco. Item עָזְקָא Iizca. siue עָזְקְתָא Iizchetha. in lingua chaldaica significat annulum. Dani. 6. Quẽ obsignauit rex annulo suo & annulo optimatum eius.

עָזַר Aazar. auxiliari. adiuuare. auxilium prebere. Genẽ. 49. Deus patris tui erit adiutor tuus. idest auxiliabitur tibi. 1. Reg. 7. Huc vsq; auxiliatus ẽ nobis dominus. 3. Reg. 1. Qui adiuuabant partes adonie. 2. Paralipo. 26. Adiuuit eũ dominus contra philistiim. Et in eodem. Vt adiuuarent regi contra inimicum. Et in eodem. Eo quod auxiliaretur ei dominus. Pro quo heberi legunt. Quia mirabiliter adiutus est. Et in eodem. 28. Dii regum syrie auxiliãtur eis. Et in eodem. Et aderunt mihi. idest auxiliabuntur mihi. p̃s. 27. In ipso sperauit cor meum & adiutus sum. Ps. 45. Adiuuabit eam deus mane diluculo. Esa. 41. Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur. Et in eodem. Confortaui te & auxiliatus sum tibi. Et in eodem. 50. Dominus deus auxiliator meus erit. idest auxiliabitur mihi. Dani. 11. Cum q; corruerint subleuabuntur auxilio paruo. idest adiuuabuntur. Et inde עֹזֵר Oozer. idest auxiliator siue adiutor. Esa. 31. Et corruet auxiliator. Et inde עָזוּר Aazur. idest adiutus siue ille cui prestatur auxilium. Esa. 31. Et cadet cui prestatur auxilium. Et inde עֵזֶר Eezer. idest adiutorium siue auxilium. Genẽ. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Deut. 33. Et adiutor illius contra aduersarios eius erit. Pro quo hebrei legunt. Et adiutorium eius. p̃s. 123. Adiutorium nostrum in nomine domini. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֶזְרָה Eezra. p̃s. 45. Adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Auxilium in tribulationibus inuentus est validum. Iob. 6. Ecce non est auxilium mihi in me. Et inde עֲזָרָה Aazara. idest atrium templi in quo implorabant auxilium diuinum. Sicut exponunt hebrei. Beatus hieronymus transtulit crepidinem. Ezech. 43. Et de sinu terre vsq; ad crepidinẽ nouissimã. Et in eodem. Et a crepidine minori vsq; ad crepidinẽ maiorẽ. & in eodem. Et crepido quattuordecim cubitorum erat.

Auxiliator. עזור עזר Adiutoriũ עזרה auxilium. Crepido.

עֵט Eet. stilus. calamus. Iob. 19. Stilo ferreo & plumbi lamina. Ps. 44. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.

עֵט Stilus. Calamus.

עָטָה Aata· inuoluere. induere. operire. contexere. amicire. diuertere. vagari. Leuit. 13. Os veste contectum Pro quo hebrei legunt. Et super labia inuoluat vel cooperiat: Et est sensus sicut in littera nostra. Ps. 83. Etenim benedictionem dabit legis lator. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Benedictione quoq; amicietur doctor. p̃s. 103. Amictus lumine sicut vestimento. p̃s. 108. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. Et in eodem. Et operiantur sicut diploide confusione sua. Esa. 22. Et quasi amictum subleuabit te. Pro quo hebrei legunt. Et amiciẽs amiciet te. siue inuoluens inuoluet te. Hiere. 43. Et amicietur terra egypti: sicut amicitur pastor pallio suo. Ezech. 21. Amicti ad eedem. Et inde מְעָטָה Maate. idest pallium siue amictum. Esa. 61. Pallium laudis pro spiritu meroris. Significat etiam predicta dictio diuertere seu vagari. 1. Reg. 15. Sed versus ad predam es. idest diuertisti ad predam. Canti. 1. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Et aliqui hebrei secundum primam significationem legunt. Ne sim sicut inuolutа vel cooperta post greges vel super greges sodalium tuorum. Et Origenes super cantica legit sic. Ne quando fiam sicut coopertus super greges sodalium tuorum. Ponitur etiam pro auersari. 1. Reg. 25. Et auersatus est eos. & aliqui hebrei dicunt q; deriuatur a dictione עָיִט Aait. de quo infra dicetur in suo loco.

Inuoluit. amicire. Operire Pallium. Diuertere Vagari. auersari. עָיִט

עָטַלֵף Aataleph. vespertilio. Leuit. 11. Vespertilionem & vpupam. Et in plurali עֲטַלֵּפִים Aatalephim. Esa. 2. Vt adoret talpas & vespertiliones.

עטלף vespertilio עֲטַלֵּפִים vespertiliões

עָטִן Aatin. viscera. secundum translationem nostram. Iob 21 Viscera eius plena sunt adipe. Hebrei tamen dicunt q; significat vas in quo lac mulgent. Et pro adipe hebrei legunt lacte: nam eisdem litteris vtrunq; scribitur in hebreo.

Viscera. עטן

עָטַף Aataph. deficere. anxiari. mestum esse: cooperire. inuoluere seu occultare. serotinum seu posteriorẽ esse. p̃s. 60. Anima eorum in ipsis defecit. p̃s. 141. In deficiendo ex me spiritum meum. p̃s. 142. Et anxiatus est super me spiritus meꝰ. Et in titulo. p̃s. 101. Vbi dicitur oratio pauperis cum anxiaretur. Threñ. 2. Cum deficeret paruulus & lactens. Et in eodem. Cum deficerẽt quasi vulnerati. Et in eodem. Qui fame pereunt in capite omnium compitorum idest qui fame deficiunt. Significat etiam cooperire vel inuoluere. vt Iob. 23. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Pro quo he. le. Inuoluetur siue coopietur ad dexterã & nõ videbo. quasi dicat. si in pte dextera. i. in pte meridionali coopuerit vel occultauerit se non videbo eum. p̃s. 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. p̃s. 64. Et valles abundabunt frumento. Pro quo hebrei legunt. Operientur frumẽto. Esa. 57. Quia spiritus a facie mea egredietur. Pro quo hebrei le. quia spiritus a facie mea inuoluetur vel cooperietur. Alii vero secundum primam significationem legunt. Quia spiritus a facie mea anxiatur. idest orat cum anxia & gemitu. Inde מְעַטְּפוֹת Moatiphoth. idest pallio la. Esa. 3. Mutatoria & palliola & linteamina. Item עָטָף Aataph. idest serotinũ seu posteriorem esse. Genẽ. 30. Quãdo vero serotina admissura erat & conceptus extremus

Deficere. anxiari. Inuoluet. Operire. Egredi. מְעַטְּפוֹת Palliola. עָטָף Serotinũ esse

non ponebat eas. & in eodem factaq; sunt ea que erant serotina laban: & que primi temporis iacob.

עטר Lingere i modū corone. Coronare.

עָטַר Iiter.coronare.circuire.s.in modū corone.1.Reg.23. In modum corone cingebant Dauid & viros eius. ps.5. vt scuto bone voluntatis tue coronasti eum.ps.8.Gloria & honore coronasti eum.ps.64. Benedices corone anni benignitatis tue. Pro quo hebrei legunt. Coronasti annum bonitate tua. Beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Voluetur annus in bonitate tua. ps. 102. Qui coronat te misericordia & miserationibus. Cāti.3. In diademate quo coronauit eum mater sua. Et inde

עֲטָרָה Aatara. Corona.

Aatara. idest corona seu diadema. vt in p̄dicto loco. & Ps. 21. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Prouer.4. Corona inclyta proteget te. Esa.28. Pedibus conculcabitur corona superbie. Ezech.1. Auser eidarim: tolle coronam. Et in plurali

עֲטָרוֹת Aataroth. Zach.6. Et facies coronas & pones in capite iesu. Et inde

עֲטָרוֹת Corone. מַעֲטֵרָה

מַעֲטֵרָה Maatira. idest coronata. Esa.33. Quis cogitabit hoc super tyrum q̄ dam coronatam.

עטש Sternutare. עי Aceruus.

עָטַשׁ Aatas.sternutare.Iob.41. Sternutatio eius splendor ignis. & solum inuenitur in predicto loco.

עִי Ii. aceruus .s. lapidum. de quo vide infra in dictione עִיָּה Aaia.

עיב Obtegere caligine. עָב Nubes.

עִיב Aaiab. obnubilare. obtenebrare. caligine obtegere. Threñ.2. Quomodo obtexit caligine. Et inde עָב Aab idest nubes. caligo.3. Reg.18. Et ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Prouer.6. Quasi imber serotinus. idest sicut nubes serotini imbris. Esa. 14. Ascēdam super altitudinem nubium. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet super altitudinem nubis. Et in eodem.18. Sicut nubes roris in die messis. Et in eodem. 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo.19. Iam nuc veniam ad te in caligine nubis. Et in plurali

עֲבִים Caligo Nubes עָבוֹת Nubes Nubila

עֲבִים Aabim. Iudi.5. Celiq; ac nubes stillauerūt aquis. Reperitur etiam עָבוֹת Aaboth. secundum terminationem femininorum.2. Reg.23. Mane absq; nubibus rutilat. ps.76. Multitudo sonitus aquarū. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Excusserunt aquas nubila. Significat etiam loca ardua & inaccessibilia ad similitudinem nubium. Hiere. 4. Ingressi sunt ardua ascenderunt rupes.

Ardua.

עִיָּה Aaia. aceruus. s. lapidum. siue deuastatio. Et scribitur sine he. & dicitur עִי Ii. Michee .1. Et ponam ierusalem quasi acerum lapidum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְעִי Mei. vt Esa.29. Et erit sicut aceruus lapidum in ruina. Ponitur etiam עִי Ii. pro deuastatione. vel consumptione. Iob.30. Verūtamen non ad consumptionem eorum emittit manum. Et in plurali עִיִּים Iim. ps.78. Posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Posuerunt ierusalem in aceruos lapidum. Mich.3. Et ierusalem quasi aceruus lapidum erit. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. quasi acerui lapidum.

עי Aceruus. מעי עי Consumptio עיים Acerui.

עין Congregare Confugere

עִין Aaiaz. congregare. confugere. Exo.19. Mitte ergo iā nunc & congrega iumenta tua. Significat etiam confugere: secundum hebreos. Esa.10. Migrauit medemena: habitores gabim confortamini. Pro quo hebrei legunt. Habitatores gabim confugite. Potest etiam legi congregamini: scilicet in arcem vel munitionem. Hiere.4. Confortamini nolite stare. Pro quo hebrei legūt. Congregamini vel confugite. scilicet in arcem vel in munitionem. Et in eodem. 6. Confortamini filii Beniamin in medio ierusalem. Pro quo hebrei legunt. Confugite filii Beniamin de medio ierusalem. Potest etiam deriuari a dictione עֲזַז Aazaz que significat confortare. vt supra dictum est.

עיט Volucris. Auis.

עַיִט Aait. auis . volucris . & solum inuenitur in numero singulari. Et ponitur aliquando singulare pro plurali . Geñ. 15. Descenderunt volucres super cadauera. Esa. 18. Et relinquentur simul auibus montium . Et in eodem. Et estate perpetua erunt super eum volucres. Et in eodem. 46. Vocans ab oriente iustum. Pro quo hebrei legunt. Vocans ab oriente auem. & sic est in bibliis nostris correctis. s. auem. & dicitur de cyro rege persarū: qui dictus est auis propter eius velocitatem. Hiere.12. Nunquid auis discolor hereditas mea mihi : nunquid auis tincta per totum . Ezech. 39. Auibus omniq; volatili. Et inde dicunt aliqui q̄ deriuatur verbum עט Aat. i. abigere ad similitudinem auium. 1. Reg. 25. Et auersatus est eos. Pro quo ipsi legūt. & abegit eos. siue inuectus est in eos.

עט Abigere.

עִם Fortitudo

עִם Aaiam. fortitudo. Esa.11. In fortitudine spiritus sui. & solum inuenitur in predicto loco.

עין Oculus

עַיִן Aain. siue עִן Een. oculus. aspectus. color. fons. Exo. 21. Oculum pro oculo. Deut.33. Habitabit israel confidenter & solus oculus iacob. Et in eodem.34. Non caligauit oculus eius. Iob.10. Ne oculus me videret. Prouer.30. Oculum qui subsānat patrem. Esa.52. Oculo ad oculum videbunt. Zach. 9. Quia dominus est oculus hominis. Ponitur etiam pro aspectu vel superficie. Exo. 10. Que operiet superficiem terre. Pro quo hebrei legunt. aspectum vel colorem terre. Et in eodem. Operueruntq; vniuersam superficiem terre. Leuit.13. Et siquidem lepra vltra creuerit nec transierit in cute priores terminos. Pro quo hebrei legunt. Et ecce plaga in colore vel aspectu suo steterit: nec creuerit plaga in cute . Et in eodem. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam. idest colorem vel aspectum plage pristinum . Nume. 11. Erat autem man quasi semen coriandri coloris bdelii . Pro quo hebrei legunt. Et man quasi semen coriandri albū. s. erat: & color eius sicut color bdelii. Prouer. 25. Cū splenduerit in vitro color eius. Ezech.1. Quasi species electri. idest quasi aspectus electri. & in eodē. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Et in eodē. Quasi visio lapidis sapphyrini. idest q̄si aspectus lapidis sapphyrini. Et i plurali עֵינַיִם Eenáim. siue עֵינֵי Eene. Geñ.3. q̄ bonum esset lignum ad vescendū & pulchrum oculis. & in eodem. Hoc erit tibi velamen oculorum. Nu.10. Et eris ductor noster. Pro quo hebrei legunt Et eris nobis pro oculis. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Deut.11. Et inter oculos vestros collocate. z. Paralipo. 16. Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram . Iob . 21. Videbunt oculi eius interfectionem suam. Ps.33. Oculi domini super iustos. Esa.3. Vt prouocarent oculos maiestatis eius. Et in eodem.33. Regem in decore suo videbunt oculi tui. Ezech. 6. Et oculi eorum fornicantes. Zach.3. Super lapidem vnum septem oculi sunt. & est tam generis masculini quam feminini vt patet in locis predictis . Et inde verbum עין Iien . idest intueri . aspicere. siue oculos in aliquem iniicere. 1. Reg. 28. Non rectis igitur oculis saul aspiciebat Dauid . Ponitur etiam עֵינַיִם Een áim pro biuio itineris. eo quod ibi viator apertis oculis aspicit qnod iter capiat. Geñ . 38 . Sedit in biuio itineris. Pro quo hebrei legunt . Sedit in porta oculorum siue in apertura oculorum . Et in eodem . Vbi est meretrix que sedebat in biuio. vbi pro biuio ponitur עֵינַיִם Een áim. Item עֵין Aáin. siue עִן Een. idest fons. Geñ. 14. Et vene-

Facies Color Species Biuium

עין aspicere עֵינַיִם Biuium עֵין עִן

runt vsq; ad fontem mesphat. Et in eodem. 24. Ecce ego
Fons. sto prope fontem aque. Iudi. 15. Fōs inuocatis de maxilla.
עֵינוֹת Et in plurali עֵינוֹת Eenoth. Exo. 16. Duodecim fōtes aqua
Fontes. rum & septuaginta palme. Deut. 8. Terra riuorum & fon-
tium. Prouer. 8. Et librabat fontes aquarum. Scribitur etiā
מָעְיָן cum mem in principio & dicitur מָעְיָן Maiian. Leuit. 11. Fō
tes vero & cisterne. Quod in hebreo legitur singulariter. s.
Fons. fontem & cisternam. p̄s. 113. Et rupem in fontem aquarum.
Prouer. 25. Fons turbatus pede. Canti. 4. Hortus conclu-
sus fons signatus. & in eodem. Fons hortorū puteus aqua-
מַעְיָנוֹת rum viuentiū. Et in plurali מַעְיָנוֹת Maianoth. Geñ. 7. Ru-
Fontes. ptiq; sunt omnes fontes abyssi magne. Prouer. 8. Nec dum
מַעְיָנִים fontes aquarum eruperant. Reperitur etiam מַעְיָנִים Maia
nim secundum terminationem pluralem masculinorum.
Fontes. p̄s. 103. Qui emittis fontes in cōuallibus. p̄s. 86. Sicut letan
tium omnium nostrum habitatio est in te. Pro quo beatus
hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Et cantores
quasi in choris omnes fontes mei in te. Potest etiam legi se
cundum primam significationem sic. Omnes intuitus mei
in te. i. in te solum respiciunt oculi mētis mee. vel sic omnia
viscera mea in te. Nam in lingua chaldaica significat visce-
ra. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris.

עָיַף Aaiaph. deficere. lassum esse. Esa. 40. Nō deficiet nec
Deficere. laborabit. & in eodem. Et deficient pueri & laborabūt.
Hiere. 4. Quia defecit anima mea propter interfectos. Et
עָיֵף inde עָיֵף Aaieph. idest lassus seu deficiens. Deut. 25. Quan
Labore cō fectus. do tu eras fame & labore confectus. Pro quo hebrei legunt
Et tu eras lassus & laborans. Esa. 5. Non est deficiens nec la
Lassus. Deficiens borans. & in eodem. 28. Hec est requies: reficite lassum. Vi-
de etiam de hoc supra in dictione יָעֵף Iaaph. & in dictione
עוף Vuph.

עִיק Aaiac. stridere. Amos. 2. Ecce ego stridebo subter vos
Stridere. sicut stridet plaustrum. Hebrei tamen dicunt q; signi-
עָקָה ficat arctare. siue coangustiare. Et inde עָקָה Aaca. i. angu-
tribulatio stia vl' tribulatio. Ps. 54. A voce inimici & a tribulatiōe pec
מוּעָקָה catoris. Scribitur etiam cū mē in principio & dicitur מוּעָקָה
Muaca. Ps. 65. Posuisti tribulationem in dorso nostro.

עִיר Iir. ciuitas. vrbs. oppidum. pullus. s. asini. Geñ. 4. Et
Ciuitas. edificauit ciuitatem. & in eodem. 11. Faciamus nobis
ciuitatem & turrem. Et in eodem. 55. Transiuitq; in salem
Urbs. Oppidum. vrbem sichimorum. Deut. 2. Oppidum quod in valle situm
est. Et in plurali cōmuniter scribitur siue iod in medio & di
עָרִים citur עָרִים Aarim. Geñ. 41. Omnis etiam frugum abun-
Urbes. dantia in singulis vrbibus recondita est. Exo. 1. Edificaue-
runt vrbes tabernaculorū pharaoni. Nume. 15. Vrbes qua-
oppida. les murate an absq; muro. Deut. 3. Absq; oppidis innume-
ris que non habebant murum. & in eodem. 4. Tunc separa
uit moyses tres ciuitates. & quandoq; retinet iod in plurali
עָרִים & dicitur עָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Principes triginta ciui-
Ciuitates. tatum. Pro quo hebrei legunt. Et triginta ciuitates cis. s.
erant. Ponitur etiam עָרִים Aarim. pro hostibus vel inimi-
עָרִים cis. 1. Reg. 28. Et transierit ad emulū tuum. i. ad hostem vel
Hostis. inimicum tuum. Mich. 5. Et conteram ciuitates tuas. Pro
quo hebrei legunt. Et cōteram hostes tuos. Potest etiam le-
gi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione
עִיר עוּר Vur. Item עִיר Iir. siue עָיִר Aair. idest pullus. s. asini.
עַיִר Geñ. 49. Ligans ad vineam pullum suum. Iob. 11. Pullum
Pullus. onagri se liberum natum putat. Zach. 9. Et super pullum fi
עֲיָרִים lium asine. Et in plurali עֲיָרִים Aaiarim. Iudi. 10. Habens
Pulli. triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum. & in
hebreo in predicto loco non habetur asinarum: sed sic. Se-
dentes super triginta pullos. Et dicunt aliqui hebrei q; intel
ligitur de pullis equorum. Item עִיר Iir. i. vigil. De quo vi-
de supra in dictione עוּר Vur.

עַיִשׁ Aais. sidus. siue constelatio stellarū. Pro quo beatus
hieronymus trāstulit vesperum. Iob. 38. Et vesperū
super fines terre consurgere facis. vide etiam de hoc supra
in dictione עוּשׁ Vus.

עַכְבָּר Aachbar. mus. Leuit. 11. Mustela & mus. 1. Reg. 6. &
quinq; mures aureos.

עַכָּבִישׁ Aacabis. aranea. Iob. 8. Aranearum tela fiducia
eius. Esa. 59. Telas arance texuerunt.

עָכְסִים Eeches. monile: seu calciamentum. i. ornatum. Esa. 3.
Auferet dominus ornamentum calciamentorum. Et
Et inde verbum עָכַס Aachas: quod significat cum tali cal-
ciamento in pedibus incedere. vel composito gradu ince-
dere. Vt in eodem. & pedibus suis composito gradu ince-
debant. Ponitur etiam עָכָס Eeches pro compede: secun-
dum hebreos. Prouer. 7. Et quasi agnus lasciuiens & igno-
rans & nescit q; ad vincula stultus trahatur. Pro quo hebrei
legunt. Et sicut compes ad correctionem stulti: seu advincu
lum stulti.

עָכַר Aachar. turbare. conturbare. Geñ. 33. Turbastis me.
Ios. 7. Quia turbasti nos exturbet te dominus in hac
die. Iudi. 11. Et ipsa decepta est. Pro quo hebrei legunt. Et
tu fuisti in conturbantibus me. 1. Reg. 14. Turbauit pater
meus terrā. 1. Paralipo. 2. Qui turbauit israel. p̄s. 38. Et do-
lor me⁹ renouatus est. Pro quo beatus hieronymus in psal.
iuxta he.ve. trāstulit. Et dolor meus cōturbatus est. Prouer.
15. Et in fructibus impiorum conturbatio.

עָכְשׁוּב Aachsub. aspis. serpentis genus. p̄s. 139. Venenum
aspidum sub labiis eorum. Quod in hebreo legitur
singulariter. s. Venenum aspidis sub labiis eorum.

עַל Aal. super. supra. in. ad. apud. prope. iuxta. pro. propter
aduersus. aduersum. contra. De quo vide infra in dictio-
neעֲלֵה aala. quia inde deriuatur.
ool. iugum. De quo vide in dictione sequenti.

עָלַל Aalal. operari. facere. vindemiare. deuastare. depre-
dari. spoliare. illudere. abuti. operire siue inuoluere.
Exo. 9. Quotiens contriuerim egyptios. Pro quo hebrei
legunt. Quid fecerim vel quid operatus sim in egypto.
Threñ. i. quoniam vindemiauit me. Pro quo hebrei le-
gunt. quem fecit mihi siue quem operatus est mihi. Et i eo
dē. Et vindemia eos sicut vindemiasti me. Pro quo hebrei
legunt. Et fac eis sicut fecisti mihi. idest destruc eos sicut
destruxisti me. Potest etiam significare vindemiare sicut est
in littera nostra. vt infra dicetur. & inde עֲלִילָה aalila. idest
actus. opus. studium. adinuentio. cogitatio. consiliū. p̄s. 65.
Terribilis in consiliis super filios hominum. pro quo bea
tus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Terri-
bile consilium super filios adam. idest opera eius sunt terri
bilia. Hiere. 32. Magnus consilio & incomprehensibilis co-
gitatu. vbi ponitur pro cogitatu. Et inde עֲלִילָה Iila. Quod
in lingua chaldaica significat occasionem. Dañ. 6. Et quere
bant occasionem ex latere regis. Et in eodem. Nullamq;
causam & suspitionem reperire potuerunt. idest nullam oc
casionem. Et in plurali. עֲלִילוֹת aaliloth. 1. Paralip. 16. No-
tas facite in populis adinuentiones eius. i. opera eius. p̄s.
104. annunciate inter gentes studia eius. idest opera eius.
Ezech. 20. Nec secūdum sceleraveſtra pessīma. Pro quo he.
le. secundum opera vīa corrupta. significat ēt עֲלִילוֹת aali-
loth excusationes. scilicet falsas. siue occasiōes verborū. p̄s.
140. ad excusandum excusationes in peccatis. vbi poni-
tur verbum & nomen ab eo deriuatum. Sed Beatus Hiero-

עִיר Vigil.
יְשִׁי Vesperus.
עַכְבָּר Mus.
עַכָּבִישׁ Aranea.
עָכָס Calciamē-tum.
עָכַס Cōposito gradu i codere.
עָכָס Compes.
עָכַר Turbare
עָכַר Cōturbare
עָכְשׁוּב aspis.
עַל Super.
עַל
עָלַל Facere. Vindemiare
עֲלִילָה Consilium
עֲלִילָה Cogitat⁹.
עֲלִילָה occasio.
עֲלִילוֹת Studia. Studiū Scelera opera
עֲלִילוֹת Excusatio nes Volunt⁹ co gitatiōes

nymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Voluere cogitationes impias. idest cogitare cogitationes impias. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲלֵלֵי Maalele. idest opera seu adinuentiones: vel cogitationes. aut studia. Ps. 27. Et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Ps. 76. Memor fui operum domini. Hiere. 25. Et a pessimis cogitationibus vestris. & in eodē. 26. Bonas facite vias vestras & studia vestra. Significat etiam predicta dictio עָלַל Aalal. vindemiare. seu reliquias ex vindemia remanentes colligere. Deut. 24. Non colliges remanentes racemos: sed cedent in vsus aduene populi ac vidue. Hiere. 6. Vsq; ad racemum colligēt quasi in vinea reliquias israel. Pro quo hebrei legunt. Vindemiando vindemiabūt vel colligendo colligēt quasi in vinea reliquias israel. Threñ. 1. Qm̄ vīdemiauit me. Et ide עוֹלְלוֹת Oolelloth. i. racemi remanentes post vindemiam. Iudi. 8. Nonne melior est racemus ephraim vindemiis abiezer. Esa. 17. Et relinquetur in eo sicut racemus. & in eodem. 24. Et racemi: cum fuerit finita vindemia. Hiere. 49. Si vindemiatores venissent super te nonne reliquissent racemos. Mich. 7. Velut qui colligit in autūno racemos vindemie. Item עָלַל Aalal. idest spoliare. depdari. deuastare. seu occidere. Iudi. 20. In illa quoq; fuga palantes & in diuersa tendentes occiderunt quinq; millia viros. Pro quo hebrei legunt. Et occiderunt eos siue deuastauerunt in viis vel in itineribus quinq; millia viros. Esa. 3. Populum meum exactores sui spoliauerunt eum. Threñ. 3. Oculus meus depredatus est animā meam. Significat etiam illudere. Nume. 22. Quia illusisti mihi. 1. Reg. 31. Et interficient me illudentes mihi. Hiere. 38. Ne forte tradar in manus eorum & illudant me. Significat etiam abuti. Iudi. 19. Qua cum tota nocte abusi essent. Itē significat operire vel inuoluere. Iob. 16. Et operui cinere carnem meam. Pro quo hebrei legunt. Et inuolui siue operui cinere cornu meum. Et accipitur cornu pro fortitudine vel imperio. Item עוֹלֵל Oolel. idest paruulus infans. Hiere. 6. Effunde super paruulum foris. Threñ. 2. Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi. Et in plurali עוֹלְלִים Oolelim. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Threñ. 4. Paruuli petierūt panem. vide etiam de hoc supra in dictione עוֹל Vul. scribitur etiā cum thau in principio & dicitur תַּעֲלוּלִים Thaalulim. Esa. 3. Et effeminati dominabuntur eis. Pro quo hebrei legunt. Et infantes seu parnuli dominabuntur eis. Potest etiā significare abutentes. vt dictum est supra. Ponitur etiam תַּעֲלוּלִים Thaalulim pro illusionibus. Esa. 66. Et ego eligam illusiones eorum. Item עָלִיל Aalil. idest probatū secundum translationem nostram. ps. 11. Argentum igne examinatum probatum terre. Hebrei tamen dicunt q significat vas paruū fictile in quo argentum vel aurum purgatur seu purificatur. De quo vide supra in dictione בָּעַל Baal. quia secundum aliquos hebreos illud beth quod preponitur predicte dictioni non est prepositio sed est de substantia dictionis. Item על Ol. i. iugum. Gen̄. 27. Tempusq; veniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Nume. 19. Nec portauerit iugum. Deut. 28. Et ponet iugū ferreum super ceruicem tuam. 1. Reg. 6. quibus non est impositum iugum. 3. Reg. 12. Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis.

עִלֵּג Iileg. balbus. Esa. 32. Et lingua balborum velociter loquetur. & solum inuenitur in predicto loco.

עָלָה Aala. ascendere. leuare. eleuare. ducere. adducere. obducere. crescere. pullulare. oriri. offerre. Gen̄. 2. Sed fons ascendebat de terra. Et in eodem. 17. Ascendit deus ab abraam. Et in eodem. 32. Iam enim ascendit aurora. Et in eodem. 35. Surge ascende bethel. & in eodem. 46. Et ego inde adducam te reuertentem. Pro quo hebrei legunt. Et ego ascendere te faciam vtiq; ascendendo: eo quod terra egypti erat humilior terra promissionis. Et in eodem. 49. Quia ascendisti cubile patris tui. Exo. 19. Moyses autem ascendit in montem ad deum. Et in eodem. 24. Ascende ad me in montē. Nume. 9. Cumq; ablata fuisset nubes que tabernaculum protegebat. idest cum eleuata fuisset. Et in eodem. Et statim diluculo tabernaculum reliquisset. Pro quo hebrei legunt. Et eleuata esset nubes diluculo. & in eodem. Et si post diem & noctē recessisset. idest eleuata fuisset & in eodem. 10. Vigessima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo federis. & in eodem. 16. Vt separentur a tabernaculis chore. Pro quo hebrei legunt. Et ascendant vel eleuētur a tabernaculis chore. & in eodem. Cumq; recessissent a tentoriis eorum. idest cum ascendissent vel eleuati essent. Deut. 1. Et tumentes superbia ascendistis in montem. Ios. 15. Ascendetq; terminus in bethagla. Iudi. 8. Reuertentesq; de bello ante solis ortum. Pro quo hebrei legunt. Ante solis ascensum. idest antequam sol ascenderet super terram. 1. Reg. 5. Ascendebat vlulatus in celum. & in eodem. 9. Et ascenderunt in ciuitatem. 4. Regum. 2. Cum leuare vellet dominus heliam per turbinem in celum. 2. Paralipo. 16. Et facies eum a me recedere. Pro quo hebrei legunt. Et ascendet a me. Iob. 20. Si ascenderit vsq; ad celum superbia eius. Ps. 46. Ascendit deus in iubilo. Ps. 67. Ascendisti in altum. Canti. 3. Que est ista que ascendit. Esa. 2. Venite ascendamus in montem domini. Hiere. 4. Ascendit leo de cubili suo. & in eodem. 46. Ascendens operiam terram. Et in eodem. 47. Ecce aque ascendent ab Aquilone. & in eodem. 49. Quasi leo ascendet de superbia iordanis. Et in eodem. 51. Et non ascendet loricatus. Ezech. 19. Et eduxit vnum de leunculis suis. pro quo hebrei legunt. Et ascendit seu creuit vnus de leunculis suis. Et in eodem. 36. Et ascendistis super labium lingue. Osee. 1. Et ascendent de terra. Et inde verbum tertie coniugationis. idest ascendere facere. seu ducere: aut educere vel adducere. scilicet de inferioribus ad superiora. siue eleuare. Exo. 32. Qui nos eduxit de terra egypti. idest qui nos ascendere fecit. Et in eodem. Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Ios. 7. Et duxerunt eos ad vallem achor. Et secundum hebreos vallis Achor erat sublimior valle in quo ipsi erant vel quia inter eos & vallem achor erat aliquis mons vel collis quo ascenderunt vt ducerent eos ad vallem Achor. 2. Reg. 2. Sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid. idest ascendere fecit eos: quia terra promissionis ad quam duxit eos erat sublimior. Et in eodem. 6. Vt adducerent arcam dei. Et in eodem. Et adduxit arcam dei de domo obed edō Et in eodem. Dauid & omnis domus israel ducebant arcam. Hiere. 10. Eleuat nebulas ab extremitatibus terre. idest ascendere facit. Amos. 2. Ego sum qui ascendere vos feci de terra egypti. Naum. 2. Et miles captiuus ductus est. Significat etiam obducere. Hiere. 8. Quare non est obducta cicatrix filie populi mei. Et in eodem. 33. Ecce obducam eis cicatricem & sanitatem. Hebrei tamen dicunt q significat sanare vel curare. Et inde תְּעָלָה Theala. idest sanitas seu medicamentum. vt in predicto loco. Et in eodem. 46. Frustra multiplicas medicamina: sanitas non erit tibi. Significat etiam predicta dictio עָלָה Aala. crescere seu pullulare. quod est idem quod ascendere. 3. Reg.

Ascendere

Eleuare.

Leuare.

Educere.

Ducere.

Adducere

Eleuare.

Ascendere facere.

Obducere

תְּעָלָה Sanitas. medicamē

עָלָה Crescere

Crescere. 22. Cōmissum est ergo prelium in die illa. Pro quo hebrei legunt. Creuit seu augmētatum est prelium in die illa. Esa. 5. Et ascendent super eam vepres & spine. i. crescent seu pullulabunt. & in eodem. 32. Super humū populi mei spine & vepres ascendent. i. crescent siue orientur. Et in eodem. 34. Orientur in domibus eius spine. Ezech. 54. Et succrescere faciam super vos carnes. Et in eodem. Et carnes ascenderūt idest creuerunt. Et in eodem. Et super torrentem orietur in ripis eius. Ponitur etiam pro operire. Exo. 16. Cumq; operuisset superficiem terre apparuit in solitudine quasi minutum. Pro quo aliqui hebrei secundum precedentem significationem legunt sic. & creuit ros qui iacuerat: & ecce super faciem solitudinis minutum. significat etiā predicta dictio עָלָה Aala offerre vel afferre sacrificium vel holocaustū: eo quod eleuabatur corā domino. Gen. 8. Obtulit holocausta super altare. Nume. 22. Imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. idest obtulerunt. Deut. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris. Et in eodem. Sed in loco quem elegerit domin⁹ in vna tribuum tuarum offeres hostias. Iudi. 6. Et taurum alterum impositum super altere. idest oblatum. 1. Reg. 2. Quam afferebat statutis diebus. 3. Reg. 10. Et holocausta que offerebat in domo domini. Et in eo. Mille hostias in holocaustum obtulit salomon. 2. Paralipo. 24. Et offerebantur holocausta in domo domini. Et inde עוֹלָה Oola. idest holocaustum. hostia Gen. 12. Et offeres eum in holocaustū. Leuit. 1. In holocaustum & suauē odorem domini. Nume. 29. Absq; holocausto sempiterno. p̄s. 19. Et holocaustum tuum pingue fiat. p̄s. 50. Sacrificium & holocaustum. Esa. 61. Odio habens rapinam in holocaustū. Et in plurali עוֹלֹת Ooloth. Gen. 8. Obtulit holocausta super altare. 3. Reg. 3. Mille hostias in holocaustum. Et in lingua chaldaica dicitur עֲלַוָן Aalauā. Esd. 6. Et hedos in holocaustum. Et inde עֲלוֹת Aaloth. i. vasa quedam que erant in ministerium holocaustorum. 2. Paralipo. 24. De qua facta sunt vasa templi in ministerium ad holocausta. Ponitur etiam עֹלָה Oola pro cogitatione. Ezech. 20. Nec cogitatio mentis vestre fiet. i. illud qđ ascendit in mente vestra. Ponitur etiam עֲלִיָה Aalia. pro holocausto. seu victima. 2. Paralipo. 9. Et victimas quas immolabat in domo domini. Hebrei tamen secundum primā significationem in predicto loco legunt. Et ascensum eius quo ascendebat in domo domini. Et inde עֲלִיָה Aalia. i. cubile. cenaculum. Iudi. 3. Viderunt clausas fores cenaculi. Et in eodem. Forsitan purgat aluū in estiuo cenaculo. 4. Reg. 4. Faciamus ergo ei cenaculum paruum. Et in eodem. Et veniens diuertit in cenaculum. Dan. 6. Et fenestris apertis in cenaculo suo. Et in plurali עֲלִיוֹת Aalioth. p̄s. 103. Qui tegis aquis cenacula eius. Et inde מַעֲלֶה Maale. siue מַעֲלָה Maala. idest ascensus. seu gradus quo ascendunt. Nume. 34. Per ascensum scorpionum. Ios. 10. Et persecutus est eos per viam ascensus bethoron. z. Paralip. 35. Et sepelierunt eum supra sepulchra filiorum dauid. Pro quo hebrei legunt. Et sepelierunt eum in ascensu sepulchrorum filiorum dauid. Esa. 15. Per ascensum enim luith flens ascendet. Et in plurali. מַעֲלוֹת Maaloth. Exo. 20. Non ascendes per gradus ad altare meum. Et in titulo. p̄s. 119. Canticum graduū. Et similiter in psalmis sequentibus. Ezech. 40. Et ascendit per gradus eius. Et in eodem. Et septem graduū erat ascensus eius. Et in eodem. 46. Gradus autem eius versi erant ad orientem. Amos. 9. Qui edificat in celo ascensiones suas. Significat ēt illud quod ascendit in cor hominis. i. cogitatiōes. vt Ezech. 11. Et cogitationes cordis vestri ego noui. Ponitur etiam מַעֲלוֹת Maaloth. pro horologio. vel lineis. eo quod ibi erant quidam gradus per quorum vmbram designabantur hore diei. Esa. 38. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearū per quas descenderat in horologio achaz in sole retrosum decem lineis. Et in eodem. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Et inde מְעָלָה Maala. idest supra. sursum. vel deinceps. Exo. 30. A viginti annis & supra Nume. 1. Ab vno mense & supra. Deut. 28. Et eris semper supra. Et in eodem. Ascendet super te eritq; sublimior. Pro quo he. le. Ascendet sup te supra supra. 1. Reg. 9. Ab humero & sursum eminebat supra omnem populum. Significat etiam deinceps. 1. Reg. 30. Et factū est hoc ex illa die & deinceps. Aggei. i. & nūc ponite corda vestra a die hac & supra. i. a die hac & deiceps. scribitur etiā cū lamed in prīcipio & dicitur לְמַעֲלָה Lemaala. Esa. 7. Siue in excelsum supra. Et i eodem. 37. Et faciet fructū sursum. Ezech. 1. A lumbis eius & desuper. Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מִמַּעַל Mimaal. siue מִמַּעֲלָה Mimaala. aut מִלְמַעֲלָה Milmaala. idest desuper Gen. 22. Potuit eum in altare super struem lignorum. Et in eodem. 49. Benedictionibus celi desuper. Exo. 20. Que est in celo desuper. Ios. 3. Que autem desup veniunt. 3. Reg. 7. Et mare super eos desuper erat. Iob. 3. Non requirat eum deus desuper. Esa. 6. Seraphim stabant super illud. Pro quo hebrei legūt. Seraphim stabant desuper ei. Ezech. 1. Et facies & pēne eorum extente desuper. Et in eodem. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum. Et inde מֹעַל Moal. idest eleuatio. Nec. 8. Et respondit omnis populus amen eleuātes manus suas. i. cum eleuatione manuū suarum. Et inde עֶלְיוֹן Elion idest excelsus. altissimus. superior. p̄s. 12. Et psalam nomini domini altissimi. p̄s. 46. Quoniam dominus excelsus terribilis. p̄s. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi. Esa. 14. Similis ero altissimo. Et in lingua chaldaica dicitur עִלָּאָא Ilaia. Dan. 3. Serui dei excelsi egredimini & venite. ponitur etiam עֶלְיוֹן Eliō pro exemplo. 3. Reg. 9. Et domus hec erit in exemplum. Pro quo hebrei legunt. Et domus hec erit excelsa. i. que erat excelsa. 2. Paralipo. 7. Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus & dicent stupētes. Pro quo in hebreo habetur. Et domus ista que erat excelsa vniuerso transeunti: super eam stupebit & dicet. Et in genere femininо עֶלְיוֹנָה Eeliona. Esa. 36. Et stetit in aque ductu piscine superioris. Ezech. 41. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora & medium. Et inde עַל Aal. i. super. supra. in. ad. cū. apud. prope. iuxta. pro. propter. aduersus. contra. Gen. 1. Et spiritus dei ferebatur super aquas. Et in eodem. 2. Non enim pluerat dominus super terram. Et in eodem. 3. Super pectus tuum gradieris. & in eodem 20. Quia induxisti super me & super populum meū peccatū. Exo. 1. Surrexit interea rex nouus super egyptum. Et in eodem. 20. Et offeretis super eum holocausta. Leuit. 4. Et pones super eos thus. Iob. 38. Et vesperum super fines terre consurgere facis. & in eodem. 39. Super ipsū sonabit phare tra. p̄s. 2. Super siō montē sanctū ei⁹. p̄s. 39. Et statuit supra petrā pedes meos. p̄s. 128. Supra dorsum meū fabricauerūt Peccatores. Esa. 1. super quo peutiā vos. & in eo. 7. Quieuit syria super ephraim. Et in eodem. 8. Et ascendet super omnes riuos eius. Et in eodem. 11. Et requiescet super eū spiritus domini. Hiere. 2. Sed in omnib⁹ que supra memorauī. Osee. 7. Reuersi sunt vt essent absq; iugo. pro quo hebrei legunt. Reuersi sunt: non supra. idest non tendunt ad superiora. Et. lxx. transtulerunt. reuersi sunt in nihilum. sed si p עַל Aal legatur עוֹל Aol. tunc significat iugum. sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione עֲלָל aalal. & similiter Osee. 11. Vbi nos legimus iugum autem imponetur

Crescere.
Orirī. succrescere.
Operire.
Offerre.
Afferre.
עוֹלָה Holocaustum.
עוֹלֹת Holocausta.
עַלְוָן Holocausta.
עֲלוֹת Vasa.
עֹלָה Cogitatio
עֲלִיָה Victima.
עֲלִיָה Cenaculū.
עֲלִיוֹת Cenacula.
מַעֲלֶה מַעֲלָה Ascensus.
Ascensus.
מַעֲלוֹת Gradus.
Dictiōes cogitatiōes
מַעֲלוֹת
Linee. Horologij
מְעָלָה Supra.
Supra. Sursum. Deinceps
לְמַעֲלָה Supra. Sursum & super
מִמַּעַל מַעֲלָה מִלְמַעֲלָה Desuper.
מֹעַל Eleuatio.
עֶלְיוֹן Altissimus Excelsus.
עִלָּאָא Excelsus.
עֶלְיוֹן Exemplus
עֶלְיוֹנָה superior.
עַל
super.
supra.

eis simul quod non auferetur.Hebrei legunt.& ad supra.i. ad superiora vocabit cum simul non eleuabitur.Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Significat etiam in:siue ad Gen.19.Salua animam tuam.pro quo hebrei legunt. Saluare in anima tua: siue saluum te fac in anima tua. Et in eodem.27.Viues in gladio.Exo.28.Sculpes eos nominibus filiorum israel.idest in nominibus.Et in eodem.29.Et posita in canistro offeres.Ios.2.Et ecce mulier ascēdit ad eos. Et in eodem.Per viam que ducit ad vada iordanis.1. Reg. 1.Orauit ad dominū flens largiter. & i eo.2. Abiit elchana in ramatha in domum suam.4.Regum.22. Dixit autē elchias pontifex ad saphan scribam.Ps.47.Ipse reget nos in secula.Pro quo hebrei legūt.Ipse reget nos vsq; ad mortem siue in morte:& beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. ipse dux noster super mortem. De quo vide infra in dictione עָלֵיהָ Alam.Esa.29. Et dabitur liber n escienti litteras.Pro quo hebrei legunt. Et dabitur liber ad eum qui nescit librum siue litteras.Et in eodem.38.cunctis diebus vite nostre in domo domini.Hiere.23. Hec dicetis vnusquisq; ad proximum suum & ad fratrem suum. Osee.12.& locutus sum super prophetas. idest ad prophetas.Significat etiam cum.iuxta.apud.secus.ante. Gen. 16. Cumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontem. Et ī eodem.18.Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. & in eodem.Ipse vero stabat iuxta eos.Et in eodem. 30.separatis inter se gregibus.Pro quo hebrei legunt. & posuit sibi greges seorsum & non posuit eas cum ouibus laban siue iuxta oues laban. Et in eodem.41.Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium. Pro quo hebrei legunt.& iuxta secundationem vel iterationem somnii.& est sensus sicut in littera nostra. Exo. 14. repererunt eos in castris super mare.idest iuxta mare. & in eodem.35. Viri cum mulieribus prebuerunt.& in eodem.40.Dimittesq; ante illam velum. idest iuxta arcam. Nume.2. & cum eis tribus filiorum manasse.1.Regum.20. fac ergo misericordiam cum seruo tuo.2.Regum.2.& occurrerunt eis iuxta piscinam gabaon.Nec.3.& iuxta eum edificauerunt viri hiericho & iuxta eos edificauit zachur.Ps.1.& erit tāquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum.Canti. 1.Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.idest iuxta greges vel cum gregibus.Ezech.1.iuxta fluuiū chobar.& in eodem.In terra chaldeorum secus flumen chobar Significat etiam.de.2.Reg.23.Dixit vir cui constitutū est de christo dei iacob.Hebrei tamen secundum primam significationem legunt sic.Dixit vir qui constitutus est supra:christus dei iacob.idest qui constitutus est in statu sublimiori.significat etiam.pro.siue propter.Gen. 26.Pro illo quoq; rixati sunt.Leuit.4.Offeret pro peccato suo. & in eodem.Rogabitq; pro eo sacerdos.Nume.15.& rogabit sacerdos pro omni multitudine israel.ps.7.Et propter hanc in altum regredere.Ps.9.Propter quid irritauit impius deum.Ps.31.Pro hac orabit ad te omnis sanctus.Ps.43. quia propter te mortificamur tota die.Ps.44. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.Ps.68.Quia propter te sustinui opprobrium.Threñ. 5. Propterea mestum factum est cor nostrum.Et in eodem.Propter montem sion quia disperiit.Ione.4.Propter hoc preocupaui vt fugerē in tharsis.Significat etiam aduersus siue contra. Gen. 4. Consurrexit cain aduersus fratrem suum Abel.Nu.16.Cūq; stetissent aduersus moysen.ps.2.Aduersus dominum & aduersus christum eius.Ps.14.& opprobrium non accepit aduersus proximum suum.ps.63.Et infirmate sunt contra eos lingue eorum.Esa.7.Ad preliandum contra eam. Et

Ps. Ad. Cum. Secus. Post. De. Pro. Propter. Aduersus. Contra Iuxta. Prope.

in eodem.9.simul ipsi contra iudam.& in eodem. 27. Ne forte visitetur contra eam.Habet fortasse & alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta. scribitur etiam cum iod in fine & dicitur עָלַי aale.Iob.29.Quando secreto erat deus in tabernaculo meo.Ps.91. In decachordo psalterio cum cantico in cithara. vbi ter ponitur predicta dictio.Hiere.9.Dolor meus super dolorem. & aliquando preponitur ei littera chaph & dicitur כְּעַל Cheal.idest quasi super:vel sicut ad.Esa.59.sicut ad vindictam quasi retributionem.idest quasi super retributionem.Et in eodem. 63. Et super omnibus que reddidit nobis dominus. & aliquando preponitur ei littera mem & dicitur מֵעַל meal.idest desuper.Gen.1.Diuisitq; aquas que erant sub firmamento ab aquisque erant super firmamentum.Ezech.1.nam cum fieret vox super firmamentum. scribitur etiam cum duplici mem in principio & dicitur מִמְּעַל Mimáal.siue מִמַּעֲלָה mimáala. De quo supra dictū est.& inde עָלֵיהָ aaléha.i.armū. seu femur.1.Regum.9. Leuauit autem coquus armum & posuit ante saul. Pro quo hebrei legunt. Leuauit autem coquus crus & femur eius.siue id quod erat super illud.Item עָלָה Aala.maculare vel profanare. succidere vel succedere.Gen.49.Et maculasti stratum eius. pro quo hebrei legunt. stratum meum maculatum seu profanatum est. Iob.5.sicut infertur aceruꝰ tritici in tempore suo.pro quo hebrei legunt.Sicut succiditur aceruus:scilicet messis in tēpore suo.Ps.101.Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.Pro quo hebrei legunt.Ne succidas me vel ne consumas me in dimidio dierum meorum.Hiere.48. Ciuitates illius succenderunt.Et alii legunt succiderunt vel exterminauerunt.Zach.14.Et apprehendet vir manum proximi sui.& sequitur in hebreo.& succidetur manus sua super manum proximi sui.Potest etiam legi sic. & ascendet siue eleuabitur manus eius super manum proximi sui.& ide תְּעָלָה Theala.idest aqueductus.3.Regum.18. Steterunt iuxta aqueductum piscine superioris.Et in eodem.20. Et quomodo fecerit piscinam & aqueductum.Esa.7.Ad extremum a queductus piscine superioris.& inde עֵלִי Eeli.idest pilum. Prouer.27.Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo.& dicūt aliqui hebrei ꝙ significat mortarium.Item עֵלָה aale.idest folium.frons. ramus. vt Gen. 8.Portans ramum olive virentibus foliis in ore suo. Ps.1. Et folium eius non defluet.& in plurali עֲלִים aalim. siue עֲלֵי aale.Gen.3.Et consuerunt folia ficus. Nec. 8. Afferte frondes olive & frondes ligni pulcherrimi & frondes myrti & ramos palmarum.vbi ponitur pro frondibus & pro ramis.Et similiter.Esa.17.Vbi dicitur.ne forte visitetur cōtra eam.potest etiam legi.ne forte deficiant folia eius. & sic legunt aliqui hebrei.& Hiere.11.Vbi dicitur.Exarsit ignis in ea.Pro quo ipsi legunt.Exarsit ignis in folia eius.

עָלַץ Aalaz.exultare.letari.gaudere.gloriari.sopiri.2. Regum.1.ne exultent filie incircumcisorū. Ps.67. exultate in conspectu eius.Ps.95. Gaudebunt campi & omnia que in eis sunt.Ps.149.Exultabunt sancti i gloria.Hiere. 11.nunquid carnes sancte auferent a te malitias tuas in quibus gloriatus es.& in eo.15. non sedi in concilio ludentium & gloriatus sum.Soph.3.Letare & exulta in omni corde.significat etiam sopiri vel consopiri.Hiere.51.& inebriabo eos vt sopiantur.& inde עָלַץ aalez.idest exultans.letus. glorians seu glorioſus.Esa.5.Et populus eius & sublimes gloriosiq; eius.Et in eodem.13.Exultantes in gloria mea. Et in eodem.24.Quieuit sonitus letantium.Soph.3.quia tūc auferam de medio tui magniloquos superbie tue.idest gloriantes siue exultantes in superbia tua.& in genere se-

עֵלִי Alam. עֵלָה Ramus. עֲלִים Folia. עֵלִי Folia. Frondes. עָלַץ Exultare. gaudere. gloriari. Sopiri. עָלֵץ glorioſus. Exultans. Letantes.

עֲלִיזָה Exultans. Glorians.

minio עֲלִיזָה Aaliza. Esa. 22. Vrbs frequēs: ciuitas exultās. Et in eo. 23. Nunquid non hec vestra est que gloriabatur in diebus pristinis.

עַלָט Caligo. tenebrosa

עַלָט Aalat. caligo tenebrosa. obscuritas. & scribitur cū he in fine quod denotat genus femininum. Gen. 15. Cū ergo occubuisset sol: facta est caligo tenebrosa. Ezech. 12. In caligine egredietur.

עָלַם Abscōdere. Latere. occultare. celare. Negligere Despicere. cōtēnere

פַּרְכָּר Parchar.Cellula.2.Paralipo.26.In cellulis quoq; ianitorū ad occidentem quattuor invia:biniq; per cellulas.& solum inuenitur in predicto loco.

פָּרַם Scindere. Diffuere

פָּרַם Param.scindere.rumpere.dissoluere.Leuit.10.Vestimēta vra nolite scidere.& in eo.21.vestimēta nō scindet.& in eo.13.Habebit vestimēta dissuta:caput nudum.

פָּרַס Diuidere Frangere. Concidere Expādere.

פָּרַס Paras.diuidere.frāgere.scindere.seu concidere. expādere.Leuit.11.omne quod habet diuisam vngulā. & i eo.Sed vngulā nō diuidit.Esa.58.Frange esurienti panē tuum.Hiere.16.& nō frāgēt inter eos lugēti panē . Scribitur ēt cum sin in fine loco samach.Threñ.4.& nō erat qui frāgeret eis.Mich.3.& conciderunt sicut in lebete.Signat etiam expandere.vel extendere.Hiere.4. Expandens manus suas.Threñ.1.Expandit sion manus suas . De quo vide infra in dictione פָּרַשׂ paras.cum sin in fine.& inde פַּרְסָה parsa.idest vngula. Exo.10.Non remanebit ex eis vngula. Leuit.11. Omne quod habet diuisam vngulam . Et in plurali פַּרְסוֹת parsoth. Deut.14. Omne animal quod in duas partes vngulas findit. Esa.5. Vngule equorū eius vt silex.reperitur etiam in genere masculino .vt Zach.11. & vngulas eorum dissoluet.& inde verbum siue participium מַפְרִיס Maphris.idest vngulas producens. p̄s.68.Et placebit dño super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas & inde פֶּרֶס péres.i.gryphus.Leuit.11.Aquilam & gryphū & halietum.Item פָּרַס Paras.persia.nomē prouincie.2.paralip.36.Anno primo cyri regis persarum .idest regis persie.Ester.1.Fortissimis persarum & medorum . Ezech. 38. Perse ethiopes & libyi.

פַּרְסָה Vngula. פַּרְסוֹת Vngule מַפְרִיס Vngulas producēs. פֶּרֶס Gryphus. פָּרַס Persia

פָּרַע Vacare Deserere. Dereserere.

פָּרַע Paraa.vacare.ocioſum esse.deserere.abiicere. transire.dissipare.nudare.discoopire.Exo.5.Quare moyses & Aaron solicitatis populū ab opibus suis.i. vacare facitis populū ab operibus suis.Prouer.1 . Et despexistis omne consilium meum . pro quo hebrei legunt. & deseruistis.Et in eodem.4.Fuge ab ea:nec transeas per illam.pro quo hebrei legunt.Dessere siue abiice eam : nec transeas p illam.Et in eodem.8.Et nolite abiicere eam.& in eodē.13. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinā .Et in eo.15. Qui abiicit disciplinam despicit animam suam. & in eodē 29.Cum prophetia defecerit dissipabitur populus .Ezech 24.Non transeam nec parcam.vbi ponitur pro transire.significat etiam nudare vel discooperire. Exo.32.|Vidēs ergo moyses populum q̄ esset nudatus:expoliauerat enim eum Aaron.idest nudauerat.Leuit.10.Capita vestra nolite nudare.& in eo.13.Habebit vestimenta dissuta:& caput nudum.& in eodem.21.Caput suum non discooperiet.Nu.5. Discooperiet caput eius.& inde פֶּרַע péraa.idest coma. seu cesaries capitis.Nu.6.Crescente cesarie capitis eius . Item פְּרָעָה peraa.idest vindicta vltio:secundum hebreos.& solū inuenitur in numero plu.scilicet פְּרָעוֹת peraaoth. Deut.32 Nudati inimicorum capitis.pro quo hebrei legunt. de capite vltionum inimici. Potest etiam secundum precedentem significationem legi:sicut est in littera nostra. Iudi.5. Qui sponte obtulistis de israel animas vras ad periculū:benedicite domino.pro quo hebrei legunt. In vindicādo vindictas in israel:in offerendo se sponte populus:benedicite domino.idest cum se obtulit sponte ad vindictas:sustinendo periculum animarum suarum . vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.

פֶּרַע Vlciones. vindicta.

פַּרְעֹשׁ Pulex.

פַּרְעֹשׁ Paroos.pulex.1.Regum.24. Canem mortuū persequeris & pulicem vnum.

פָּרְפַּר Conterere

פָּרְפַּר Parpar.Conterere.confringere.Iob.16.Repēte cōtritus sum.

פָּרַץ Diuidere percutere. Dissipare. Concidere Aperire. Diruere.

פָּרַץ Paras.Diuidere.vel dirumpere. confringere .percutere.diruere.dissipare.aperturam in muro facere. crescere.dilatare.cogere. Gen.38.quare diuisa est pp te maceria.Exo.19.Ne percutiat eos.2.Reg.16.Contristatus ē aūt dauid eo quod percussisset dñs ozam.2.Paralip.20.Percussit dominus opera tua.idest dissipauit vel diruit. Nee.1. Et murus ierusalē dissipatus est. & in eo.2.& considerabā murū ierusalē dissipatū. Iob.16.Concidit me vulnere sup vulnus.pro quo hebrei legunt.Diuisit vel dirupit me seu confregit me diuisione super diuisionem seu confractione super confractionem . Et in eodem.28.Diuidit torrens a populo peregrinante.Et in eodem.30.Quasi rupto muro & aperta ianua. idest diuiso vel dissipato muro . Prouerb. 25.Sicut vrbs patens absq; murorum ambitu . idest sicut vrbs diruta . Esa . 5 . Diruam maceriam eius . Osee .

4. Inundauerunt: & sanguis sanguinē tetigit. pro quo he. le. Diruerunt seu dissipauerūt aut diruperunt. Mich. 2. Di- uident & transibunt. Ponitur ēt ꝑ egredi. 1. Paralip. 13. Si placet vobis & a dño deo nr̄o egredietur sermo. & ī de

Egredi. פֶּרֶץ

Péres. i. diuisio. pcussio. confractio. diruptio. interruptio. Gen. 38. Quare ꝑpter te diuisa est maceria. pro quo he. le. Quare diuisa est ꝑpter te diuisio: siue quare diuisisti super te diuisionē. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. 2. Reg. 6. Et vocatū est nomē loci illius ꝑcussio oze. Esa. 30. Propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadēs. Et in plu. פְּרָצִים. perasim. 2. Re gū. 5. Diuisit dñs inimicos meos corā me: sicut diuidūtur aque: propterea vocatum est nomen loci illius baalpharasim. i. habens diuisiones. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. Amos. 4. & per a- perturas exibitis altera contra alteram. & in eo. 9. Et reedi ficabo aperturas murorum eius. & in ge. se. פִּרְצוֹת perasoth Ezech. 13. Et nō ascendistis ex aduerso: nec opposuistis mu rū ꝑ domo israel. pro quo he. le. Et nō ascēdistis in ruptis. s. locis murorū: vnde aduersarii possent intrare ciuitatē: nec opposuistis murum pro domo israel. Scribitur ēt cū mem in principio & dē מְפַרְצִים miphrasim. Iudi. 5. & in ꝑportu- bus eius morabatur. vbi ponitur ꝑ portubus. Et inde

Diuisio

Percussio interruptio. פְּרָצִים

diuisiones

Aperture. פִּרְצוֹת

Rupture

מְפַרְצִים Portus.

פָּרִיץ

paris. i. predo. latro. qui rūpit & perfodit domos: seu preua ricator. ps. 16. Ego custodiui vias duras. pro quo btūs hiero nymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Ego custodiui vias la tronis. Ponitur ēt pro mala bestia & fera: que rūpit & dilace rat. Esa. 35. Et mala bestia nō ascēdet ꝑ eā. & in plu. פָּרִיצִים Parisim. Hiere. 7. Nūquid spelunca latronum facta est do- mus ista. Ezech. 7. & intrabunt in illud emissarii: & cōtami nabunt illud. i. intrabunt in illud latrones seu preuaricato- res. Dañ. 11. Filii quoq; preuaricatorū populi tui extollen- tur. Et inde verbū ꝑuaricari vel latrocinari. 1. Reg. 25. Ho- die īcreuerūt serui qui fugiunt dños suos. i. qui ꝑuaricātur contra dños suos. Signat ēt ꝑdicta dictio פָּרַץ Paras multi plicari vel dilatari: seu augeri: aut crescere. Gen. 28. Dilata- beris ad orientem & occidentē. Et in eo. 30. Ditatusq; ē hō vltra modū. i. multiplicatus siue auctus est diuitiis. Exo. 1. Tāto magis multiplicabātur & crescebant. 1. Reg. 3. Non e- rat visio manifesta. Pro quo he. le. Non erat visio multipli- cata. vnde ꝑmittitur. & sermo dñi erat preciosus in diebus illis. i. rarus. 2. Paralip. 31. Quod cū pcrebuisset in auribus multitudinis. pro quo he. le. & cū multiplicatū vel augmen tatū esset verbū: siue cū multiplicata esset res. Iob. 1. & pos- sessio eius creuit in terra. ps. 105. & multiplicata est ī eis rui na. Prouer. 3. & vino torcularia tua redūdabūt. i. augebūtur Esa. 54. Ad dextetā enim & ad leuam penetrabis. idest. cre sces vel dilataberis. Osee. 4. Fornicati sunt & non cessaue runt. pro q̄ he. le. fornicati sunt & nō multiplicabūtur: siue nō augebūtur. Signat ēt cogere seu flagitare. 1. Reg. 28. coe gerūt aūt eū serui sui. 2. Reg. 13. Cūq; aūt cogeret eū & nolnis set. Et in eo. Coegit itaq; Absalom eū. 4. Reg. 5. & coegit eum: ligauitq; duo talenta.

Latro Mala be stia פָּרִיצִים

Latrones. Emissarij.

Preuarica- tores.

ꝑuaricari פָּרַץ

Dilatari

Multipli- cari. Crescere.

Redūdare Penetrare

Cogere

פָּרַק Redimere

Paraq. Redimere. liberare. excutere. soluere. diuide- re. lacerare. Ps. 155. Redemit nos ab inimicis nostris. Threñ. 5. Nō fuit qui redimeret de manu eorū. Dañ. 4. pec cata tua elemosynis redime. Signat ēt excutere vel solue re. Gen. 27. Cum excutias & soluas iugū eius de ceruici- bus tuis. Exo. 32. Tollite inaures aureas de vxorū filiorum q; & filiarū vr̄arū auribus. i. dissoluite vel dilacerate aut di- rūpite. Et in eo. fecit populus quod iusserat: deferētes inau res ad aaron. pro quo he. le. & dissoluit populus inaures au reas que erāt in auribus suis: & detulerunt ad aaron. ps. 7. Dum nō est qui redimat neq; qui saluum faciat. pro q̄ bea-

Excutere

Dissoluer.

tus hiero. in pſ. iuxta he. ve. trāstulit. laceret & non sit qui e ripiat. Zach. 11. & vngulas eorum dissoluet. Ponitur ēt pro subuertere. 3. Reg. 19. Subuertēs mōtes & conterēs petras. & inde פֶּרֶק pérec. i. dilaceratio: siue diuisio. Naum. 3. Dila- ceratiōe plena. ponitur ēt pro bitio itineris. s. vbi vie diui- duntur: siue ꝑ exitu viarum. vt in abdia. Nec stabis in exiti bus. & inde מַפְרֵקֶת Maphrécheth. quod signāt ossa ceruī- cis. 1. Reg. 4. Et fractis ceruicibus mortuus est.

Laceratio dissoluere. subuertere

פֶּרֶק dilaceratio

Exitus.

מַפְרֵקֶת

Ceruices

עֹרֶף

פָּרַשׁ Paras. declarare. explanare. exponere. separare. disp- gere. diuidere. pungere. Leuit. 24. Donec nossent quid iuberet dñs. Pro quo he. le. Vt declararetur vel expo- neretur eis ex ore dñi. Nu. 15. nesciētes quid sup eo facere deberēt. pro quo he. le. Quia nō erat expositū vel declara- tum quid fieret ei. & inde מְפֹרָשׁ mephoras. i. expositum. de claratum. distinctum. seu distincte. Nec. 8. & legerunt in li- bro legis distincte & aperte. & inde פֵּרוּשׁ parasa. i. declara tio. explanatio. Ester. 4. Quomodo aman promisisset vt in thesauros regis pro iudeorum nece inferret argentum. pro quo he. le. Et declarationē seu explanationē argēti quā aman dixerat vt inferret in thesauros regis pro iudeis vt dispderet eos. & in eo. 10. & dignitas atq; sublimitas qua e- xaltauit mardocheum. pro quo he. le. & declaratio seu ex- planatio magnitudinis mardochei. sed beatus hiero. trāstu lit sensum. Signāt ēt ꝑdicta dictio dispgere vel diuidere. E zech. 34. In die qñ erit in medio ouium suarum dissipata- rum. i. dispsarū. Itē signāt pungere: scd̄m hebreos. Prouer. 23. Et sicut regulus venena diffundet. Pro quo he. le. Et si- cut regulus seu basiliscus punget. & ide פָּרָשׁ Paras. i. eques eo quod pungit equum cum calcaneis. Hiere. 4. A voce e- quitis & mittentis sagittam. Naum. 3. Et equitis ascenden- tis. & in plu. פָּרָשִׁים parasim. Exo. 14. Super currus & equi tes eorum. & in eo. & operuerunt currus & equites. Et ī eo. 15. Ingressus est enī equus pharaonis cum curribus & e qui tibus in mare. Ezech. 27. Equos & equites & mulos addu- xerunt in forum tuum. Abach. 1. Et diffundentur equites eius. Ponitur ēt pro lapillis plaustri qui sunt acuti quasi vn- gule. Esa. 28. Nec vexauit eum rota plaustri: nec vngulis suis comminuet eum. Item פֶּרֶשׁ Péres. Stercus. fimus. Le uit. 4. & pedibus & instentinis & fimo & reliquo corpore. Nume. 19. Tam pelle & carnibus eius quam sanguine & fi- mo flamme traditis. Malach. 2. et dispergam supervultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.

declarare.

מְפֹרָשׁ distincte.

פָּרָשָׁה declaratio

Eques פָּרָשִׁים Equites.

Vngule פָּרֶשׁ Fimus.

Stercus

פָּרַשׁ Extendere Tendere Expādere.

Paras. cum puncto cebolcth. extendere. tēdere. expā- dere. dispergere. diuidere. Exo. 9. Extendam pal- mas meas ad dominum. Et in eodem. Tetendit manus su- as ad dominum. Et in eodem. 25. Expandentes alas & o- perientes oraculum. Nume. 4. Extendentq; desuper pal- lium totum hyacinthinum. 2. Regum. 17. Et expādit vela men super os putei. 3. Regum. 8. Et expanderit manus su as in domo hac. 4. Regum. 19. Et expandit eas coram do mino. Iob. 36. Si voluerit extendere nubes. Et in eodem. Et fulgurare lumine suo desuper. pro quo hebrei legunt. Ecce expandit super eum lumē suum. Et in eo. 39. expādēs alas suas ad austrum. ps. 43. Et si expandimus manus no- stras ad deum alienum. Ps. 104. Expandit nubē in prote- ctionem. Ps. 139. Et funes extenderunt in laqueum. Ps. 142. Expandi manus meas ad te. Esa. 1. Et cum extenderi tis manus vestras. Et in eo. 19. Et expandētes rete super fa ciem aquarum. Et in eodem. 25. Et extendet manus suas sub eo: sicut extendit natans ad natandum. Et in eodem. 65. Expandi manus meas tota die. Threñ. 1. Expandit sion manus suas. Ezech. 2. Et expandit illum coram me. Osee. 5. Et quasi rete expansum super thabor. Ioelis. 2. Sicut

Spargere. Dissidere. Dispgere. Scidere

mane expansum super montes. signat ēt dispergere vel dividere. aut separare. ps. 67. Dum discernit celestis reges super eā. pro quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Dum diuideret robustissimus reges in ea. Ezech. 17. Residui aūt in oēm ventū dispgentur. Zach. 2. qm̄ in quattuor ventos celi dispersi vos. Significat etiam concidere. Mich. 3. & cōciderunt sicut in lebete.

Exemplar.

פַּרְשֶׁגֶן Parsegen. in lingua chaldaica signat exēplar siue trasumptum. Esdre. 4. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum. Et in eo. Exemplum edicti artaxerxis regis lectum est.

Stercus.

פַּרְשְׁדֹנָה Parsedona. Secessus seu stercus alui. Iudi. 3. Stimq̄ per secreta nature alui stercora prorūpe runt. & solum inuenitur in predicto loco.

Expādere

פָּרַשׂ Parsez. expandere. Iob. 26. & expandit super illud nebulam suam. & solum inuenitur in predicto loco

Euphrates

פְּרָת Perath. Euphrates. Geñ. 4. fluuius autē quartus ipse est euphrates.

Inclyti Tyrāni.

פַּרְתָּם Partham. inclytus. prefectus. preses. & solum inuenitur in nu. plu. scilicet פַּרְתֻּמִּים Parthemim. Ester. 1. Fortissimis persarum & medorum inclytis. & in eo. 6. Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equū eius vbi ponitur pro tyrannis.

Crescere

פָּשָׂה Pasa. crescere. expandi. Leuit. 13. Et siquidem lepra vltra non creuerit. Et in eo. Et non creuerit in cute. Et in eo. Iterum lepra creuerit. i. se expanderit.

Cōfringere

פָּשַׁח Pasach. confringere. Threñ. 3. Semitas meas conuertit: & confregit me. & dicunt hebrei q̄ significat scindere. vel concidere.

Nudare. Detrahere pelle. Spoliare.

פָּשַׁט Pasat. spoliare. exuere. excoriare. pellem detrahere. nudare. irruere. s. ad predam: seu spolium inuadere. Geñ. 37. Nudauerūt eū tunica talari & polymita. idest spoliauerunt seu exuerunt. Leuit. 1. Detractaq̄ pelle ostie. Et in eo. 6. Spoliabitur prioribus vestimentis. Et in eo. 16. Et depositis vestibus quibus prius indutus erat. pro quo he. le. Et exuet siue spoliabit vestimenta sua. Nu. 20. Cūq̄ nudaueris patrē veste sua. Et in eo. Cūq̄ aaron spoliasset vestibus suis. 1. Reg. 17. Nā spoliauit se ionathas tunica qua erat indut⁹. & in eo. 19. spoliauit se vestimētis suis. & i eo. 31. Venerūt philistiim vt spoliarēt iterfectos. 2. Reg. 23. & popul⁹ qui fugerat reuers⁹ est ad cesorū spolia detrahēda. Iob. 19. Spoliauit me gl̄ia mea. & in eo. 22. & nudos spoliasti vestibus. Canti. 5. Spoliaui me tunica mea. Esa. 32. Exuite vos & cōfūdemini. Ezech. 16. & denudabūt te vestimentis tuis. & in eo. 26. Et vestimēta sua varia abiicient. i. spoliabūt vl exuēt. Osee. 2. Ne forte spoliem eā nudā. Mich. 3. & pelles eorū desup excoriauerūt. Sigñat ēt irruere vel inuadere. s. p̄dā vel spoliū. Iudi. 9. Et primo mane oriēte sole irrue super ciuitatē. Et in eo. Surrexit & irruit in eam. 1. Reg. 27. Et agebāt p̄das de gesuri. i. inuadebāt p̄das siue irruebāt ad p̄das. & in eo. In quē irruistis hodie. & in eo. 30. Amalechite impetū fecerūt ex parte australi. i. irruerūt vel inuaserūt Et in eo. Siquidē nos erūpimus ad australē plagam. Iob. 1. Et inuaserunt camelos et tulerunt eos.

Exclusio. Irruere. Inuadere.

Recedere. Peccare. Peccare Spernere ipie agere.

פָּשַׁע Pasaa. p̄uaricari. rebellare. recedere. peccare. 3. Reg. 12. Recessitq̄ israel de domo dauid. pro quo he. le. & p̄uaricatus est siue rebellauit israel in domo dauid. 4. Reg. 1. p̄uaricatus est aūt moab in israel. 2. Paralip. 21. In diebus illis rebellauit edō ne esset subditus Iude. & in eo. eo tpe & lobna recessit ne eēt sub manu illi⁹. i. rebellauit. Prouer. 28 & pro buccella panis deserit veritatē. p quo he. le. & p buccella panis p̄uaricatur vir. Esa. 1. ip̄i vero spreuerūt me. pro q̄ he. le. Ipsi vero p̄uaricati sunt in me. & in eo. 43. & inter pretes tui p̄uaricati sūt in me. & in eo. 59. peccare & mētiri cōtra dñm. Hiere. 33. & spreuerūt me. i. & p̄uaricati sunt in me. siue rebellauerūt in me. Amos. 4. venite ad bethel & i pie agite: & ad galalī & multiplicate p̄uaricationē. & ei⁹ pas siuū ponitur p adiuuari. Prouer. 18. Frater q adiuuatur a fratre q̄si ciuitas firma. Et inde פֹּשֵׁעַ Poseaa. i. p̄uaricator trāsgressor. rebellis. sceleratus. Esa. 48. & trāsgressore ex ventre vocaui te. & in plu. פֹּשְׁעִים posiim. Esa. 46. Redite p̄uaricatores ad cor. & in eo. 53. Et cū sceleratis reputatus est. Et in eo. Et pro trāsgresoribus rogabit. Dañ. 8. Et post regnū eorū cū creuerint iniquitates. pro quo he. le. Cū cōsumati fuerīt p̄uaricatores. Osee. 14. & p̄uaricatores corruēt in eis. et inde פֶּשַׁע pesaa. i. p̄uaricatio. trāsgressīo. iniquitas scelus. Geñ. 30. Quā ob culpā meā: et ob qd̄ pctūm meum sic exarsisti post me. p quo he. le. que est trāsgressīo mea vl iniquitas mea: et qd̄ est peccatū meū. Exo. 22. Ad ppetrandā fraudē. i. p̄uaricationē seu iniquitatē. Et in eo. 34. qui aufers iniquitatē et scelera atq̄ pctā. ps. 31. beati quorū remisse sunt iniquitates. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. btūs cui dimissa est iniquitas. et in plu. פְּשָׁעִים pesaiim. siue פִּשְׁעֵי pisee. Leuit. 16. ab imūdiciis filiorū israel et a p̄uaricatiōibus eorū. Prouer. 10. Et vniuersa delicta operit charitas. Hiere. 5. qa multiplicate sūt p̄uaricatōes eorū

Adiuuari. Trāgressor. Peccare. Peccatores scelerati. Trangressores Culpa. trāgressīo. p̄uaricatio Iniquitas Peccare. Delicta

פָּשַׁע Pasaa: cū pūcto cebōled. incedere. deambulare. gradiri. Esa. 22. Gradiar super eā. & inde y פָּשַׁע pesaa. i. gressus. passus pedū. btūs hiero. trāstulit gradum. 1. Reg. 20. vivit dominus & viuit anima tua quia vno tantum vt ita dicam gradu ego morsq̄ diuidimur.

Gradiri. Gradus

פֶּשַׁךְ Pasach. Aperire. s. labia: seu inconsiderate loqui. diuidere. Prouer. 15. Qui autem inconsideratus est sētiet mala. Pro quo he. le. & qui aperit labia sua sētiet mala. Ezech. 16. & diuisisti pedes tuos omni transeūti.

Inconsiderate loqui. Aperire. diuidere.

פָּשַׁר Pasar. interp̄tari. Dañ. 5. Porro ego audiui q̄ possīs obscura interp̄tari. & inde פְּשַׁר pesar. siue פִּשְׁרָה pisra. i. expositio. solutio. interp̄tatio. Eccl's. 7. & quis cognouit solutionē verbi. Dañ. 2. & interp̄tationē eius indicabimus. & in eo. vt solutionem somnii indicarent mihi.

Linum.

פִּשְׁתָּה Pistha. linū. & scribitur cū he in fine. Exo. 9. Linū ergo & hordeū lesum est. & in eo. & linum iam foliculos germinaret. Esa. 42. & linū fumigās nō extinguet. & licet sit gñis feminini: declinatur pluraliter תִּים pisthim secūdū terminationē masculinorū. Deut. 22. Non indueris vestimēto quod ex lana linoq̄ cōtextū est. Ios. 2. Et operuit eos lini stipula. Iudi. 15. Sicut solent ad ardorem ignis lina consumi.

Linū Lina

פָּתַת Pathath. frāgere. diuidere. s. in frustra seu minutatim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. & inde פַּת path. i. fragmētū. seu buccella panis. Geñ. 18. ponāq̄ buccellā panis. Ruth. 2. Intinge buccellā tuā in aceto. Iob. 31. Sic comedi buccellā meā. Prouer. 17. Melio⁹ est buccella sicca cū gaudio. Ponitur ēt pro pane vel cibo. 2. Reg. 11. De pane illius comedēs. Prouer. 23. cibos q̄s comederas euomes. qd̄ i hebreo legitur singl̄r. s. panē vel cibū. & in plu. פִּתִּים p ithim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. p q̄ he. le. diuidēs eā i buccellas. ps. 147 mittit crystallū suā sicut buccellas. repitur ēt פִּתּוֹת pithoth scd̄m terminationē femininorū. Ezech. 13 & violabāt me ad pp̄m meū pp pugillū hordei & fragm̄ēta panis. & iūgitur cū dictiōe בַּג bag. & dr̄ פַּת בַּג pathbag. De quo vide supra in dictiōe בַּג bag. Itē פָּתַת pathath. i. lactare vel seducere. Prouer. 24. ne lactes quenpiam labiis tuis. De quo vide infra in dictione פָּתָה patha.

Diuidere. Buccella Panis Cibi. Buccelle Fragmēta Lactare

פִּתְאֹם Pithom. subito. statim. confestim. De quo vide in dictione פָּתָה patha.

פְּתִגִל Fascia. פתגל Pethigil.fascia pectoralis. Esa. & pro fascia pectorali cilicium.& solum inueniturin predicto loco.

פִּתְגָם Verbum. Res. Sentẽtia פתגם Pithgam.siue פִּתְגָמָא pithgama.verbũ.res.sentẽtia Ester.1.Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiũ.pro quo hebrei legũt. Et audietur verbum regis quod faciẽdũ est in omni regno eius.Dañ.3.Non oportet nos de hac re respondere tibi.i.de hoc verbo.Eccls.8.Quia nõ profertur cito contra malos sententia.

פָּתָה Seducere. Decipere פתה Patha.seducere.decipere.lactare.suadere. persuadere dilatare.Exo.23.Si seduxerit quis virginem.Deut.11 Ne forte decipiatur cor vestrum.3.Reg.22.quis decipiet achab regem israel.Et in eodẽ.Decipies & preualebis .Iob. 31.Si deceptum est cor meum super mulierem.Et in eo.Et letatum est in abscondito cor meum.Debet legi lactatũ. i. seductũ vel deceptum.sicut Prouer.1.Si te lactauerint peccatores.idest seduxerint.Hiere.20. Seduxisti me domine & seductus sum.Potest etiam legi.persuasisti me domine& persuasus sum.Ezech.14.& propheta cum errauerit. idest cum deceptus fuerit.Et in eodem.Ego dominus decepi pphetam illum.Osee.2.Ecce ego lactabo eam.idest persuadam vel seducam eam.& in eo.Quasi columba seducta nõ habens cor.& inde פְּתָיוּת pethaiuth.idest persuasio vel deceptio.pro quo beatꝰ hieronymus trãstulit illecebras. Prouer. 9.Plenaqꝫ illecebris:& nihil omnino sciẽs.& inde פֶּתִי Pothe.idest insipiens.stultus.paruulus.scilicet intellectu:q facile seducitur . Iob. 5. Et paruulum occidit inuidia . Et communiter scribitur cum iod in fine loco he & dicitur פְּתִי Pethi.põs.18.Sapientiam prestans paruulis . Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet paruulo vel insipiẽti. Prouer.14.Innocens credit omni verbo.idest insipiens.Et in eo.19.Pestilente flagellato stultus sapientior erit . Ponitur etiam פִּתְי Pethi.pro infantia.vt Prouer.1.Vsqꝫquo paruuli diligitis infantiam.idest insipientiã.& in plu.פְּתָיִם petha im.siue פְּתָיִים pethaim cum duplici iod.põs.118. Intellectũ dat paruulis.Prouer.1.Auersio paruulorum interficit eos. Et in eo.22.Innocens pertransiit& afflictus est damno.qđ in hebreo legitur pluraliter.scilicet innocentes vel insipiẽtes transeunt.Et aliquando scribitur cũ aleph & dr פְּתָאִים Pethaim.põs.114.Custodiens paruulos dominus. Prouer. 1.vt detur paruulis astutia.Et in eodem.7.Et video paruulos.Et in eodem.8.Intelligite paruuli astutiã.& inde פִּתְאֹם pithom.idest subito.confestim.Statim.Nu.12.statim locutus est dominus ad eum.Prouer.6.Huic extemplo veniet perditio sua.idest statim veniet.Malach.3.Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis . Itẽ פָּתַח patha.idest dilatare.Gen̄.9.Dilatet deus iapheth .Prouer. 20.Et dilatat labia sua.& inde פְּתַח petha.i. latitudo . Dañ. 3.Latitudine cubitorum sex.

Lactare psuadere פתה Dilatare פתה Latitudo פתאם Statim Extemplo פתים Paruuli פתאים paruuli פתיות Illecebra פתי paruulus.

פָּתַח Aperire. פתח Pathach.aperire.patere.pandere.soluere. dissoluere. incipere.sculpere seu proscindere. Gen̄.8.apiens noe fenestram arce.& in eodem.4 .Aperuitqꝫ ioseph vniuersa horrea.Nu.14.Vas quod non habuerit operculum . pro quo hebrei legunt.Et omne vas apertum quod non habuerit operculum.Deut. 15.Vt aperias manum fratri tuo . Et in eodem.20.Et aperuerit tibi portas.Et in eo.28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum:celum. Iudi.3. Et videntes qꝫ nullus aperiret.4.Reg. 9. Aperies ostium & fugies.Et in eodem.15.Noluerant enim aperire ei.2.ꝑalipo.6.Et aperiantur oculi tui super domum istã.Nee.6. Et epistolam habebat in manu sua.pro quo hebrei legunt. Et epistola aperta in manu sua.scilicet erat.Et in eodem.8. Et aperuit esdras librum.Iob.12.Si incluserit hoiem:nullꝰ est qui aperiat.põs.77.& ianuas celi aperuit.Esa.14. Vinctis eius nõ aperuit carcerem.& in eo.26. Aperite portas. Et in eo.35.Et aures surdorum patebunt.idest aperiẽtur. Et in eo.48.Nec ex tunc aperta est auris tua. & in eodem. 60. Et aperientur porte tue iugiter. Hiere.1.Ab aquilone pandetur omne malum.idest aperietur . vel secundum hebreos incipiet. Ezech. 37 . Cum aperuero sepulchra vestra.Et in eodem.44.porta hec clausa erit & non apietur. Zach.13.In die illa erit fons patens domui israel.Sigñat ẽt soluere.seu dissoluere.Gen̄.24.destrauit camelos.i.stramẽta dissoluit.3.Reg.20.non glorietur accinctus eque vt discinctus.pro quo hebrei legunt. Non glorietur qui accingitur sicut qui dissoluit.idest qui dissoluit a se baltheum militarẽ postquam vicerit.Iob.12.Baltheum regum dissoluit.& in eodem.30.pharetram suam aperuit.pro quo hebrei legunt.Chordam meam dissoluit.potest etiam significare aperire vt supra dictum est.põs.101.vt solueret filios interẽptorum.Esa.5.Nec soluetur cingulum renum eius . Et in eodem.20.Solue sacum de lumbis tuis.Et in eodẽ.52.solue vincula colli tui . Significat etiam quando flores aperiuntur & incipiunt emittere fructus immaturos. Canti.7 Si flores fructus parturiunt.& inde מִפְתָּח Miphthach. idest apertura siue apertio.Prouer.8.Et aperientur labia mea vt recta predicem.pro quo hebrei legunt . & apertio labiorũ meorum recta.& scribitur etiam sine mem & cum nun in fine & dicitur פִּתְחוֹן pithchon.idest apertura.Ezech.29 Et tibi dabo apertum os in medio eorũ.pro quo he.le . Aperturam oris.& inde פֶּתַח péthach.i. ostiũ.porta.ianua. fores Gen̄.4. In foribus peccatum tuum aderit.idest in ostio vel in ianua.& in eo.6.Ostium autem arce pones in latere. Et in eo.18.Sedenti in ostio tabernaculi.Et in eo.19.Egressus ad eos loth post tergum accludens ostium.põs. 118 .Declaratio sermonum tuorum illumina.pro quo beatus hiero . in psl.iuxta he.ve.transtulit.Ostium sermonum tuorum lucidum.Prouer.17.Qui altam facit domum suam querit ruinam.pro quo he.le.Qui exaltat ostium suum siue ianuam suam querit ruinam.Ezech.46.& adorabit populus terre ad ostium porte illius.& ĩ plu.פְּתָחִים pethachim: siue פִּתְחֵי pithche.põs.23.& eleuamini porte eternales . pro quo beatus hieronymus transtulit.& eleuamini ianue sempiterne. Esa.13.Et ingrediãtur portas duces.Mich.7. Custodi claustra oris tui.pro quo hebrei legunt.Custodi ostia oris tui. & inde מַפְתֵּחַ maphthéach.idest clauis: qua ostia aperiũtur Iudi.3.Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominum suum.Esa.22.Et dabo clauem domus dauid super humerum eius.ponitur etiam pro apertura.1 . Paralip. 9. Vt quando tempus fuisset:ipsi mane aperirent fores.Pro quo hebrei legunt.Et ipsi super aperturam in mane . & est sensus sicut in littera nostra.Item פָּתַח pathach . idest sculpere vel proscindere. Exo.28.Et sculpes ĩ eis nomina filiorum israel.& in eo.Sculpes eos in nominibus filiorum israel.3. Reg.7.Sculpsit quoqꝫ in tabulis illis.Esa.28.proscindet & farriet humum suam.& inde פִּתּוּחֵי pithuche.idest sculpture:seu celature.Exo.28.opere sculptoris & celatura gẽmarii.3.Regum.6.Sculpsit variis celaturis in torno . põs . 65. Exciderunt ianuas eius in idipsum.pro quo beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit.Et nunc sculpturas eius pariter.& inde פְּתִיחוֹת pethichoth.idest gladii seu lãcee.põs.54 Et ipsi sunt iacula.pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Cum sint lancee.Mich.3.Et pascent terram assur in gladio:& terram nembrod in lanceis suis .& inde verbum פָּתַח pathach.idest euaginare.põs.36 . Gladium euaginauerunt peccatores.

Aperire. Patere Pandere. Soluere parturire מִפְתָּח Apertio פִּתְחוֹן Apertura. פֶּתַח Fores Ostium מַפְתֵּחַ Clauis. Apertura. פָּתַח Sculpere. proscidere פִּתּוּחֵי Celatura sculpture פְּתִיחוֹת Lancee פָּתַח Euaginar.

פָּתַל Pathal.cõparare.peruertere· Geñ.30. Cõparauit me dñs cum sorore mea. Et aliqui hebrei dicunt q̃ significat in predicto loco addere vel adiungere. Vnde in predicto loco ipsi legũt. Additione dei addita sum cum sorore mea.siue cõiunctione dei adiuncta sum cum sorore mea. Si gñat etiã predicta dictio.peruertere vel subuertere.Ps.17. Cum peruerso peruerteris. Scribitur etiam cũ pe post thau 2.Reg.22.& cũ peruerso puerteris.vbi põitur תִּתַּפָּל thithapal pro תִּפְתָּל Thipathal. Et inde נִפְתָּל Niphtal.idest puersum seu prauũ.Prouer.8.Nõ est in eis prauũ quid neq̃ peruersum.Et in plurali נִפְתָּלִים Nipthalim.Iob.5.Et consiliũ prauorum dissipat.& inde פְּתַלְתֹּל pethalthol.i. peruersum seu peruersa.Deut.32. Generatio prauа atq̃ peruersa. Itẽ פְּתִיל pethil.i.filum seu vitta ex filis duplicatis. Nu.15. Ponẽtes ĩ eis vittas hyacinthinas.Iudi.16. Quomodosi rũpat quis filũ de stupa.& in plu.פְּתִילִים pethilim . Exo.39. Et extenuauit in fila. Ponitur etiam פְּתִיל Pethil. pro ligatura que fit cũ filo vel cum vitta.Nu.19.Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper ĩmundum erit. Ponitur etiã pro armilla facta ex filis aureis vel argenteis. Geñ.38. Annulũ tuũ & armillã & baculũ quẽ manu tenes. Et in eo.cognosce cuius sit annulus & armilla & baculus.

Cõparare. Addere Peruertere Nephtal Peruersa Thitha Pethil Vitta. Pethilim Fila. Pethil Ligatura. Armilla.

פֶּתֶן Péthen.sine תָּ Páthen.aspis serpentis genus.ps.57. Sicut aspidis surde.ps.90. Super aspidem& basiliscum ambulabis. Vbi ponitur p basiliscо.Esa.11. Et delectabitur infans super foramen aspidis. & in plu.פְּתָנִים Pethanim. Iob.20.Caput aspidum sugget.Et in eodem.Fel aspidũ in trinsecus.Significat ẽt limen porte:& tũc scribitur cũ mẽ ĩ principio & dicitur מִפְתָּן Miphthan.1.Reg.5. Et due palme manuum eius abeise erant super limen.Ezech.46. Et adorabit super limen porte.

Aspis. Basiliscus Pethanim Aspideo. Miphthan Limen.

פֶּתַע Péthaa.subito.fortuitu. casus seu euentus. Nu.6. Sin aũt mortuꝰ fuerit quispiam coram eo..i.si subito mortuus fuerit. & in eodem.35. Quod si fortuitu absq̃ odio & inimicitiis quicq̃ horũ fecerit.Prouer.6. Subito cõteretur nec habebit vltra medicinam.

Fortuitu Subito

פָּתַר Pathar.interpretari.s.sõnium aut exponere.vel conicere. Geñ.40. Et non est qui interpretetur nobis. & in eo. Vt coniectoris veritas probaretur. Pro quo hebrei legunt. Sicut coniecit vel interpretatus est eis ioseph. & in eo.41.Audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. Pro quo hebrei legunt. Et factum est sicut interpretatus est nobis: ita fuit.& in eo.vidi somnium nec est qui ediserat.i. qui exponat vel interpretur. & in eodem. Audiui te sapientissime cõiicere.& inde פִּתְרוֹן pithron.i.interptatio. coniectura. Geñ.40. Iuxta interpretationem congruam sibi. & in plu.פִּתְרֹנִים Pithronim. vt in eo. Nunquid non dei est interpretatio .quod in hebreo legitur pluraliter.s.nũquid nõ dei sunt interpretationes.

Interpretari. Conicere. Exponere. Interptatio. Interptatiões

פִּתְשֶׁגֶן Pathségen.exemplar . Sũma seu copia scripture. Ester.5. Sũma autem epistolarum hec fuit.& in eodem.4. Exẽplar quoq̃ edicti qd pẽdebat in susis dedit ei. & ĩ ligua chaldaica scribitur cũ res loco tau & dl̃ פַּרְשֶׁגֶן par ségen. Esdre.4. Hoc ẽ exẽplar epistole quã miserũt ad eũ.

Summa. Exemplar. Exemplar.

De incipientibus a littera.צ.sadich

צֵל Seel.vmbra. Iob.40. Sub vmbra dormit in secreto calami. Et in eo. Protegũt vmbre vmbrã eius. vbi ponitur tã in singli q̃ in pli.& cõiter scribitur sine aleph . De quo vide infra in dictione צָלַל Salal.

Vmbra

צֹאן Son.ouis.pecus. Et declinatur tantum singulariter:& caret numero plu.& põitur singulare pro plurali. De quo vide infra in dictione צוֹן son.cum vau in medio.

Ouis.

צַב Sab.tegumen.aut plaustrũ.vel lectica desup tecta . Nu.7.Sex plaustra tecta.idest sex plaustra quodlibet cũ tegumento suo.Et in plurali צָבִים Sabim.Esa.66. Et in lectis & in mulis & in carrucis.

Lectum. Lectice

צָבָא Saba.militare.pugnare.dimicare . exercitũ ducere. ad bellum pcedere.excubare.Nu.31.Cũq̃ pugnassent contra madianitas.Esa.29.multitudo oĩm gentiũ que dimicauerũt cõtra ariel.Et in eodẽ.Sic erit multitudo omnium gentium:que dimicauerunt contra mõtẽ siõ . Zach. 14. Omnes gentes que pugnauerunt aduersus ierusalem. Et aliq̃ scribitur sine aleph.Esa.29.Et omnes qui dimicauerunt & obsederunt & preualuerunt aduersus eam. Et inde מָצְבִיא Masbi:quod est participiũ tertie coniugationis. idest militare faciẽs. Pro quo beatus hieronymus trãstulit. Qui probat tyrones.idest qui probat nouos milites vtrũ sint apti ad militiam vel exercitum.4.Reg.25. Et sopher principẽ exercitus qui probabat tyrones de populo terre. Hiere.52.Et scribam principem militum qui probabat tyrones. Significat etiam predicta dictio excubare seu stare in excubiis in modũ exercitus.aut ministrare. Exo.38. De speculis mulierũ que excubabant ad ostium tabernaculi . Nu.4. Omnes qui ingrediuntur vt stent & ministrẽt in tabernaculo federis.& in eo. Omnes qui ingrediuntur & ministrantq̃ in tabernaculo federis.Et ĩde צָבָא Saba.siue Seba.i.exercitus siue militia aut bellũ.Nu.1. Omnium virorum fortiũ in israel. Pro quo hebrei legũt:omnes qui ingrediuntur in exercitu siue in militia.Et in eo.2. Ad orientem iudas figet tẽtoria per turmas exercitus tui.Et in eodẽ. & cunctus exercitus pugnatorum eius.Et in eo.31. Armate inquit ex vobis ad pugnam.Ios.5.Sed sum princeps exercitus domini.Iudi.8. Vt demus exercitui tuo panes . Et in eodem.9.Congrega exercitus multitudinem & veni.Esa. 13.Dñs exercituum precepit militie belli. Et in eo .24.In die illa visitabit dñs super militiam celi in excelso. Et in eodem.40.Quoniam cõpleta est malitia eius:debet legi militia eius.Scribitur etiam cum he in fine loco aleph. Zach. 9.Et circundabo domũ meã ex his qui militãt mihi.significat etiam צָבָא Saba tempus determinatum seu statutum secundum hebreos:sed beatus hieronymus secundum precedentem significationem transtulit militiam : seu robur aut fortitudinem Iob.7.Militia est vita hominis sup terrã Pro quo hebrei legũt.Terminus.i.tempus determinatũ est homini sup terrã.& in eo.10.Et pene militant in me. Pro quo he.le.Mutationes & terminus mecũ.& in eo.14.Cunctis diebus quibus nunc milito expecto.pro quo he.le.Cũctis diebus termini mei.i.tẽporis determinati vite mee expecto.Esa.40.Quoniam completa est malitia eius .debet legi militia eius.Pro quo he.le. Quoniã cõpletus est terminus eius.Dañ.8.Robur aũt datũ est ei contra iuge sacrificium.Pro quo he.le. & terminus datus est super iuge sacrificium.Et in eo.10.Et verbũ verũ & fortitudo magna.pro q̃ he.le.Et terminus magnus.& in oñibus predictis locis potest ẽt legi sicut est in lra nra.& ĩ plu.צְבָאוֹת sebaoth.i.exercitus.turme.Exo.12.Egressus est omnis exercitus domini de terra egypti.quod in hebreo legitur pluraliter.s.egressi sunt omnes exercitus domini.& in eodẽ.Eduxit dominus filios israel de terra egypti per turmas suas.idest per exercitus suos.Ps.24.Dominus virtutum ipse rex glorie.pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Dominus exercituum ipse rex glorie.Esa.6.Sanctus.sanctus.sanctus dominus deus exercituum. pro quo sabaoth canit ecclesia. Osee.12.Et dominus deus exercituum domin? memoriale eius.Reperitur etiam in genere masculino.ps.102. Bene

Militia. Militia Termin⁹. Tẽpus determinatũ Robur. Fortitudo צְבָאוֹת Exercitus turme

Virtutes צָבָא dicite domino omnes virtutes eius.i.omnes exercitus eius. Item צָבָא Saba.in lingua chaldaica significat velle. Dañ.2.

Velle. צְבִי Cuicūq; voluerit dabit illud.& in eodem.5.Quos volebat interficiebat:& quos volebat percutiebat.Et inde צְבִי Sebu ideſt voluntas.vt in eodem. Ne quid fieret cōtra danielem.

Voluntas. Pro quo hebrei legunt.Ne mutaretur voluntate.ſ.aduerſa riorum contra danielem.

Tumere. Inflari צָבָה Saba.tumere.intumeſcere.inflari. Nu.5. Et tumens vterus tuus dirumpatur.& in eodē.Et vtero tumeſcē te putreſcat femur.& in eodē.Et inflato ventre cōputreſcet femur. Et inde צְבִי Sebi.i.hinulus:capreolus:ſeu caprea.

Capea צְבִי Deut.12.Sicut comeditur caprea & ceruus.& in eodem.14. Cerum & capream. Canti.2. Similis eſt dilectus meus ca

צְבִיָּה pree.& i genere femininoצְבִיָּה Sebiia.Canti.4:Duo vbe

צְבָאִים ra tua ſicut duo hinuli capree. & in plurali צְבָאִים Sebaim.

capree. ſiue צְבָאוֹת Sabaoth.1.Paralipo.12.Et veloces quaſi capree in montibus. Canti.2. Adiuro vos filie ieruſalem per ca

צְבִי preas ceruaſq; camporum.Significat etiam צְבִי Sebi incly tum:ſiue pulchrum vel decorū:ſeu egregium:aut precipuū

Inclytus ſiue preclarum.vel gloriā aut magnificētiā.2.Reg.1.Inclyti iſrael ſuper montes tuos interfecti ſunt. & ponitur ibi in hebreo ſingulare pro plurali.Hiere.3. Et tribuam tibi he

Preclara Egregia. Precipua reditatem preclaram.Ezech.20.Que eſt egregia inter om nes terras.& in eodem.Precipuam terram omniū.& in eodem.25. Et de ciuitatibus eius inclytis terre bethſimuth. Dañ.8.Et factū eſt grande contra meridiē & contra orien

Fortitudo tem & contra fortitudinem.vbi ponitur pro fortitudine.& dicunt hebrei q ponitur ibi pro terra promiſſionis:que eſt terra inclyta & precipua terrarū. vt habetur Ezech. 20. Vt ſupra dictum eſt.& in eodem.11. Et ſtabit in terra inclyta.& in eodem.Super montem inclytū & ſanctum. Ponitur etiā pro gloria vel magnificentia. Eſa.4. In die illa erit germē

Magnificentia. Gloria. dñi in magnificentia & gloria. & in eodem.25.Vt detraheret ſuperbiam omnis glorie.& in eodem.24.In finibus terre laudes audiuimus gloriā iuſti. & in eodē.28.Et flori decidenti glorie exultationis eius.& in eodem.In die illa erit dñs exercituū corona glorie. Ezech.26. Cum dedero gloriam in terra viuentiū.Ponitur etiā pro ornamēto.Ezech.

ornamētū. 7.Et ornamentum moniliū ſuorum.

צִבּוּ Sebu.in lingua chaldaica ſignificat volūtatē. De quo vide ſupra in dictione צָבָא ſaba.

Cōgerere porigere. צָבַט Sabat.porrigere.congerere.Ruth.2.Et congeſſit polentā ſibi.pro quo he.le. Et porrexit ei polentā.& ſolum inuenitur in predicto loco.

Intingere צָבַע Sabaa.intingere. Dañ.4. Et de rore celi intingatur.

צָבַע Diuerſus color. Et inde צָבַע Sébaa.i.tinctura.ſ.diuerſorū colorum:ſeu veſtis tincta diuerſorū colorū.Iudi.5.veſtes diuerſorū colorum ſiſare traduntur in predā:& ſupellex varia ad ornanda colla congeritur. vbi ponitur tam in ſinguli q̄ in plurali. Hiere.12. Nunquid auis diſcolor hereditas mea mihi.i.tincta diuerſo ſeu vario colore.Et inde אֶצְבַּע Eſbáa.i.digitus.

Digitus. אֶצְבַּע Exo.18.Digitus dei eſt.Nu.19.Et tingens digitū in ſanguine eius.Et in plurali אֶצְבְּעוֹת Eſbaooth.p̄s.143.Et digitos

Digiti. אֶצְבְּעוֹת meos ad bellum.

Cōgregaſ. צָבַר Sabar. colligere. congregare.coaceruare.cōportare. Geñ.41.Et omne frumētum ſub pharaonis poteſtate condatur.i.congregetur vel colligatur.& in eodē. Tantaq; fuit abūdātia tritici vt arene maris coeq̄retur. p quo he.le. Cōgregauit ioſeph frumētū q̄ſi arenā maris pre multitudine.Exo.8.Cōgregauerūt eas ī īmēſos aggeres. Iob.27.Si

Cōportare צְבוֹר cōportauerit q̄ſi terrā argētū. Abach.1. Et cōportabit aggerē:& capiet eā.& inde צְבוֹר Sibur.i.cōgregatio ſeu collectio aut aceruus.& ſolum inuenitur in numero plurali.4.Reg.10.Ponite ea ad duos aceruos.

Aceruus. צְבֻתָּ manipuli. צְבֻתָּ Sebath. manipulus . & ſolum inuenitur in numero plurali. Ruth.2.Et de veſtris quoq; manipulis prolicite de industria.

Latus צֶדֶד Sadad.latus. & ſemp ſcribitur cū ſimplici daled & dī

צַד Sad.Geñ.6.Oſtiū aūt arce pones in latere deorſū. Exo.25.Tres exvno latere:& tres ex altero latere.1.Reg.20 Ego autem tres ſagittas mittam iuxta eum.i.in latere eius. & in eodem.Et ſedit abner ex latere ſaul.p̄s.90.Cadent a latere tuo mille.Eſa.60.Et filie tue de latere ſuggent. & aliqñ ponitur pro contra.& tunc preponitur ei littera lamed & dicitur לְצַד Leſad. Dañ.7. Et ſermones contra excelſum loq̄tur.Et in plurali צְדִים Sidim.Exo.25. Sex calami egrediē

Contra. Latera. Veſtes לְצַד צְדִים tur de lateribus eius.& in eodem.26.Vtrūq; latus tabernaculi protegens.Ponitur etiā pro hoſtibus.Iudi.2.Vt habeatis eos hoſtes.De quo vide ſupra in dictione צוד Sud.

Inſidiari צָדָה Sada.inſidiari.deſolare.Exo.21.Qui autem nō eſt in ſidiatus.1.Reg.24. Tu autem inſidiaris anime mee:vt auferas eam.Significat etiā deſolare vel deuaſtare:cuius verbum paſſiuū ponitur. Soph.3.Vbi dicitur deſolate ſunt ciuitates eorum. Et inde צְדִיָּה Sediia.i.inſidiatio.ſiue inſidie. Nu.35. Vel iecerit quippiam in eū per inſidias. vide etiam de hoc infra in dictione צוד Sud. Item צָדָה Seda.in lingua chaldaica ſignificat vere ne.ſeu nunquid. Et ſcribitur cum he in principio. Dañ.3. Vere ne ſydrach Miſach & abdenago deos meos non colitis.

Deſolare צְדִיָּה

Inſidie צָדָה

Vere ne.

Juſtū eſſe צֶדֶק Sadac.iuſtificare.iuſtū eſſe.iuſte iudicare.vt Geſi.38. Iuſtior me eſt. & in eodē. 44. Quid loquemur aut iuſte poterimus obtinere. Pro quo he.le. Quid loquemur

Juſtificare aut quo iuſtificabimur. Exo.23. Quia auerſor impiū. Pro quo hebrei legunt. Quia non iuſtificabo impiū. Deut.25. Quem iuſtum eſſe proſpexerint:illi iuſtitie palmā dabunt. Pro quo he.le.Et iuſtificabūt iuſtū.& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.2.Reg.15.vt ad me veniāt omnes qui habent ne-

Juſte iudicare. gocium:& iuſte iudicem. Iob.4. Nunquid homo dei cōparatióe iuſtificabitur.& in eodem.9.Si iuſtificare me voluero.& in eodem.33.Volo enim te apparere iuſtū.i.volo te iuſtificare.p̄s.18. Iuſtificata in ſemetipſa.ſ.ſunt.p̄s.50.Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.p̄s.81.Humilem & pauperem iuſtificate.p̄s.142. Quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.Prouer.17.Et qui iuſtificat impiū.Eſa.43. Dent teſtes eorū:& iuſtificētur. Hiere.3. Iuſtificauit animā ſuā auerſatrix iſrael.Ezech.16.Et iuſtificaſti ſorores tuas.& in eo. Iuſtificate enī a ſūt te. Dañ.8. Et mūdabitur ſanctuariū.Pro quo hebrei legūt. Et iuſtificabitur ſanctuariū. & in eodem.12.Et qui ad iuſtitiam erudiūt multos. Pro quo hele.& qui faciūt iuſtificari multos.& ē ſenſus ſicut ī littera noſtra.Et inde צַדִּיק Sadic.i.iuſtus.Geſi.6.Noe vir iuſtus atq;

צַדִּיק Juſtus. perfectus fuit.& in eo.18. Nunquid perdes iuſtū cū impio. Exo.9. Dominus iuſtus. p̄s.7. Deus iudex iuſtus . Eſa.3. Dicite iuſto quoniam bene.& in eodem.49. Aut quod captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe poterit. Pro quo hebrei legunt. Aut quod captum fuerit a iuſto.i.ab illo qui iuſte accepit· Et in plurali צַדִּיקִים Sadicim.ideſt iuſti. Deut.4.& vt habeat cerimonias iuſtaq; iudicia.& in eodem.16.Et mu

צַדִּיקִים Juſta. Juſti tant verba iuſtorum.3. Reg.2. Quia interfecit duos viros iuſtos melioreſq; ſe.p̄s.36. Oculi dñi ſup iuſtos.Ezech.25. Viri ergo iuſti ſunt ipſi iudicabūt eas. Et inde צֶדֶק ſedec.i. iuſtitia. Deut.16. Iuſte quod iuſtū eſt perſequeris. Pro quo hebrei legunt. Iuſtitiam iuſtitiam ſequeris. Iob.29. Iuſtitia indutus ſum.& in eodem.35.vt diceres iuſtior deo ſum. p quo hebrei legunt. Iuſtitia mea a deo:ſiue maior q̄ dei. & eſt ſenſus ſicutin littera noſtra. & ſcribitur cū he vel thau

צֶדֶק Juſtitia

צְדָקָה Iustitia.

In fine & dicitur צְדָקָה Sedaca. siue צְדָקָת Sideath. Geñ. 15. Et reputatum est ei ad iustitiam. & in eodem. 30. Respondebitq; mihi cras iustitia mea. Deut. 23. Et fecit iustitiam dñi. Et in plurali צְדָקוֹת Sedacoth. p̄s. 10. Quoniã iustus dominus & iustitias dilexit. Ponitur etiam pro elemosyna. Dañ. 4. Peccata tua elemosynis redime.

צְדָקוֹת Iustitie

צְדָקָה elemosyna

צָהֹב Flauus

Sahab. flauus: seu color auri. Leuit. 13. Et capillus flauus solitoq; subtilior. Scribitur etiam cum mẽ in principio & dicitur מְצָהָב Mushab. Esd. 8. Et vasa eris fulgentis optimi duo: pulchra vt aurum. pro quo he. lc. & vasa eris flauti. i. coloris aurei optima duo: preciosa vt aurum.

מְצֻהָב Fulgens

צָהַל Exultare. Exhilarare. Hinnire.

Sahal. exultare. exhilarare. gaudere. iubilare. hinire. Ester. 8. Omnisq; ciuitas exultauit. p̄s. 103. Vt exhilaret faciem in oleo. Esa. 12. Exulta & lauda. Significat etiam hinnire vel mugire. Esa. 10. Hinni voce tua filia galin. Et in eodem. 24. Hinnient de mari. Hiere. 5. Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebant. & in eodem. 50. Et mugistis sicut tauri. Et inde מְצַהֲלוֹת Mushaloth. i. hinnitus in numero plurali. Hiere. 8. A voce hinnituum equorum eius cõmota est omnis terra. & in eodẽ. 15. Adulteria tua & hinitus tui.

Exhilarare. Hinnire. Mugire. מְצַהֲלוֹת Hinnitus.

צֹהַר Fenestra צָהֳרַיִם

Sohar. fenestra. Geñ. 6. Fenestram in arca facies. Et inde צָהֳרַיִם Sahoraim. idest meridies. s. cum sol est in medio celi vel in nostro meridiano. Geñ. 43. Quoniã hodie mecum viri comesturi sunt in meridie. Iob. 11. Et quasi meridianum fulgur cõsurget tibi ad vesperam. p̄s. 36. Et iudicium tuum tãq; meridies. Cant. 1. Vbi cubes in meridie. Et inde verbũ יָצְהִירוּ Iashiru. pro quo beatus hieronymus transtulit: meridiati sunt. i. sederunt in meridie. Iob. 24. Inter aceruos eorum meridiati sunt. Hebrei vero dicũt q; deriuatur a sequẽti dictione que significat oleum. vnde in predicto loco ipsi legunt. Inter aceruos eorum fecerũt oleum siue expresserunt oleum: aut oleificauerunt: si latine posset dici. Et inde יִצְהָר Ishar. i. oleũ: eo quod est lucidum & splẽdidum. Deut. 7. Oleo & armentis gregibus ouiũ tuarum. & in eodem. 10. Vt colligatis frumentum & vinum & oleũ. & in eodem. 28. Vt non relinquatur tibi triticum & vinum & oleũ. 2. Paralip. 32. Apothecas quoq; frumẽti & vini & olei. Zach. 4. Isti sunt duo filii olei splendoris. vbi ponitur pro vtroq;. s. pro oleo & pro splendore.

Meridies. יָצְהִירוּ Meridiati sunt.

יִצְהָר Oleum

Splendor

צוֹא צוֹאָה Soedes

Soa. sordes. immunditia. & scribitur cum he in fine & dicitur צוֹאָה Soa. Prouer. 30. Et tamen non est lota a sordibus suis. Esa. 4. Si abluerit dñs sordes filiarum sion. & in eodem. 7. Omnes enim mẽse replete sunt vomitu sordiumq; & inde צוֹאִים Soim. idest sordidi. Zach. 3. & iesus erat indutus vestibus sordidis. & in eodẽ. Auferte vestimenta sordida ab eo. Vide ẽt de hoc supra in dictione יָצָא Iasa.

צוֹאִים Sordidi.

צוד Venatu aprehẽdere Venari.

Sud. venari. venatione capere. insidiari. Geñ. 27. cum q; venatu aliquid apprehenderis. & in eo. vt iussionẽ patris impleret. pro quo hebrei legunt. Ad venandum venationem vt afferret. sed beatus hieronymus trãstulit sẽsũ. & in eodem. Qui dudum capta venatione attulit mihi. Leuit. 16. Si venatione vel aucupio ceperit auem vel feram. Hiere. 4. Mittam eis multos venatores & venabuntur eos Et in eo. 13. Et faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad capiendas animas. idest ad venandas animas. Et in eo. Et cũ ceperint aias populi mei. & in eo. Quibus vos capitis animas volantes. & in eo. & dimittã animas quas vos capitis. Threñ. 3. Venatione ceperunt me inimici mei. & in eo. 4. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. pro quo he. le. Venati sunt siue insidiati sunt vestigia nostra: ne ambularent in plateis nostris. idest inimici nostri prohibuerunt nos ne ambularem? in plateis nostris Vide etiam de hoc supra in dictione. צָדָה Sada. inde צַיִד sid. siue צַיִר Sed. idest venatio. Geñ. 10. Et erat robustus venator coram domino. pro quo hebrei legunt. Ipse erat robustus venatione coram domino. & in eo. 25. Eo quod venatione illius vesceretur. Et in eo. 27. Affer mihi de venatione tua. & inde מְצוּד Mesud. siue מְצוֹדָה Mesuda. idest rete: vel laqueus: aut hamus: siue sagena. Iob. 19. Et flagellis suis me cinxerit. pro quo hebrei legunt. Et reti suo me cinxerit. Eccls. 9. Sed sicut pisces capiuntur hamo. Ezech. 12. Et capietur in sagena mea. Et in eo. Neq; erunt vltra in manibus vestris ad predandum. Pro quo hebrei legunt. Neq; erunt vltra in manibus vestris in rete siue in sagenã. Et in plu. מְצוֹדִים Mesudim. siue מְצֹדוֹת Mesadoth. Eccls. 7. Que laqueus venatorum est & sagena cor eius. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet laquei. Ezech. 17. miserũtq; eũ in carcerẽ. Vbi ponitur pro carcere. Significat etiam arcem seu fortaliciũ. De quo vide supra in dictione מָצוֹר Mesad. Et inde צָדִים Sadim. idest venatores. Hiere. 8. Mittam eis multos venatores. Significat etiam hostes vel insidiatores. Hiere. 7. vt habeatis eos hostes. Item צַיִד Sed. siue צֵיד Saíd. aut צֵידָה Seda. idest viaticum seu cibaria. Iosu. 1. Preparate vobis cibaria. Et in eo. 9. Panes quoq; quos portabãt ob viaticum. & in eodem. Susceperunt igitur de cibariis eorum Nee. 13. vt in die qua vendere liceret venderẽt. p quo hebrei legunt. Venderent cibaria. p̄s. 77. Cibaria misit eis in abundantiã. Ps. 131. Viduam eius benedicens benedicã. Pro quo hebrei legunt. Cibaria seu viaticum eius benedicens benedicam. Et inde verbum הִצְטַיְּדוּ histaiad. quod significat cibaria tollere vel cibaria preparare. Iosu. 9. Tulerunt sibi cibaria. & in eodem. En panes quando egressi sumus de domibus nostris vt venirem? ad vos calidos sumpsimus. Pro quo hebrei legunt. En panis noster calidus erat quãdo pro viatico tulimus eum de domibus nostris: in die quo egressi sumus vt veniremus ad vos.

Venator venatio

מָצוֹד Rete Hamus. Sagena.

מְצוֹדִים Laqueus.

Carcer

צָדִים Venatores. Hostes

צַיִד

צֵידָה Cibaria. Viatica

Cibaria tollere.

צָוָה Precipere. Mandare. Iubere

צִוּי Precepti

מִצְוֹת mandata

צָוַח Clamare

צְוָחָה Clamor vlulatus

צוֹל

צָוָה Sauach. Clamare. vociferari. Esa. 44. De vertice montium clamabunt. Et inde צְוָחָה Scuacha. idest clamor. vociferatio. vlulatus. Esa. 24. Clamor erit super vinũ in plateis. Hiere. 14. Et clamor ierusalem ascendit. & in eodem. 46. Et vlulatus tuus repleuit terram. Sul. profundũ. s. aquarũ & scribitur cum he in fine ad

צוֹלָה profundū. מְצוֹלָה profundus

denotandum genus femininum & dicitur צוֹלָה Sula.i.profundum. Esa.44. Qui dico profundo desolare. & cōmuniter scribitur cum mē in principio & dicitur מְצוֹלָה Mesula ps.68. Infixus sum in limo ꝑfundi. & in eodem. Ne absorbeat me profundum. Ione.2. Et proiecisti me in profundo in corde maris. Et in plurali מְצוּלוֹת Mesuloth. Exo.15. Descenderunt in profundum sicut lapis. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. in profundа. ps.67. Conuertam in profundū maris. ps.87. In tenebrosis & in vmbra mortis. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. trāstulit. In tenebris & in profundis

מְצוּלוֹת profunda

צוּם Ieiunare

שַׁד Sad.vber.mãma.Threñ.4. Sed et lamie nudauerunt mãmã.Dicitur ẽt שׁוֹד sod.Esa.60.Sed mamilla regũ lactaberis.& in eo.66.Et repleamini ab vbere consolatiõis ei?. & in plu.שָׁדַיִם Sadaim.Gen̄.49.Benedictiõibus vberũ & vulue.Canti.1.Intra vbera mea cõmorabitur. & in eo.8. Et vbera nõ habet.Ezech.23.Ibi subacta sunt vbera. & in eo.& cõfracte sunt mãme pubertatis sue.& in eo. Vbera tua lacerabis.Osee.9.& vbera arentia.Item שֵׁד Sed.i. demon & solum inuenitur in numero plu.s.שֵׁדִים Sedim.Deut.32 Immolauerunt demoniis & non deo.
Mamilla. Vbera. Demon. Demones
שָׁדַד Sadad. Depredari.vastare.deuastare.depopulari.terrã vomere vel sarculo scindere:aut sarrire. Iob.24. Vim fecerũt depredãtes pupillũ.Ps.90.Ab incursu & demonio meridiano.pro quo hebrei legunt. Amorsu deuastãtis meridie.pro quo btũs hiero.in ps.iuxta he.ve.trãstulit.A morsu insaniẽtis meridie.Prouer.11. Supplãtatio peruersorũ vastabit illos.& in eo.19.qui affligit patrẽ & fugat matrẽ.pro quo he.le.Qui deuastat siue depredatur patrẽ: fugat matrẽ.& in eo.24.Ne vastes requiem eius. Esa.15. Quia nocte vastata est ar moab.& i eo.33.ve q predaris:nõ ne & ipse predaberis.& in eo.Cũ cõsumaueris depredationem: depredaberis.Hiere.4.ve nobis quia vastati sumus Et in eo.Vastata sunt repẽte tabernacula mea'.& in eo.5.lupus ad vesperã vastabit eos.& in eo.47.In quo vastabuntur oẽs filii tui.& in eo.49.& vastate filios oriẽtis.Ezech. 32.& vastabũt supbiã egyptiorũ.Osee.10. Depopulabitur aras eorũ.& in eo.& oms munitiões tue vastabũtur.Ioel.1. Depopulata est regio nra.Mich.2.Depopulatiõe vastati sumus.Naũ.3.Vastata est niniue.& inde שׁוֹדֵד Soded.i. deuastans siue vastator.Esa.16.A facie vastatoris.Hiere.6. quia repẽte veniet vastator sup nos.& inde שׁוֹד Sod siue שֹׁד sad i.vastatio:siue deuastatio aut vastitas;siue depdatio. Prouer.24.quia rapinã meditabitur mẽs eorũ. Esa.15.Quasi vastitas a dño veniet.& in eo.16.Cõsumatus est miser. pro quo he.le.cõsumata est vastitas:siue deuastatio vel depredatio.& in eo.22. Nolite incũbere vt cõsolemini me sup vastitatẽ filie populi mei.& in eo.60.vastitas & contritio i viis eorũ.ponitur ẽt שֹׁד sad.p erũna.ps.31.Cõuersus sum in erũna mea.& btũs hiero.in psalterio iuxta he.ve.transtulit Versatus sum in miseria mea.De quo vide supra in dictione לְשֹׁד lesad.Signat ẽt שֹׁד sad.siue שׁד sod mãmillam seu vber.de quo vide supra in dictione שַׁד Sad. & inde שַׁדַּי Sadai.pro quo btũs hiero.trãstulit oipotẽtẽ.eo qd pot deuastare vel mutare naturã elementorũ & terrestriũ & celestium:qñ oportet miracula facere. Gen̄.17.Ego deus oipotẽs Exo.6.apparui abrã isaac & iacob ĩ deo omnipotẽti. Iob 22.Eritq; omps cõtra hostes tuos.& in eo.Ab oipotẽte nõ sunt abscõdita tpa.Esa.13.Quasi vastitas a dño veniet.pro quo he.le.quasi vastitas ab oipotente veniet.pot ẽt legi.q̃si vastitas a vastatore veniet.Ezech.1.Quasi sonum sublimis dei.p quo he.le.quasi sonũ omnipotentis. Item שְׁדָה sida idest scyphus. & in plurali שְׁדוֹת Sidod.pro quo ipse transtulit vrceolos.Eccl's.12.scyphos & vrceolos. & dicunt aliq hebrei.p signific quedam instrumẽta musica. & illud qd sequitur in ministerio ad vina fundẽda non est in hebreo. Signat etiam predicta dictio שָׂדַד Sadad terram vomere vel sarculo scĩdere:aut humũ sarrire:seu sulcos facere. Esa. 28.Proscindet & sarriet humũ suã. Osee.10.Confringet sibi sulcos iacob.& inde שְׂדִים Sidim.idest campi seu campestria vel siluestria.Gen̄.14.Duxerũt aciẽ cõtra eos in valle siluestri.& in eodẽ. Vallis autem siluestris habebat puteos multos.vide etiam de hoc in dictione sequenti.
Sarculi. Sarrire. sulcos confringere. Siluestris.
שָׂדֶה Sade.ager.campus.aut locus campestris.Regio.prouincia.Gen̄.4.Cumq; essent in agro.& in eodẽ.24.
Ager.

Et egressus fuerat ad meditandum in agro. & in eodē.27. Quasi odor agri pleni. Leuit.25. Suburbana autē eorū nō veneant. p quo hebrei legūt. Et ager suburbani eorum nō veneat. Nu.20. Nō ibimus per agros neq; p vineas. Quod in hebreo legitur singulariter. s. non ibimus per agrū neq; per vineam. 4. Reg.8. Clamans ad regē p domo sua & pro agro suo. Nee.5. Et agrum non emi. Prouer.31. Considerauit agrum: & emit eum. Hiere.32. Eme tibi agrum meum. Ezech.17. Et posuit illud in terra pro semine. i. in agro. Et in eodē. Que in terra bona super aquas multas plātata est. i. in agro bono. Et aliqñ scribitur cū iod in fine loco he. p̄s. 8. Insup & pecora campi. p̄s. 96. Gaudebunt cāpi & omnia que ī eis sūt. Quod in hebreo legitur singulariter. s. gaudebit campus & omnia que in eo sunt. Ponitur etiā pro regione vel puincia. Genē.14. Et percusserūt omnē regionē amalechitarum. Ruth.1. Vt peregrinaretur in regione moab. 1. Reg.6. Fuit ergo arca dñi in regione philistinorū septē mēsibus. Hiere.40. Qui dispersi fuerāt per regionē. Osee.12. Fugit iacob in regionem syrie. & in plurali שָׂדוֹת Sadod. 1. Reg.8. Agros quoq; vestros & vineas & oliueta vra optima tollet. Hiere.32. Agri pecunia ementur. Reperitur etiam שְׂדִים Sadim. secundū terminationē pluralem masculinorum. 3. Reg.2. Vade in anathoth ad agrū tuū. Pro quo hebrei legunt. Ad agros tuos. Esa.32. Super regiones desirabiles. Mich.2. Qui regiones nras diuidat. & inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur שָׂד Sad siue שׁד sod. quod signat mamā seu mamillā. De quo supra dictū est ī dictiōe שׁד sad. שַׁדַּי Saddai. omnipotens. De quo vide supra in dictione שָׂדַד Sadad.

שָׂדַם Sadam. exarescere. Esa.37. Et herba tectorum que exaruit: anteq̄ matureſceret. Item שְׂדֵמָה Sedema. i. campus siue aruū. Abach.3. Et arua non afferent fructum. Quod in hebreo legitur singulariter. s. & aruū non faciet fructū. Et in plurali שַׂדְמוֹת Sadmod. vel שְׂדֵמוֹת Sedemod Pro quo beatus hieronymus trāstulit suburbana. Deut.32. De vinea sodomorū vinea eorum: & de suburbanis gomorre. Est etiā nomen propriū vallis prope ierusalem. 4. Reg. 23. Foras ierusalē: in cōualle cedron. Pro quo in hebreo habetur in sadmoth cedrō. Hiere.31. Et vniuersam regionem mortis. Pro quo in hebreo habetur. & vniuersā sedemoth. i. vniuersam cōuallem sic noīatam. Sed si diuidatur predicta dictio ī duas dictiones: tūc significat regionem mortis sicut est in littera nostra.

שָׂדַף Sadaph. arere. exarescere. Gen̄. 41. Alie quoq; totidē spice tenues & percusse vredine. i. arefacte. 4. Reg 19. Herba tectorū que arefacta est. & inde שַׁדַּפוֹן Sidaphon. i. ventus vrens. Pro quo beatus hieronymus trāstulit aerē corruptum. Deut.28. Et aere corrupto & rubigine.

שֵׁדֶר Sēder. tabulatum. siue ordo tabularum. & solum inuenitur in numero plurali. s. שְׁדֵרוֹת sederoth. Pro quo beatus hieronymus trāstulit laquearia. 3. Reg.6. Texit quoq; domū laquearibus cedrinis. & aliqñ scribitur cū sámech loco sin. De quo vide supra in dictione סֵדֶר sēder. Itē שָׁדַר Saddar in līgua chaldaica signīat laborare. siue operā dare aut mittere vel emittere. Dañ.6. Laborabat vt erueret illū.

שֶׂה Se. agnus. pecus. Gen̄.22. Vbi est victima holocausti. p quo he. le. Vbi est agnus holocausti. & in eo. Deus prouidebit sibi victimā holocausti. Leuit.2. Siue bos siue ouis non īmoletur vna die cū fetibus. Deut.14. Bouē ouē & capram. Ezech.34. Ecce ego iudico īter pecus pingue & macilentū. & in eo.45. Et arietē vnū de grege. vbi ponitur p ariete. Ponitur etiam pro grege. Hiere.50. Grex dispersus israel. & aliqñ scribitur cū iod loco he. Exo.22. Nō videbis bouē fratris tui aut ouē errantem. 1. Reg.14. Vt adducat ad me vnusquisq; ouem suā.

שָׂהֵד Sahad. testis. seu conscius. Iob.16. Testis meus & conscius me? in excelsis. & ī lingua chaldaica significat testificare siue testimoniū reddere. Et inde שָׂהֲדוּתָא Sahaduta. i. testimoniū. Gen̄.31. Quē vocauit labā tumulū testis idest tumulū testimonii.

שֹׁהַם Soham. onyx. lapis preciosus coloris vnguis. Gen̄. 2. Ibi inuenitur bdelliū & lapis onychinus. Exo.25. Lapides onychinos & gēmas

שָׂהַר Sahar. ornamentum equorū seu camelorum. Et solum inuenitur in numero plurali. s. שַׁהֲרֹנִים Saharonim. Pro quo beatus hieronymus transtulit bullas. Iudi.8. Et tulit ornamenta & bullas de collo camelorum.

שׁוֹא So. tempestas. sonitus. clamor. fremitus. desolatio. vanum. vacuū. inane. & scribitur cum he ī fine & dicitur שׁוֹאָה Soa. Prouer.1. Cum irruerit repētina calamitas. Pro quo he. le. Cum venerit quasi sonitus vel tempestas timor vester. i. illud quod timebatis. Potest etiā deriuari a dictiōe שָׁאָה Saa. & significare calamitatem sicut est in littera nra: vt supra dictū est. Ezech.38. Ascendens aūt quasi tēpestas. Ponitur etiam pro inuio & desolato. Iob.38. vt impleret inuiā & desolatā. Et in plu. תְּשֹׁאוֹת Thesuoth. Iob.36. Que p tegūt cuncta desup. Pro quo he. le. Clamores vel sonitus tē torii sui. & in eo.39. Clamorē exactoris nō audiet. Quod ī hebreo legitur pluraliter. s. clamores exactoris. Zach.4. & exequabit gīam gē eius. Pro quo he. le. Clamores gē gratie sibi: siue sonitus gīa gratia ei Potest etiā deriuari a dictione שָׁוָה Saua que significat exequare: sicut est in littera nra vt infra dicetur. Item שָׁוְא Sau. i. vanū seu frustra: vel inane aut vacuū. Exo.28. Non assumes nomen dñi dei tui in vanum. Iob.15. Non credet frustra errore deceptus. & in eo. 35. Nec enī frustra audiet deus. p̄s.11. Vana locuti sunt vnus quisq; ad proximū suum. p̄s.25. Qui nō accepit in vanum aīam suā. Ps.25. Non sedi in cōcilio vanitatis. p̄s.30. Odiui obseruātes vanitates supuacue. p̄s.126. In vanum laborauerunt qui edificant eā. & in eodē. Frustra vigilat qui custodit eam. Prouer.30. Vanitatē & verba mēdacii longe fac a me. Hiere.2. Frustra pcussi filios vros. & in eodē.6. Frustra conflauit conflator. Ponitur etiā pro mendacio vel falso. Exo. 23. Non suscipias vocem mendacii. Threñ.2. Prophete tui viderunt tibi falsa & stulta. & in eodem. Viderunt autem tibi assumptiones falsas.

שׁוּב Sub. vertere. reuertere. reuerti. cōuertere. redire. reducere. reddere. retribuere. respōdere. habitare. Gen̄.15. Quarta autē generatione reuertentur huc. & in eo.16. Reuertere ad dñam tuā. Exo.4. Reuertar ad fratres meos. & ī eodē.24. Donec reuertamur ad vos. Leuit.25. Reuertetur homo ad possessionē suā. Nu.10. Reuertere dñe ad multitudinē israel. Ios.5. Et circūcide secūdo filios israel. p q̄ he. le. Et reuertere circuncide secundo filios israel. i. iterū circumcide secundo filios israel. 4. Reg.20. Sed reuertatur retrorsum decē gradibus. Iob.17. Oēs vos cōuertimini & venite. p̄s.6 Cōuertere dñe: eripe aīam meā. Eccl.1. Et in circulos suo reuertitur. & in eodē.9. Verti me ad aliud. Canti.6. Reuertere reuertere sulamitis: reuertere reuertere & īueamur te. Esa.6. Et cōuertatur & sanem eum. & in eodem.38. & reuersus est sol decē lineis. & in eo.55. Et vltra nō reuertetur. & in eodē.59. Auersi sumus ne iremus post deū nostrū. Et in eo. Qui redeunt ab iniquitate. Hiere.4. Si reuerteris ad me israel dicit dñs: ad me reuertere. & in eo.14. Reportauerūt vasa sua vacua. p quo he. le. Reuersa sunt vasa sua vacua Et in eo.31. Postq̄ cōuertisti me. & in eo.40. Et mecū noli

Terra. Campus. Regio. agri. Regiones mamma. omipotēs Exarescere arua Suburbana Consultio regio mortis. Sator coarruptio. laquearia laborare agnus. ouis Pecus tricis. Bos

Testis Testificat. testimonium Onyx Bulle calamitas Sonitus. Tēpestas. desolata. Sonitus Clamores Vanum Frustra. Vanitas mendacium Falsa Reuertere Cōuertere Vertere auertere. Redire.

venire:sed habita apud godoliam.Pro quo he.le.Et adhuc ille non reuertebatur:& reuertere ad godoliã.Ezech.16.Reuertentur ad antiquitatẽ suã. & in eo.46. Et reuertetur ad principem.& i eo.47.Cũcp me cõuertissem. Osee.12.Et tu ad dñm deũ tuũ cõuerteris.& in eodẽ.14. Conuertere israel ad dñm deũ tuũ.& in eo.Cõuertentur sedentes in vmbra ei9.Naũ.2.quia sicut reddidit dñs superbiã iacob:sic superbiã israel.p quo he.le. Sicut cõuertit dñs superbiã vlcel situdinem israel. Et inde verbum tertie cõiugationis quod significat reuerti facere.siue reducere:aut retribuere:vel respondere.Geñ.14.Reduxit omnẽ substãtiã.& in eodẽ.24. Filiũ tamen meũ ne reducas illuc.& in eo.45.Et illã quã in uenistis in sacculis vris reportate.i.reducite.& i eodẽ.44. Reportauimus ad te de terra chanaã.i reduximus.Exo.10. Reuocauerunt moysen & aaron ad pharaonẽ.i. reuerti fecerũt.1.Reg.6.Et reducite vitulos earũ domi.Pro quo hele. Reuerti facite siue reducite vitulos earũ in domũ. Et in eodem.Sed quod debetis ei reddere pro peccato.& in eodẽ Quid est quod pro delicto reddere debemus. & in eodem. Et vasa aurea que soluistis ei p delicto.i.reddidistis seu retribuistis.ps.50.Redde mihi letitiã salutaris tui.ps.71.Reges tharsis & insule munera offerent.i.reducent vel retribuent. ps.87.Auertisti ab ira indignationis tue. pro quo he.le.Auertere feci9ti ab ira indignationem tuã:siue indignationis tue.ps.115.Quid retribuã dño. Esa.38.Ecce ego reuerti faciã vmbrã linearũ. & in eodẽ.42. Nec est qui dicat :redde. Hiere.29. Et reducam vos ad locum istum . & in eodem. 33.Et cõuertã cõuersionẽ iuda.p quo he.le. Et cõuertere faciam siue reducã conuersionem iuda.& in eo.2. Reducã cõuersionẽ eorũ.Ponitur etiã pro soluere.4.Reg.3.Et soluebat regi cẽtũ millia agnorũ. Significat etiã respõdere. Iob. 6.Respondete obsecro absq; contentione.& in eo.20.Idcir co cogitationes mee varie succedũt sibi.p quo he.le.Idcirco cogitationes mee respondent mihi.& in eodẽ.33.Respõde si habes quid loquaris.Prouer.18. Qui pri9 respõdit qñ audiat.Põitur etiã pro habitare.ps.22.Et inhabitem in domo dñi in longitudine dierũ.Ezech.35. Ciuitates tue non habitabuntur. Vide etiã de hoc supra in dictione יָשַׁב Iasab & aliqñ scribitur cum duplici beth.ps.22. Aiam meã cõuertet.Esa.49.vt reducã Iacob ad eum.& in eo.58. Auertens semitas in quietem.Hiere.3.Cõuertimini filii reuertẽtes.i. auertẽtes seipos a via recta.& in eodẽ.8. Et qui auersus est nõ reuertetur:quare ergo auersus est populus iste in ierusalem auersione cõtentiosa.Ezech.38. Que reuersa est a gladio.& in eodẽ.39.Et reduxero eos de populis.Mich.2.Cũ reuertatur qui regiones nras diuidat.Significat etiã decipere.Esa.47. Sapiẽtia tua & scientia tua decepit te. Vide etiã de hoc supra in dictione שָׁבַב Sabab. & inde שׁוּבָה Suba.siue מְשׁוּבָה Mesuba.i.cõuersio siue redit9 vel auersio.Esa.30. Si reuertamini & quiescatis:salui eritis.p quo he.le. In conuersione & quiete salui eritis.Osee.11.Et populus meus pẽdet ad reditũ meũ. Significat etiã auersionẽ vel auersatricem.Prouer.1. Auersio paruulorũ interficit eos. Hiere.2. Et auersio tua increpabit te.& in eo.3. Que fecerit auersatrix israel.& in eo. Iustificauit animã suã aduersatrix israel. & in eodem.8.Quare auersus est populus iste in ierusalem auersione contentiosa.& inde תְּשׁוּבָה Thesuba siue שְׁבָת Sebath aut שְׁבוּת Sebuth.i.reditus:siue cõuersio.2. Reg.11. Factũ est autẽ vertẽte anno.i.in reditu anni.ps.125.In cõuertendo dñs captiuitatem sion.Pro quo hebrei legunt. In cõuertendo dñs cõuersionem sion.Potest etiam dericari a supradicta dictiõe שָׁבָה Saba.que significat captiuare sicut est in littera nra.Hiere.3.Et cõuertã cõuersionẽ ppli mei. & in eodem. Ecce ego cõuertam cõuersionem tabernaculorum iacob.& in eodem.33. Reducam enim cõuersionem terre.

שׁוּב Sub.canescere.i.canum seu decrepitũ esse.senescere. 1.Reg.1.Ego autẽ senui & incanui.& inde שֵׂיבָה Seba idest canicies.senectus siue seniũ.Leuit.19. Coram cano capite consurges.3. Reg.14. Quia caligauerãt oculi eius pre senectute.Prouer.20.Et dignitas senum canicies. Osee.7. Sed & cani effusi sunt i eo.p quo hebrei le.Canicies effusa est in eo.& inde שָׂב Sab.i.canus seu senex.Iob.11. Et senes & antiqui sunt in nobis.

שׂוּד Sud.linire . leuigare.s.calce. Deut.21. Et calce leuigabis eos.& in eodẽ. Et leuigabis eos calce. Et inde שִׂיד Sid.i.calx.vt in predictis locis.Ponitur etiam p cinere. Esa. 33.Et erunt populi qsi de incendio cineris. Amos.2.Quia incenderit ossa regis idumee vsq; ad cinerem.

שָׁוָה Saua.equare.adequare.equiperare.equalem esse.ponere.prodesse. Prouer.3.Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.i.adequari.& in eo.25.Ne effi-ciaris ei similis.Pro quo he.le. Ne sis ei equalis. & in eodẽ. 27. Et litigiosa mulier comparatur.i.adequatur. Ester.7. Nuncaũt hostis noster est:cuius crudelitas redũdat in regẽ Pro quo hebrei legunt. Quia non equat siue equiperat hostis in dãnum regis. Potest etiam legi.quia non pdest. Esa. 28.Nõne cum adequauerit faciẽ eius.& in eo.40.Cui assimilastis me & adequastis.Threñ.2. Cui exequabo te & cõsolabor te.Osee.10. Fruct9 adequabitur ei.Significat etiam ponere vel preponere.ps.15. Prouidebã dñm in conspectu meo semper. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trã stulit.Preposui dñm in conspectu meo semper.ps.17.Qui posuit pedes meos tancp ceruorũ. ps.20. Gloriã & magnũ decorẽ impones sup eum. ps.88 . Posui adiutoriũ sup potentẽ.ps.118. Iudicia tua non sum oblitus. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Iudicia tua pponebã. ps.130.Si nõ humiliter sentiebam:sed exaltaui animã meã. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Si non posui & silere feci animã meã. Significat etiã pdesse vel expedire.Ester.3. Et optime nosti quod non expediat regno tuo.& in eodem.5.& cum hec omnia habeam: nihil me habere puto.Pro quo he.le. Et omnia hec non prosunt mihi. Iob.33.Et vt eram dignus non recepi.pro quo he.le.& non pro fuit mihi.Potest etiã legi.& non adequauit mihi.i.non recepi equalia meis delictis. & tũc erit sensus sicut in littera nra. Et dicũt aliqui hebrei cp a predicta dictione deriuatur שָׁוְא Sau quod significat vanũ siue frustra. De quo vide supra in dictione שׁוֹא So.

שׂוּחַ Súach.incuruari.inclinari.Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. De quo vide infra in dictione שָׂחַח Sachach.& in dictione שָׂחָה Sacha.& inde שׂוּחָה Sucha siue שִׂיחָה Sicha.i.fouea.ps.56.Foderũt ante faciem meam fouea.Prouer.22.Foues profunda os aliene.Et aliquando scribitur cum thau in fine.ps 95. Donec fodiatur peccatori fouea. Ezech.19. Non absq; vulneribus suis ceperunt eum.Pro quo hebrei legunt.In foueis suis captus est.Et sequitur metaphorã capture leonis qui capitur in foueis. Potest etiam legi sic.in interitu suo siue in internitione sua captus est.& tũc erit sensus sicut in littera nostra. Ponitur etiã שַׂחַת Sachath pro interitu vel internitione.ps.54. Deduces eos in puteum interitus.Esa.51. Et non interficiet vsq; ad internitionem.Ezech.28. Interficiẽt & detrahẽt te.pro quo hebrei legunt.In interitum siue internitionem detrahent te.Potest etiam legi in foueam detrahent te. Vide etiã de hoc infra in dictione שַׂחַת Sachath.& in plurali שִׂיחוֹת Sichoth.ps.118.Narrauerũt mihi iniqui fabulationes.Pro

Reducere
Reportat
Reuocare
Reddere
Soluere
Offerre
Retribuet
Reuerti facere.
soluere
Respõdet
Habitare.
שׁוּבָה מְשׁוּבָה
Cõuersio . Reditus Auersio.
auersatrix
תְּשׁוּבָה שְׁבַת שְׁבוּת
Reditus Cõuersio.
שׁוּב
senescere
שֵׂיבָה
Canas. senectus Canicies
שָׂב
Canus.
שׂוּד
Leuigare
שִׂיד
Calx. Linis
שָׁוָה
Cõparare Equiparare
adequare.
Exequare
Ponere Imponere.
proponere.
Expedire
Prodesse.
שָׁוְא
Vanum.
שׂוּחַ
Inclinari
שׂוּחָה שִׂיחָה
Fouea.
שַׂחַת
Interitus Internitio
שִׂיחוֹת

quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Foderunt mihi iniqui foueas.

Fouee. שׂוּחַ Meditari Loqui שׂוֹחַ Soach.meditari.loqui.Gen.24. & egressus fuerat ad meditãdum in agro. Iudi.5.Et ambulatis in via:loqui mini.Iob.12.Loquere terre & respondebit tibi.ps.68.Ad uersum me loquebantur qui sedebant in porta. ps.118. In mãdatis tuis meditabor. ps.142. In factis manuũ tuarum meditabar.Prouer.6.Euigilans eloquere cum eis.Esa.53. Generationẽ eius quis enarrabit.i.quis loquetur . Et inde

Eloqui Enarrare. שִׂיחַ Eloquium Siach.i.meditatio:vel eloquiũ.5.Reg.18.Forsitã loquitur.pro quo hebrei legunt.Forsitã est ei eloquiũ.4.Reg.9. Nostis hominẽ & quid locutus sit.pro quo he.le.Nostis hominẽ & eloquiũ eius. Iob.7.Et reuelabor loquens mecum in strato meo.Pro quo he.le. Et eleuabor eloquio meo:siue in meditatione mea.ps.54.Cõtristatus sum in exercitatione mea. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he-ve.transtulit humiliatus sum in meditatione mea. & in titulo psalmi. 101.vbi dicitur. Et coram dño effudit precem suã. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Et coram dño fuderit eloquiũ suum. ps.141. Effundo in conspectu eius orationem meam. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Effundã in conspectu eius eloquiũ meum.Amos.4.Et annunciãs homini eloquiũ suum.Potest etiã legi meditationẽ suam.i.cogitationem cordis sui. quod soli deo pertinet. Ponitur etiã pro dolore vel querimonia.1.Reg.1.Quia ex multitudine doloris & meroris mei.

exercitatio

Dolet. שׂוּחַ Circuire perãbulat Sut.circuire.discurrere.dispergi.s. huc et illuc. remigare.Nu.11.Circuibat populus:& colligens illud frãgebat mola . 1.Reg.24. Perãbula omnes tribus israel.i. discurre vel circue omnes trib⁹ israel.& in eodem. Et lustrata uniuersa terra affuerunt.pro quo hebrei legunt. Circuierunt siue discurrerunt per uniuersam terrã.2.Paralipo.16. Oculi enim dñi contemplãtur uniuersam terram.Pro quo hebrei legunt. Oculi enim dñi discurrunt.i.circumspiciunt per uniuersam terrã. Iob.1. Circuiui terrã & perãbulaui eã. Hiere.5.Circuite vias ierusalem.& in eodẽ.49. Plãgite & circuite per sepes.Zach.4.Oculi dñi qui discurrunt in uniuersam terrã. significat etiã remigare.Ezech.28.Habitatores sidonii & aruadii fuerunt remiges tui.& in eodem.In aquis multis adduxerunt te remiges tui.& inde מַשׁוֹט Masot i.remus. vt in eodẽ.Quercus de basan dolauerũt i remos tuos.& in eo. Omnes qui tenebant remũ.& inde שׂוֹט Sot. i.remiges. Esa.33.Non transibit per eum nauis remigum. Item שׂוֹט Sot.i.flagellum. Iob.5.A flagello lingue absconderis.Prouer.25.Flagellum equo & chamus asino.Esa.28. Flagellum inundans cũ trãsierit.& in plu. שׂוֹטִים Sotim.3. Reg.12.Pater meus cecidit vos flagellis.& aliqñ scribitur cũ duplici teth & dicitur שׂוֹטֵט Sotet.pro quo beatus hieronymus trãstulit offendiculũ. Ios.23. Sed erũt vobis in laqueũ & in offendiculũ in latere vestro. Item שִׂטִּים Sitim.genus est arboris.Exo.25.Et ligna setim.& in eodem. Aream de lignis setim compingite.

Discurrere Remigare מְשׁוֹט Remus שׂוֹט Remiges. שׂוֹט Flagellus שׂוֹטִים Flagella. שׂוֹטֵט offendiculũ שִׂטִּים Setim. שׂוּט Errare שׂוּךְ Vallare. Sepire מְשׂוּכָה Sepes. Opimitũ שׂוֹרָה Ramus. שׂוּט Sut.errare.diuertere.s.a via recta.Nume.5.Vir cuius uxor errauerit.De quo vide infra in dictiõe שָׂטָה Sata. שׂוּךְ Such.vallare.sepire.cooperire.protegere. Iob.1.Nõne tu vallasti eam ac domũ eius. Osee.2. Ego sepiam viam tuã spinis.& inde מְשׂוּכָה Mesucha.i.sepis:seu cooptorium.Prouer.15.Iter pigrorũ quasi sepes spinarũ.Esa.5.Aut serã sepem ei⁹.& aliqñ scribitur cũ sãmach loco sin. Mich. 7.Et qui rectus est quasi spina de sepe.Significat etiã operimentũ. Ezech.28.Ois lapis pciosus opimentũ tuũ.& inde שׂוֹרָה sucha.i.ramus.Iudi.9.& arrepta securi preciditarboris ramũ.& in eo. Igitur certatim ramos de arborib⁹ precidentes sequebãtur ducẽ. Pro quo he.le. Preciderunt ois populus vnusquisq; ramũ suũ.& in plurali שִׂכִּים Sichim.i.sudes. Pro quo beatus hiero.transtulit clauos. Nu.25. Erunt vobis quasi clauí in oculis vr̃is. & dicunt aliqui hebrei ꝙ significat spinas seu ramos spinarũ.& inde שֵׂכִּין sachin.i.cultер seu gladi⁹.Prouer.23. Et statue cultrũ in gutture tuo.& inde שֻׂכּוֹת Suchoth.Pro quo btũs hiero.transtulit sagenas. Iob.40.Numquid implebis sagenas pelle eius.hebrei vero dicunt ꝙ significat cultros sicut dictio ꝓcedẽs. Vnde in predicto loco ipsi legunt.Nũquid cõcides cultris pellẽ eius.De quo vide supra in dictione מְלֵא Male.

שִׂכִּים Clauí. שֵׂכִּין Culter. שֻׂכּוֹת sagene. Cultri.

שׂוּל Sul.sinus.seu ora inferior vestimenti.s.illa pars vestimẽti q̃ est deorsum secus pedes.& solũ inuenitur i numero plurali.Exo.28. Deorsum vero ad pedes eiusdẽ tunice per circuitũ. Pro quo he.le.Sup oras vestimẽti per circuitum.Esa.6. Et ea que sub ipso erãt replebant tẽplum.i.ore vel fimbrie inferiores vestimenti.Ponitur etiã pro locis verendis seu pudendis.Nau.3. Et reuelabo pudenda tua in facie tua.Potest etiã legi sic.& reuoluã fimbrias vel oras tuas s.inferiores sup faciẽ tuã.s.vt reuelẽtur pudenda tua.

שׂוּל ora iferior Fimbrie pudenda .

שׂוּם Sum.alliũ.& solũ inuenitur in numero plu.s. שׂוּמִים Sumim.i.allia.Nu.11.Porriq; & cepe & allia

שׂוּם Sum.ponere.reponere.imponere. componere.constituere:facere:seu fabricare. Gen.6. Ostiũ vero arce pones in latere deorsum. & in eodẽ.30. Ponebat iacob virgas in canalibus.& in eodẽ.4. Et hic innocens in lacũ missus sum.pro quo he.le. Et etiã hic nihil feci:vt ponerent me in lacum.& in eodẽ.15. & repositus est in loculo in egypto. Nu.11.Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me.Deut.11.Ponite verba mea hec in cordibus vestris.Ios. 8.Pone insidias vrbi.1.Reg.9. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti:ne solicitus sis.Pro quo hebrei legũt.Ne apponas cor tuum eis.& in eo.28. Et posui animã meam in manu mea.2.Reg.12. Et circũegit super eos ferrata carpenta.i.posuit super eos.3. Reg.20. Et ait seruis suis circundate ciuitatẽ:& circundederunt.pro quo hebrei legunt.Et ait seruis suis ponite.s.obsidionẽ seu machinas.4.Reg.9.Despingit oculos stibio. pro quo hebrei legũt. Et posuit stibiũ in oculis suis. Iob.4. Et quia nullus intelligit in eternũ peribunt. pro quo he.le. Et quia nullus apponit.s.cor:in eternum peribũt.& in eodẽ.17. Libera me dñe & pone me iuxta te.& in eo.56. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Pro quo he.le.Ponent siue apponent irã.s.dei.ps.47.Ponite corda vestra in virtute eius.ps.55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.ps.106.Et posuit sicut oues familias Canti.8.Pone me vt signaculũ super cor tuũ. Esa.28.Et ponam iudicium in pondere.& in eodem.41. Et recogitẽt & intelligant pariter.pro quo he.le.Et apponãt.s.cor:& intelligãt pariter.& in eodẽ. Et ponemus cor nostrũ & sciemus nouissima.Hiere.17. & ponit carnẽ brachium suũ.Aggei. 2.Anteq; ponatur lapis super lapidẽ in templo dñi.Significat etiã facere:seu fabricare. Exo.4. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus es mutũ & surdum. Significat etiam constituere vel ordinare.Exo.2. Quis constituit te iudicem & principẽ super nos.ps.49. Et illic iter:quo ostendã illi salutare dei.Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trãstulit.Et qui ordinat viam:ostendam illi salutare dei. Ponitur etiam pro resistere.1.Reg.15.Quomodo resistit ei in via.i. posuit insidias in via.Ponitur etiam pro parere. Esd.10.& fuerunt ex eis mulieres que pepererant filios.i.apposuerant filios. Et inde שׂוּמָה Suma.idest propositum seu positio.2. Reg.13. Quoniã in odio absalõ erat positus.ꝓ quo hebrei legunt . Quoniã in ore absalõ erat positio seu ꝓpo

Reponek. Imponek. Facere Fabricarꝛ Cõstituere. Ordinare Resistere . שׂוּמָה Positio

תְּשׂוּמֶת
תְּשׂוּמֶת
Depositus

שׂוּם
Clamare.

שַׁוְעָה
שַׁוְעַת
שׂוּעַ
Vlulatus.
Clamor.

תְּשׁוּעָה
Salus.

שׂוּעַ
Claudere.

מְשׁוּעַ
salus.
Lenitas.

שׂוּף
Obstupescere.

שׂוּר
Tyrann⁹.
Magnitudo.
magnific⁹

שׂוּף
Conterere

שׂוּךְ
Cõculcaf.
cõtenebrare.

שׂוּךְ
Operire.

שׂוּק
Vacuũ eẽ.
Desideraf
Inebriare

תְּשׂוּקָה
Desideriũ
Appetit⁹.
Cõuersio.

שׂוּק
Redũdaf.

שׂוּק
Platea

שׁוֹקִים
Tibi.

שׂוֹק
Armus.
tura

שׁוֹקַיִם

Sitũ. Et inde תְּשׂוּמָה Thesuma siue תְּשׂוּמֶת Thesumeth. i. depositũ. Leuit. 6. & negauit proximo suo depositum.

שׂוּעַ Súaa. clamare. claudere. s. oculos. linire. admirari: siue obstupescere. Iob. 30. Consurgens in turba clamabã. ps. 17. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret. ps. 118. Preueni in maturitate & clamaui. Et inde שַׁוְעָה Saaua siue שַׁוְעַת Saauath. aut שׂוּעַ Súa. i. clamor siue vlulatus. 1. Reg. 5. Et ascendebat vlulatus in celũ. ps. 17. Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Hiere. 8. Ecce vox clamoris filie populi mei. Iob. 30. Et si corruerint: ipse saluabit. Pro quo hebrei legunt. Si in interitu suo eis clamor. i. si clamauerint. Potest etiã deriuari a dictione יָשַׁע Iasaa. que significat saluare sicut est in littera nostra. Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur תְּשׁוּעָה Thesua: ꝙ significat salutem. ps. 143. Qui das salutem regibus. De quo vide supra in dictione יָשַׁע Iasaa. significat etiã predicta dictio שׂוּעַ Súaa claudere. s. oculos. Esa. 6. Et oculos eius claude. & aliqui hebrei legunt. & oculos eius linire siue oblinire. s. luto ne videant. De quo vide infra in dictiõe שַׁעֲיָה Saa. & inde dicunt aliqui ꝙ deriuatur מְשׁוּעַ Misũ. i. linitio vel lenitas. Ezech. 16. Et a quis non est lota in salutẽ. Pro quo ipsi legunt. Et aquis nõ est lota ad lenitatẽ. Potest etiam deriuari a dictione יָשַׁע Iasaa que significat salutem. vt supra dictũ est. Significat etiã ꝑdicta dictio obstupescere siue admirari. Esa. 29. ostupescite & admiramini. Potest etiã legi secũdum primã significationẽ sic. s. clamate & exclamate. Itẽ שׂוּר Súaa. i. magnificus seu magnitudo: aut potẽs: vel tyrãnus. Iob. 54. Nec cognouit tyrãnum: cũ disceptaret contra pauperem. & in eo. 36. Depone magnitudinẽ tuã absq; tribulatione. Esa. 22. Scrutans murũ: & magnificus super mõtem. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. & clamor siue vlulatus ad montem: secundum primã significationem. & in eodem. 32. Nec fraudulentus vocabitur maior. i. potẽs vel magnificus. Ezech. 23. Nobiles tyrãniq; & principes.

שׂוּף Suph. conterere. conquassare. conculcare. percutere. Geñ. 3. Ipsa. conteret caput tuũ. & in eo. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Pro quo hebrei legũt. Et tu conteres: siue conquassabis calcaneũ eius. nam eadẽ dictio ponitur in predicto loco pro cõterere & pro insidiari. Iob. 9. In turbine enim cõteret me. ps. 138. Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me. & aliqui hebrei dicũt ꝙ in ꝑdicto loco significat obscurare siue contenebrare. vnde ipsi legunt. Forsitã tenebre obscurabunt me. Et btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Operient me. idest cõtenebrabunt me: de quo vide supra in dictione נָשַׂף Nasaph.

שׂוּק Suc. desiderare. appetere. redũdare. Esa. 29. Et anima eius vacua. Pro quo he. le. Et aia eius desiderans siue appetens. s. cibũ & potum. ps. 64. Visitasti terrã & inebriasti eam. pro quo he. le. Et desiderare siue appetere eã fecisti. Potest etiã deriuari a dictione שָׂקָה Saca. que signãt irrigare seu inebriare: sicut est in littera nra. Et inde תְּשׂוּקָה Thesuca. i. desideriũ seu appetitus. Geñ. 3. Et sub viri potestate eris. Pro quo hebrei legunt. Et ad virum tuũ desideriũ tuũ siue appetitus tuus. & in eodẽ. 4. Sub te erit appetitus eius Canti. 7. Et ad me cõuersio eius. Pro quo hebrei legunt. & ad me desideriũ siue appetitus eius. Significat etiã predicta dictio redundare. Ioel. 2. Et redundabũt torcularia vino & oleo. Item שׁוֹק Soc. i. callis seu platea aut vicus. Eccls. 12. & claudẽt ostia in platea. & in eo. Et circũdabũt in platea. & in plu. שׁוֹקִים Seuachim. Canti. 3. Per vicos & plateas. Item שׁוֹק Soc. idest. crus. seu armus: vel tura. Exo. 29. Armũq; dexterum. Iudi. 14. Vt stupentes suram femori imponerẽt Et in plurali שׁוֹקַיִם Socáim. Deut. 28. Percutiet te domin⁹ vlcere pessimo in genibus & in suris.

שׁוּר Sur. canere. cantare. psallere. aspicere. intueri. insidiari. ornare. Exo. 15. Tunc cecinit Moyses carmen hoc domino. & in eodẽ. Cantemus domino. Iudi. 5. Cecinitq; debbora & barach. & in titulo psalmi. 7. Vbi dicitur in finẽ psalmus dauid quem cantauit dño. Esa. 5. Cantabo dilecto meo. Soph. 2. Vox cãtantis in fenestra. Et inde מְשׁוֹרֵר Meforer. i. cantor: siue cãtans. 1. Paralipo. 6. Hemã cantor filio ioelis. Et in plu. מְשׁוֹרְרִים Meforerim siue שָׁרִים Sarim. vt in eodẽ. 15. Vt constitueret de fratribus suis cantores. Nee. 10. Ianitores & cãtores & nathinei. ps. 86. Sicut letantium omniũ nostrum habitatio est in te. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et cantores quasi in choris: omnes fontes mei in te. & in genere femininо שָׁרוֹת Saroth. siue מְשׁוֹרְרוֹת Meforeroth. 2. Reg. 19. vt audire possum vltra vocem cantorum. 2. Paralipo. 35. Omnes cantores atq; cãtatrices vsq; in presentem diem lamẽtationes super iosiam replicant. Esd. 2. Et in ipsis cantores atq; cantatrices. Eccls. 1. Feci mihi cantores & cantatrices. Et inde שִׁיר Sir. i. canticum seu carmen. Iudi. 5. Surge loquere cãticum. ps. 39. Immisit in os meũ canticum nouũ. ps. 41. Et nocte canticum eius apud me. Scribitur etiã cum he in fine & dicitur שִׁירָה Sira. Exo. 15. Tunc cecinit moyses & filii israel carmen hoc dño. Deut. 31. Scripsit quoq; moyses canticum. Et in plurali שִׁירִים Sirim. Canti. 1. Cãticum canticorũ salomonis. vbi ponitur tam in singulari ꝙ in plurali. Reperitur etiã in plurali שִׁירוֹת Siroth. secundũ terminationẽ pluralem femininorum. Amos. 8. Et stridebũt cardines templi. Pro quo hebrei legũt. Et vlulabunt carmina tẽpli. i. loco carminũ erit vlulatio. Significat etiã predicta dictio שׁוּר Sur. aspicere siue intueri. Nu. 23. Et de collibus considerabo eum. i. intuebor eum. & in eodem. 24. Intuebor illũ. Iob. 33. Respiciet homines & dicet. & in eodẽ. 36. Memento ꝙ ignores opus eius: de quo cecinerunt viri. Pro quo hebrei legunt. Quod intuiti sũt siue aspexerũt vel cõtẽplati sunt viri. s. sancti. Potest etiã legi sicut est in littera nra: secũdum primã significationẽ. Canti. 4. Coronaberis de capite amana. Pro quo hele. Aspicies siue ĩtueberis de capite amana. Põt etiã legi ornaberis: quod est idẽ quod coronaberis: vt infra dicetur. Significat etiã insidiari: eo quod insidiatores aspiciunt de latibulis suis. ps. 5. Dñe deduc me in iustitiã tuã ꝑpter inimicos meos. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Propter insidiatores meos. ps. 58. Deus ostẽdet mihi super inimicos meos. Pro quo beatus hiero. transtulit. Deus ostẽdet mihi in insidiatoribus meis. ps. 91. Et despexit oculus meus super inimicos meos. Pro quo beatus hieronymus trãstulit. Et respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi. Hiere. 5. Insidiantes quasi aucupes. Ponitur etiã predicta dictio pro ornare. Esa. 57. Et ornasti te vnguento regio. Hebrei tamẽ dicunt ꝙ in predicto loco significat offerre. s. munus siue donare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Obtulisti siue donasti regi oleum siue vnguentum. Et inde תְּשׁוּרָה Thesura. idest oblatio: siue munus vel donũ. 1. Reg. 9. Et sportulã nõ habemus: vt demus homini dei. Pro quo hebrei legunt. Et oblatio seu munus non est nobis ad offerendum viro dei. Item שׁוּר Sur. siue שׁוֹר Sor. idest murus. Geñ. 49. Et in furore suo suffoderunt murum. & in eodẽ. filie discurrentes super murum. ps. 17. Et in deo meo transgrediar murum. Et in plurali שָׂרוֹת Saroth. Hiere. 5. ascendite muros eius. Ezech. 27. Naues maris principes tui. Pro quo hebrei legunt. Muri tui. idest sunt in circuitu tui quasi muri. Quod si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat principes in genere femininо:

שׁוּר
Canere
Cantare.

מְשׁוֹרֵר
Cantor

מְשׁוֹרְרִים
שָׁרִים
Cantores.

שָׂרוֹת
מְשׁוֹרְרוֹת
cãtatrices

שִׁיר
Canticus.

שִׁירָה
Carmen.

שִׁירִים
Cantica

שִׁירוֹת
Carmina.

שׁוּר
Cõsiderat.
Intueri.
Respicer.

cotonari
Aspicere.

Insidiari

Ornare.

תְּשׁוּרָה
sportula.
Munus.

שׁוּר
שׁוֹר
Murus.

שָׂרוֹת
Muri.

שוּרְיָא
אוּשְׁרְנָא
Muri.

vt in sequẽti dictiõe dicetur. & in lingua chaldaica dr̃ שׁוּרְיָא Suraia-siue אוּשְׁרְנָא Vsurna. i. muri. Esd. 4. Et muros eius & parietes componentes. Et in eodem. Quia si ciuitas illa edificata fuerit & muros eius instauraverint. & in eodem. 5 Et muros eius instaurare tis. & inde שְׂרוֹת Suroth. Pro quo beatus hieronymus transtulit aceruos. Iob. 24. Inter aceruos eorum meridiati sunt. Item שׁוֹר Sor. i. bos. Exo. 22. Si bos cornu percusserit. Leuit. 22. Bos ouis & capra. Iob. 6. Aut mugiet bos: cum ante presepe plenũ steterit. Et in plurali שְׁוָרִים Seuarim. Osee. 12. Ergo frustra erant in galgal boues immolantes: & secundum hoc significatum. Gen. 49. Vbi nos habemus & in furore suo suffoderunt murũ: aliqui hebrei legunt subneruauerũt bouẽ. & exponũt illud de ioseph qui dictus est bos vel taurus. Deut. 33. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.

שְׂרוֹת
Aceruí

שׁוֹר
Bos

שְׁוָרִים
Boues

שׁוֹר
Sur. dominari. imperare. principari. i. principatum exercere. siue principẽ esse. preualere. Iudi. 9. Regnauitq; abimelech super israel: trib9 annis. Pro quo hebrei legũt. Et dñatus est: siue princeps fuit abimelech super israel. Prouer. 8. Per me principes imperãt. Osee. 8. Principes steterunt: & non cognoui. & in eodem. Et in fortitudine sua directus est cum angelo. Pro quo hebrei legunt. Dominatus est: siue preualuit. & in eodem. Et ualuit ad angelum: & cõfortatus est. Vide etiam de hoc infra in dictione שָׂרָה Sara. & aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. i. Paralipo. 15. Conenias aũt princeps leuitarum prophetie prerat. Et inde שַׂר Sar. i. princeps. Exo. 2. Quis te constituit principem & iudicem. Ios. 5. Sum princeps exercitus domini. & in plurali שָׂרִים Sarim. Iob. 29. Principes cessabãt loqui. p̃s. 118. Etenim sederunt principes: aduersum me loquebantur. & in eodem. Principes persecuti sunt me gratis Et aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. Hiere. 6. Omnes isti principes declinantes. & in genere femininо שָׂרוֹת Saroth. Iudi. 5. Vna sapientior ceteris vxoribus ei9 hec verba socrui respondebat. Pro quo he.le. Sapientiores domine seu principes eius respondebant ei. 3. Reg. 11. Fueruntq; ei vxores quasi regine septingente. Pro quo hebrei legunt. Fueruntq; ei vxores principes septingente. Ezech. 27. Naues maris principes tue. Sed in aliquibus libris hebraicis reperitur שָׂרוֹת Saroth cũ puncto seboleth. quod significat muros, vt dictũ est supra in dictione precedẽti. Itẽ מְשׂוּרָה Mesura. i. mensura. Leuit. 19. In pondere & in mensura. 1. Paralipo. 23. Et super omne pondus atq; mẽsurã. & aliqñ scribitur sine mẽ. Esa. 28. Et ponat triticũ per ordinẽ Pro quo he.le. Et ponat triticum in mensura. Sed in lingua chaldaica significat ordinẽ. sicut est in littera nostra. s. quando scribitur cum puncto seboleth.

שׂר
Princeps

שָׂרִים
Principes

שָׂרוֹת
Femine

Principes.

משורה
Mensura.

Ordo

שׂוש
Sos. letari. gaudere. exultare. Deut. 28. Et sicut antea letatus est dñs super vos bene vobis faciens: sic letabitur disperdẽs vos. & in eodẽ. 30. Et gaudeat super te in omnibus bonis: sicut gauisus est in patrib9 tuis. p̃s. 69. Exultẽt & letentur in te. p̃s. 118. Letabor ego super eloquia tua. Esa. 35. Letabitur deserta & inuia. & in eodẽ. 61. Gaudens gaudebo in dño. & in eodẽ. 64. Occurristi letanti & facienti iustitiam. & in eodẽ. 66. Gaudete cũ ea gaudio. Et inde מָשׂוֹשׂ Masos. i. gaudiũ siue letitia: & vt in p̃dicto loco. Iob. 8. Hec est enim letitia vie eius. Threñ. 2. Gaudiũ vniuerse terre. & inde שָׂשׂוֹן Sason. i. gaudium seu letitia. p̃s. 44. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. p̃s. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui.

Letari

Exultare.

Gaudere

משוש
Letitia

ששון
Gaudium.
Letitia.

שׂוּשׂ

שׂוּם
Soth. ponere. imponere. statuere. Gen. 4. Posuit mihi dñs semẽ aliud. Exo. 7. Necp̃ apposuit cor etiã hac vice. & in eodem. 10. Vt faciã signa mea hec in eo. Pro quo hebrei legunt. Vt ponã signa mea hec in eo. & in eodẽ. 23. Ponãq; termios tuos a mari rubro vsq; ad mare philistinorum. 1. Reg. 4. Que non respondit eis: neq; animaduertit. p̃ quo hebrei legunt. Neq; apposuit cor suũ. Iob. 7. Quid apponis erga eum cor tuũ. & in eodem. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Pro quo he.le. Et hic pones. i. depones superbiam fluctuũ tuorũ. & est sensus sicut in littera nostra. p̃s. 3. Non timebo millia populi circũdantis me. pro quo hebrei legũt. Non timebo millia populi: qui in circuitu posuerunt super me. s. obsidionem. p̃s. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terra. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Oculos suos posuerũt. p̃s. 48. Sicut oues in infernũ positi sunt. Prouer. 22. Appone autem cor tuũ ad doctrinã meam. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbrã tuam. & in eodẽ. 22. Et equites ponent sedes suas in portis. Hiere. 13. Et ponet eam in vmbrã mortis: & in caliginem. Pro quo he.le. & ponet eã in vmbra mortis: & ponet in caliginem. Ponitur etiam pro dimittere. Iob. 10. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meũ. Et inde שִׁית Sith. idest ornamentũ quod mulieres ponũt super se. Prouer. 7. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio. Ponitur ẽt pro iniquitate. p̃s. 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. Et inde שֵׁת Sath. i. fundamentũ. & solum inuenitur in numero plurali. s. שָׁתוֹת Sathoth. p̃s. 10. Quoniã quem perfeci9 destruxerũt. Pro quo hebrei legunt. Quoniã fundamenta dissipata sunt. beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit leges: que sunt quasi fundamenta. alii vero dicunt q̃ significat retia: sicut Esa. 19. Vbi nos habemus. & erunt irrigua eius flectentia. Pro quo ipsi legũt. Et erũt retia eius attrita vel dissipata. Potest etiã deriuari a dictione שָׁתָה satha que significat irrigua sicut est in littera nr̃a. Itẽ שֵׁת Seth. i. locus natiũ: seu verẽda. Esa. 20. Discooptis natibus ad ignominiã egypti. Et in plurali שְׁתוֹת Sathoth. 2. Reg. 10. Et precidit vestes eorum medias vsq; ad nates.

שׂים
Ponere.
Apponere.

dimittere.
שִׁית

Ornatus
Iniquitas
שֵׁת
שְׁתוֹת
Fundamẽta

Leges.

שֵׁת
Nates.
שְׁתוֹת
Nates.

שָׁזַב
Sazab. in lingua chaldaica signãt liberare: seu eripere. Dañ. 3. Quis est de9 qui eripiet vos de manu mea. & in eodem. Potest eripere nos de camino ignis ardẽtis: & de manu tua o rex liberare.

שָׁזַף
Sazaph. aspicere. intueri. Iob. 28. Nec intuitus est eũ oculus vulturis. Cãti. 1. Decoloravit me sol. Pro quo he.le. Aspexit me vel intuitus est me sol.

שָׁזַר
Sazar. retortũ. s. filũ duplicatũ & retortũ. & scribitur cũ mẽ in principio & dicitur מָשְׁזָר Moszar. Exo. 27 De byssо retorta.

שָׂחַח
Sachach. curuare. humiliare. inclinare. Iob. 9. Sub quo curuãtur qui portãt orbẽ. & in eo. 22. Et qui ĩclinauerit oculos suos saluabitur. & in eo. 38. Q̃ cubãt in antris. i. q̃ curuãtur vel humiliãtur in antris. p̃s. 9. Inclinauit se & cadet. p̃s. 37. Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finẽ. p̃s. 41. Quare tristis es aĩa mea. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he.ve. trãstulit. Quare ĩcuruaris aĩa mea. p̃s. 106. Et pauci facti sunt: & vexati. p̃ quo he.le. Et pauci facti sũt: & humiliati vel incuruati sunt. Prouer. 14. iacebũt mali ad fi bonos. i. humiliãtur vel incuruãtur. Eccls. 1. Et obsurdescẽt oẽs filie carminis. p̃ quo he.le. & humiliabũtur oẽs filie carminis. i. submissa voce canẽt: nõ valẽtes vocẽ eleuare. Esa. 2 Et incuruabit se hõ. & in eo. Et incuruabitur oĩs sublimitas hoĩm. & in eo. 25. Et humiliabũtur & detrahẽtur vsq; ĩ terrã. & in eo. 60. Et venient ad te curui: filii eorũ qui humiliauerunt te. Threñ. 3. Et tabescet in me aĩa mea. p̃ quo he.le. Et curuatur siue humiliatur ĩ me aĩa mea. Mich. 6. Et humiliatio tua in medio tui. Abach. 3. Incuruati sunt colles seculi. Vide etiã de hoc infra in dictione שָׂחָה Sacha.

Eripere
Liberare.

שָׁזַף
Intueri
decolorare.
Aspicere

שָׁזַר
Moszar
Retortum

שָׂחַח
curuare.
Inclinare

Humiliare.

שָׂחָה Natare

שָׂחָה Sachach. natare. ps.5. Lauabo p singulas noctes lectulū meū. p quo btūs hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit. Natare faciā tota nocte lectū meū. Esa.25. Sicut extē dit natans ad natādū. Ezech.47. Qm̄ intumuerāt aq̄ pfunde torrētis. p q̄ he.le.qm̄ intumuerūt aq̄ natatorie torrētis i.aque erāt tā pfunde: q nō poterāt trāsiuadari nisi natādo.

שֹׁחַד Munus

שֹׁחַד Sochad.munus seu donum. aut repetunde. Exo.23. Nec accipies munera: que etiam excecant prudentes. Deut.16. Nō accipies psonā neq munera: quia munera excecant oculos sapientum.1. Reg.8. Acceperunt munera & peruerterūt iudicium.4. Reg.16. Misit regi assyriorū munera. ps.14. Et munera super innocentem nō accepit. Esa. 45. Nō in precio neq in muneribus. & in hebreo declinatur tantum singulariter & caret numero plurali. & inde verbum שָׁחַד Sichad: quod significat donare siue munera dare vel accipere. Iob.6. De substantia vestra donate mihi. Pro quo hebrei legunt. Donate pro me. Ezech.16. Et dona donabas eis: vt intrarent ad te.

שָׁחַד Donare.

שָׁחָה Inclinare Humiliar.

שָׁחָה Sacha.curuare.incuruare. humiliare. inclinare.adorare. Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. & in eodem.12. Meror in corde viri humiliabit illum. Esa. 51. Qui dixerūt anime tue incuruare: vt transeamus. Et in de שְׁחוּת Sachuth.i.curuatio: siue interit9. Prouer.28. In interitu suo corruet. vide etiam de hoc supra in dictione שָׁחַח Sachach. & quando est verbum quarte cōiugationis tunc significat adorare. eo quod adorantes inclināt se proni in terra. vt Geñ.18. Et adorauit in terra. & i eodem.33. Adorauit pnus in terra septies. Exo.24. Et adorabitis procul. 2. Reg 15. Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum. p quo hebrei legunt. Vt adoraret vel inclinaretur illi. & in eodem. Cūq ascenderet dauid sūmitatē montis in quo adoraturus erat. & in eodē.16. Oro vt inueniam gratiā coram te dñe mi rex. Pro quo hebrei legunt. Adoro.i.gras ago. inueni gratiā coram te. Ezech.8. Et adorabāt ortum solis. & in eo 46. Adorabunt super limen porte. Et inde הִשְׁתַּחֲוָיָה histhachauaia.i.adoratio.4. Reg.5. adorāte eo i eodē loco: & ignoscat mihi deus seruo tuo. Pro quo he.le. In adoratione mea in domo remon ignoscat dñs seruo tuo.

Inclinare Humiliar. Vdorare Adoratio.

שָׁחַט Immolar Occidere. Mactare. Jugulare.

שָׁחַט Sachat.iugulare.decollare.immolare. occidere.mactare. Geñ.22. Et arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et in eodem.37. Et in sanguine hedi quē occiderant tinxerunt. Leuit.1. Immolabitq vitulum corā dño Nu.11. Nunquid ouiū vel boum multitudo cedetur.i.occidetur vel iugulabitur.1. Reg.14. Tulit oues & boues & vitulos & mactauerūt in terra. & in eodē. Et occidite super istud 4. Reg.25. Filios autē sedechie occidit corā eo. 2. Paralipo. 30. Immolauerunt autē phase. Esa.22. Et iugulare arietes. & in eodem.57. Immolātes paruulos in torrentibus. Et in eodē.66. Qui immolat bouē quasi interficiat virum. Osee. 5. Et victimas declinastis in pfundū. Pro quo hebrei legūt. Et immolare siue iugulare declinatores i profundum. idest declinantes a via recta: profunde immolabant idolis. Et in de שְׁחִיטָה Sechita.i.iugulatio vel occisio. 2. Paralip. 30. Immolauerunt leuite phase: his qui non occurrerant sanctificari domino. Pro quo hebrei legunt. Et leuite super occisionem vel immolationem pascharum: idest agnorū qui immolabātur in pascha. Ponitur etiam pro vulnerare. Hiere. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum. Vbi pro vulnerans ponitur שָׁחוּט Sachut. & aliqui hebrei dicunt q in predicto loco significat limatam vel politam aut tersam a rubigine. Et inde dicitur זָהָב שָׁחוּט Zahab Sachut.i.aurum purissimū. scilicet a rubigine. 3. Reg.10. Fecitq rex salomon ducenta scuta de auro purissimo. & aliqui he.le. de auro ductili.

שְׁחִיטָה Occisio. Vulnerar. שָׁחוּט purissimū

שָׁחַט Sachat.exprimere. Geñ.40. Et expressi in calicem quē tenebam. & solum inuenitur in predicto loco.

שַׁחַל Leena.

שַׁחַל Sachal.leena.aspis. Iob.4. Rugitus leonis & vox leene. Et in eodem.28. Nec pertransiuit per eam leena Osee.13. Et ero eis quasi leena. Ponitur etiam pro aspide. ps.90. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Itē שְׁחֵלֶת Sacheleth. genus est gūmi. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit onycham. idest coloris vnguinis. Exo.30. Sume tibi aromata stactem & onycham & galbanum.

שְׁחִין Vlcer

שְׁחִין Sechin. scabies. vlcer. Exo.9. Erunt enim in hominibus & in iumentis vlcera. Deut.28. Percutiat te deus vlcere pessimo.

שְׁחִם Poma Que spōte nascūtur

שְׁחִם Sachis. illud quod gignit terra ex granis semētis in messe cadentib9: vel quod sponte nascitur. Pro quo beatus hieronymus transtulit poma. Esa.37. In anno secūdo pomis vescere. Pro quo hebrei legunt. Et anno secundo que sponte nascuntur. Et aliquando scribitur cum sāmach in principio & sin in fine. 4. Reg.19. In quarto autem anno que sponte nascuntur

שַׁחַף Egestas.

שַׁחַף Sacheph. egestas. & scribitur cum thau in fine & dicitur שַׁחֲפֶת Sachépheth. Deut.28. Percutiat te domin9 egestate. Et solū inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei q significat calorem excessiuum. Alii vero dicūt q significat tu morē corporis: sicut fit in hydropicis. Itē שָׁחַף Sachaph. nomen est auis. Pro quo beatus hiero. trāstulit larum. Leuit.11. Et larum & accipitrem.

שָׁחַף Larus

שְׁחִיף Stratum.

שְׁחִיף Sachiph. tabulatum. siue stratum ligneū. Ezech.41. Stratūq ligno per gyrum.

שַׁחַץ Superbia. Insitores

שַׁחַץ Sachas. superbia. Iob.41. Ipse est rex super omnes filios superbie. In alio vero loco beat9 hieronymus transtulit institorē. Vt supra in eodem.28. Non calcauerūt eam filii institorum. potest etiam legi filii superbie.

שָׁחַק Cōtūdere. Excauare Cōminuere

שָׁחַק Sachac. contundere. cōminuere. Exo.30. Cūq in tenuissimū puluerem vniuersa contuderis. Iob.14. Lapides excauāt aq̄. i. cōminuūt. ps.17. Et cōminuā eos vt puluerem ante faciem venti. Et inde שְׁחָק Sachac. i. puluis tenuissimus qui adheret statere. Btūs hieronymus transtulit momentum. Esa.40. Et quasi momentū statere reputate sunt. Item שְׁחָק Sachac. i. celum seu ether aut nubes. ps. 88. Et testis in celo fidelis. & in eodē. Quis in nubib9 equabitur dño. Pro quo he.le. Quis in celo equabitur dño. Pōt etiā legi sicut est in littera nīa. Et in plu. שְׁחָקִים Sechacim. Iob.38. Quis enarrabit celorū rationē. ps.17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Tenebrosa aqua in nubib9 etheris. Ponitur etiā pro nubibus. Deut.33. Magnificētia eius discurrūt nubes. Iob.36. Que de nubibus fluunt. ps.35. Et veritas tua vsq ad nubes. Potest etiam legi vsq ad celos.

Womētus Celum. Nubes. Celi. Ether. Nubes

שָׂחַק Ridere. Irridere Deridere. Ludere Ridiculū. Ludus Risus

Relatiuorum nominum duo sunt genera: nam quedam sunt relatiua substantie: quedam relatiua accidentis. Relatiua substantie sunt: que referunt aliquod antecedens substantiuum. vt אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ Beatus vir: qui nō abiit: qui relatiuum refert antecedens illud vir: quod est nomē substantiuum. Est autem apud hebreos vnum relatiuum substantie. id autem est aser. que est dictio per se potestq; referre antecedens vtriusq; generis & numeri & cuiusq; persone: neq; declinatur ex singulari nūero in pluralē sed tm̄ p articulos sic. הָאִישׁ אֲשֶׁר בָּא Vir q venit. הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Viri qui venerūt הָאִשָּׁה אֲשֶׁר בָּאָה Mulier q̄ vēit. הַנָּשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Mulieres q̄ venerūt. & eodē mō p alios casus. Est p̄terea alterū relatiuū substātie: qđ nūquā reperitur separatū p se: sed tm̄ in cōpositiōe cū verbo quod sequitur: cuiusmodi est in oratione dominica sic. Pater noster qui es in celis. pro quo in hebreo dicitur אֲבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם. שֶׁ non est dictio per se: sed componitur cum verbo quod sequitur בַּשָּׁמַיִם dicimusq; sub vno accētu. שֶׁבַּשָּׁמַיִם Est namq; regula apud hebreos: quod nulla dictio est que vna tantum littera contineatur. Quod si vspiam reperitur huiusmodi particula siue sit nomen siue prepositio siue coniunctio siue articulus: non est censenda dictio per se sed cum verbo sequenti iungitur siue per compositionem siue per appositionē Relatiua accidentis sunt: que referunt aliquod antecedens adiectiuū. vt si dicā ego reddo tibi librū pulchrū qualem mihi tu dedisti: qualem relatiuum est accidentis: quia non refertur ad librum sed ad pulchrum. & huiusmodi relatiua non sunt apud hebreos: circumloquuntur tamen ea per hoc aduerbium כְּמוֹ quod potest interpretari sicut. perinde ac si dicam reddo tibi librum sicut dedisti mihi. Sunt preterea relatiua pronominū: sed de illis differetur vbi de pronomine & de verbo agetur. nunc ad genera pergamus.

De genere nominum.

Genera nominum que apud hebreos diximus esse quīque: aut cognoscuntur sola natura duce: hoc est sexu quo distinguitur masculus a femina. De quibus nō potest dari regula certior: q̄ quod nomina propria masculorum aut appellatiua ad masculos pertinentia sunt generis masculini: Quodq; nomina propria feminarum aut appellatiua ad feminas pertinentia sunt generis feminini. Quodq; nomina appellatiua que possunt ad masculos & ad feminas pertinere: sūt communia duorum generum hoc est masculini & feminini. Promiscua vero siue habeant sexum cōfusum siue discretum: sunt illius generis in quo proferri consueuerunt. nam sub alterutro genere comprehenditur vterq; sexus. aliquando tamē distinguntur terminatione. vt כֶּבֶשׂ כִּבְשָׂה. i. agnus agna. & tūc cuique terminationi accommodatur suum genus. Que vero sexum non habent: nihilominus necesse est sub alterutro genere proferri: vt nō committamus soloecismum: cum fuerint illis accommodanda nomina adiectiua. aut participia. aut verba. Nam & verbo quemadmodum & nomini accidit genus: vt suo in loco dicetur. Greci huiusmodi nominum genera distinguunt per articulos. Latini qui articulis carent per regulas aut significationis aut terminationis. Hebrei qui neq; articulos habent. vt greci: neq; terminationum regulas ut latini: tribus modis possunt venire in huius rei cognitionem. primo terminatione. Nam feminina plerūq; tribus litteris his אתה terminantur. vt צָבָא milītia. צָבְאָה sitis. בְּרָכָה benedictio. אות littera siue signum יִבְלֶת spica. Desinentia vero in quamcunq; aliā litteram plerumq; sunt generis masculini: possunt quoq; esse generis feminini: quare ad genus dubium referenda sunt. de terminantur tamen ad certum genus per nomen adiectiuum aut pronomen relatiuum. aut per participium. aut per verbū. que coniunguntur generi feminino: desinunt in he vel in tau. De aliis terminationibus nulla certa ratio tradi potest: cū non nunquam reperiantur duo adiectiua diuersorum generū redita eidem supposito. vt in tertio regum. cap̄. 19. וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק מְפָרֵק. i. spūs grandis & fortis subuertēs. vbi גְּדוֹלָה gūis e feminini: quia desinit in he. חָזָק vero adiectiuum & מְפָרֵק participium que desinunt in coph generis sunt masculini. Exemplū de verbo possum habere ex ecclesiaste cap̄. 1. וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ. idest oritur sol. Vbi sol generis est masculini. quia verbum precedens est generis masculini. & Nau. 5. זָרְחָה שֶׁמֶשׁ. idest sol ortus est: vbi sol generis est feminini: quia verbum precedens generis est feminini quia desinit in he. & hic est secundus modus cognoscēdi genus nominis substantiui hoc est per nomē adiectiuum. per pronomē. per verbum. per participium. Tertius modus cognoscendi genus nominis est ex ipsius declinatione: quoniam masculina mittunt numerum multitudinis in im. vt אִישׁ אֲנָשִׁים. idest vir viri. feminina vero in oth. vt אִשָּׁה נָשִׁים. idest mulier mulieres. Sed hec regula non vsquequaq; vera est: nam patitur plerumq; exceptionem: vt in declinatione nominis differemus in. cap̄. sequenti.

De declinatione nominum.

Declinationes nominum apud hebreos non distinguntur nisi a singulari numero in pluralem. que diuersitates quia due sunt tantum: due erunt apud illos nominū declinationes. Prima masculinorum mittentia pluralē in. im. a quacunq; singularis terminatione. idq; duobus modis aut addita im. vt דָּבָר דְּבָרִים. idest verbum verba. aut vltima littera

mutata in im. vt שִׁבֹּלֶת ideſt ſpica ſpice. Secunda decli natio eſt femininorum mittentia pluralem in oth a quacumq; ſingularis terminatione: idq; duobus modis aut addita oth. vt צָבָא ideſt militia militie. aut vltima littera mutata in oth. vt מִלָּה ideſt dictio. dictiones. Sed in hac formatione plerumq; precedentium ſyllabarum vocales mutantur. ſed nō vno modo. Nam monoſyllaba non mutant vocalem preter ad modum pauca: que nonnunquam mutant. e. vocalem in .a. vt בֵּן filius. filii. ſed plerūq; in .i. vt חֵץ .i. ſagitta. נַס iaculum עֵז hircus ſiue capra. עֵת tempus ſiue hora. קֵן nidus קֵץ finis. שֵׁן dens. Alia quoq; ex hoc genere non mutant. vt עֵד teſtis. עֵץ lignum ſiue arbor. שֵׁם ideſt .nomen. Alia quoq; ex monoſyllabis mutant alias vocales in alias. vt יוֹם dies. צַד latus עִיר ciuitas. ſed hec ſunt admodum rara. Nomina duarū ſyllabarum cuiuſcumq; ſint generis plerumq; mutant vocalem in vocalem. vt דָּבָר ideſt verbum. verba. חֵלֶק pars: partes. Excipiuntur illa que habent ſimilitudinem cum his dictionibus nihil ſignificantibus: פָּעַל: פָּעֵל: פְּעַל: פְּעִיל: פִּעֵל: פִּעוֹל: פֻּעַל: פֻּעָל: פֻּעֵל: פֻּעוֹל quoniam ſequentes proportionem illarum nihil mutant. vt זְאֵב lupus lupi: quod ſequitur proportionem illius dictionis פְּעַל. & ad hanc ratione reducuntur alia complura. Sed aduertendū quod nomina habentia ſimilitudinem cum dictione illa. פָּעַל ſi in littera ſubſtātiali in medio dictionis poſita non habent dages. mutant vocalem aliam in aliam. vt בָּרוּךְ ideſt benedictus. in בְּרוּכִים benedicti. Quod ſi habent dages nihil mutant. vt אַלּוּף ideſt dux. duces. טַבּוּר vmbilicus vmbilici. תָּבוּר furnus furni. תָּפוּחַ pomum poma. & etiam quando prima littera eſt ex quattuor gutturalibus ſubſcripta cū apice camez vel patha nihil mutant ſiue habeant dages in medio ſiue non habeant. vt חָרוּץ Solicitus ſoliciti. עָמוּד colūna colūne. Nomina quoq; huius ordinis deſinentia in he: nihil mutant plerumque. vt שָׂדֶה campus. campi. Nomina p̄terea trium aut plurium ſyllabarū plerūq; nihil mutāt ex ſingulari numero in pluralem. vt תְּאֵנָה ficus fici.

De heteroclitis.

SVnt complura nomina que non ſubiiciuntur regulis q̄ ſuperius tradite ſunt de formatione nominum maſculinorum & feminiorum numeri pluralis ex ſingulari: quoniam ſunt complura feminina: quæ mittunt numerū multitudinis in im. Atq; ediuerſo maſculina: que mittunt eundem numerum in oth. Sunt prætera quedā q̄ cum in ſingulari ſint maſculina vel feminina: in plurali hñt vtrāq; terminationem.

De femininis in .im.

אֶבֶן Lapis lapides: אֹזֶן Auris aures:
אֵלָה Querc9 q̄rc9. אַלְמֹן Māipulus .li.
אִימָה Timor timores אִשָּׁה mulier mulierꝫ
בֵּיצָה ouum oua: דְּבֵלָה Carica carice.
דֶּרֶךְ Via vie דְּבוֹרָה Apis apes.
חִטָּה Triticū tritica: יַעֲנָה Struthio. ones.
כֻּסֶּמֶת Far farra: לְבֵנָה Later lateres:
מוֹפֵת Miraculū .cula. נְמָלָה formica .mice.
מְאָה Mēſura mēſure: עַיִן Oculus oculi.
עִיר Ciuitas .tates. פִּילֶגֶשׁ Cōcubīa. bine.
צְבֻתָת Manipulus .li. רָחֵל Ouis oues.
שִׁבֹּלֶת Spica ſpice: שׁוֹשַׁנָּה Roſa roſe.
שָׁנָה Annus anni שְׂעוֹרָה Hordeū .dea.
תְּאֵנָה Ficus fici.

De maſculinis in oth.

אָב Pater patres: בְּכוֹר Prīogenit9. ti.
חֲלוֹם Somniū ſomnia מָאוֹר Lumē lumina.
מִזְבֵּחַ Altare altaria: מָטָר Pluuia pluuie.
מָקוֹם Loc9 loci vel loca מִשְׁכָּן tabernaculū. la.
סִיר Olla olle: קוֹל Vox voces:
שָׂדֶה Campus campi. שֵׁם Nomen noīa.

De vtriſq; in im & in oth ſimul.

אֵימָה Timor .res. אֹמֶר verbū verba
דֶּלֶת Ianua .nue. דּוֹר Gñatio. tiōes.
חָצֵר Villa ville. מִלָּה Dictio. ones.
עָוֹן Peccatū peccata. עֵין Fōs fōtes.
פִּנָּה Angulus āguli. צֵלָע Latus latera
קֶרֶן Cornu cornua. שָׁנָה Annus anni

Poteſt fieri vt alia complura interlegendum reperias: ſed q̄ impreſentiarum occurrerunt: exempli gratia ſufficiant.

De numero.

QVmerus nō ſolum accidit nomini: ſed & pronomini: & verbo & participio. Sed quoniam declinatio fit p numeros & per caſus: dicendū eſt prius de numeris. tū de caſibus. Sunt autē numeri vt dictum eſt apud hebreos quē admodū & apud grecos tres. ſingularis qui hebraice dicitur. לְשׁוֹן אֶחָד hoc eſt lingua vnius. Dualis qui לְשׁוֹן שְׁנַיִם hoc eſt ligua duorū. Plis qui. לְשׁוֹן רַבִּים .i. ligua pluriū. Singlris nūerus in nomine non habet certam terminationem in maſculinis ſed neq; in femininis preter q̄ in illis que deſinunt in he ſiue in tau. A maſculino ſingulari formatur plurale atq; femininum ſingulare & plurale. Dualis numerus tam in maſculinis q̄ in femininis formatur a ſingulari addendo im ſiue vltima littera mutata in im. & ante iod plerumq; precedit patha ſiue camez: vt efficiatur .im accentu acuto ſupera. vt עֵינַיִם ideſt. oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis numerus tam maſculinorum quam femininorū quaratione formentur a ſingulari dictum eſt vbi de nominis declinatione. Sed ſunt complura nomina appellatiua atq; etiam propria locorum ſiue hominum: que cum ſint ſingularia habent terminationem pluralium hoc eſt in im. vt אֲדֹנִים .i. dñs. תָּמִים .i. innocēs. פְּלִשְׁתִּים ſubiolanus vētus. מִצְרַיִם egypt9. לוּדִים nomen viri. Aduertendum preterea quod ab huiuſmodi nominibus in .im. deſinentibus aliquando per apocopen abiicitur mem illud finale. 2. Regū. cap. 22. וַתְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עַמִּי hoc eſt. liberabis me a cōtradictiōibus populorum. pro quo trāſlatio communis habet populi mei. Aliquando abſcinditur mem littera finalis: & profertur iod non quaſi vocalis ſed quaſi conſonans. ut Ieremie cap. 22. וְחַלּוֹנַי hoc eſt qui aperit ſibi feneſtras. pro eo quod eſſe debuit חַלּוֹנִים. Aliquando mem finalis mutatur in nun. vt Dañ. 12. לְקֵץ הַיָּמִין .i. in fine dierū. & Ezech. 4. קַח לְךָ חִטִּין hoc eſt: accipe tibi tritica. Notādum eſt preterea quod in nominibus deſinentibus in iod in numero ſingulari: que ex ratione declinatiōis debuerāt geminare iod in numero multitudinis abiicitur ex illis alterū iod. vt ab eo quod eſt גּוֹי .i. gēs. dicimus גּוֹיִם .i. gētes per vnum iod: cū deberemus dicere per duplex iod. גּוֹיִים Illud quoq; aduertendum eſſe quedā noīa dualiter aut pluraliter declinata in im deſinentia: que carēt numero ſiugulari. cuiuſmodi ſunt: q̄ ſequuntur.

מִכְנָסַיִם Bracche. מַיִם Aque. מֹאזְנַיִם Statere.
כְּלָאִים Res mixte חַיִּים Vite. שָׁמַיִם Celi.
רַחַיִם Mole. צָהֳרַיִם Meridies. פָּנִים Facies.
מֶלְקָחַיִם Forcipes

In quibus pōt itelligi nūerus ſingularis: niſi ſequatur aut p̄cedat nomen adiectiuum aut verbum aut participium numeri pluralis: quoniam tunc pluraliter nominantur. puta מַיִם רַבִּים ideſt aque multe. שִׁמְעוּ שָׁמַיִם .i. audite celi. Sūt e diuerſo nomina ſingulariter declinata que carent numero multitudinis. cuiuſmodi ſunt que ſequuntur: & fortaſſe alia plura.

צאן Ouis. פּוֹל Faba יַיִן Vinum חֹמֶץ Acetum
הִין Menſura. גֶּרֶה Granum. קַיִץ Ver. חוֹם Calor.

קוֹר Frigus חֹבֶל Mundus יָרֵחַ Luna שֶׁמֶשׁ Sol חֹרֶב Siccitas. Ex quibus pōt figurari pluralis numerus: licet in sacris litteris nō reperiatur. plurali quoq; numero carēt noīa propria hoīm siue locorū. vt אַבְרָהָם abraam. בָּבֶל babylon. & nomina desinentia in. uth. nō habēt in vsu pluralē: quanquam possumus illum formare si fuerit opus. qualia sūt גְּבֵרוּת superbia יְרֻדוּת Iuuētus כְּלִמוּת Verecundia. שְׁפָלוּת Humilitas.

De casibus nominum.

CAsus noīm ꝓnoīm ac participiorū apud latinos & grecos distinguūtur tū terminatiōe: tū articulis. tū significatione: siue partiū orōnis cōstructione. Apud hebreos casus plerumq; distinguntur constructione nominatiui cū verbo vt si dicam אָכַל לֶחֶם אִישׁ hoc est vir comedit panem. manifestum est quod vir est casus noīatiui. aut genitiui qui regitur ex vi possesionis ab aliqua re possidente. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד. i. salomon filius dauid. clarum est quod dauid casus est genitiui. Alter modus cognoscendi casus est per articulos: siue proarticulos vt hieronymus appellat. Nā articulus est pars oratiōis q̄ additur nomini ad ostendendū cuius generis ē. proarticulus vero ad demonstrandū cuius est casus. Igitur apud hebreos casus sunt sex. articuli vero quattuor. Nominatiui articulus est הַ. genitiui quoq; articulus est idem הַ. datiui לַ. accusatiui אֶת. vocatiui non habent articulos sed aduerbia vocandi. Ablatiuus non habet articulum sed prepositionem. de qua in suo loco. Septimus vero latinorū casus apud hebreos exprimitur per ablatiuū & בְּ ꝓpositionē hoc est. in. vt in psalmo. 32. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם. i. verbo dñi celi firmati sunt. pro quo hebrei dicunt ī verbo domini. Sed aduertendum quōd particula ha quam diximus esse articulum nominatiui & genitiui: potest etiam iungi aliis casibus. Et nunquam reperitur per se: sed semper in compositione cum suo casuali. & aduertendum quod in dictionib? disyllabis aut polysyllabis ab aīn vel heth incipiētibus loco patha vel camez scribitur. per segol. veluti. הָעָרִים mōtes. הָעָרִים ciuitates. & quāquā diximus הַ esse articulū nominatiui: & vocatiuū nō habere articulū: aliqñ nominatiuus reperitur sine articulo & vocatiuus cū articulo. Cū vero nomen aliquod post se regit genitiuum ex vi possessionis non admittit articulum. vt Geñ. cap̄. 2. תּוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ. i. generationes celi & terre. Nomina quoq; locorum siue hominum propria non recipiūt articulum. neq; regere possunt genitiuum: nisi interueniat nomen appellatiuum. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד. i. salamon filius dauid. potest tamen subintelligi etiam si non exprimatur. vt in euangelio: maria iacobi subintellige mater. Quare si duo noīa propria aut etiam duo substantiua iunguntur: vtrumq; erit in eodem casu. vt רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן hoc est ruben. simeon. Quod si duo huiusmodi nomina iunguntur quorū alterū sit in genitiuo: illud nomen distinctionis gratia recipit. הַ. vt אִישׁ הָאֱלֹהִים hoc ē vir dei. reperitur etiam genitiuus huiusmodi sine articulo. vt in eodem exemplo. Potest etiam fieri vt genitiuus regatur ab altero genitiuo. vt Geñ. cap̄. 5. זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם. i. hic est liber generationis adam. Sed de articulis & prepositiōibus quo modo apponuntur nominibus & pronominibus: vbi departibus indeclinabilibus agetur copiosius differemus. nunc eorū que diximus exempla proponamus cum articulis & sine illis.

Masculina.

אִישׁ הָאִישׁ	Nominatiuo hic vir.
אִישׁ הָאִישׁ	Genitiuo viri.
לָאִישׁ לְאִישׁ לְהָאִישׁ	Datiuo viro.
אֶת אִישׁ אֶת הָאִישׁ	Accusatiuo virum.
אִישׁ הָאִישׁ	Vocatiuo o vir.
מֵאִישׁ מֵאִישׁ מֵהָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
בְּאִישׁ בְּאִישׁ בְּהָאִישׁ	Septimo casu. viro.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Plurali nominatiuo. viri.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Genitiuo virorum.
לָאֲנָשִׁים לְאֲנָשִׁים לְהָאֲנָשִׁים	Datiuo viris.
אֶת אֲנָשִׁים אֶת הָאֲנָשִׁים	Accusatiuo viros.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Vocatiuo o viri.
מֵאֲנָשִׁים מֵהָאֲנָשִׁים	Ablatiuo a viris.
בַּאֲנָשִׁים בְּהָאֲנָשִׁים	Septimo casu viris.

Feminina.

אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Nominatiuo mulier.
אִשַּׁת הָאִשָּׁה	Genitiuo mulieris.
לְאִשָּׁה לְהָאִשָּׁה	Datiuo mulieri.
אֶת אִשָּׁה אֶת הָאִשָּׁה	Accusatiuo mulierem.
אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Vocatiuo o mulier.
מֵאִשָּׁה מֵהָאִשָּׁה	Ablatiuo a muliere.
בְּאִשָּׁה בְּהָאִשָּׁה	Septimo casu muliere.
אִשּׁוֹת הָאִשּׁוֹת	Plurali nominatiuo mulieres.

& de aliis casibus eodem modo dicendum quo dictū est de masculinis. Atq; ad proportionem horum duorum nominum alterius masculini & alterius femininī: declinātur omnia alia nomina si nō carēt alterutro nūero. Et de nomine dicta sufficiāt: qđ ad proportionē attinet. Est ꝓterea aīaduertēdū: ꝙ ī noībus duarū aut plurium syllabarum que construuntur cum genitiuo: plerumq; mutant primas vocales a prima positione: nā monosyllaba raro mutant. Mutant igitur camez in seba. vt מָקוֹם idest locus. iunge illi genitiuum & tunc dices מְקוֹם הַמִּזְבֵּחַ. i. locus altaris. atq; eodem modo. דָּבָר iunge genitiuum & dices דְּבַר יְהוָה idest verbum domini. & שָׂדֶה iunge genitiuum & dices שְׂדֵה עֶפְרוֹן Campus ephron. In dictionibus preterea disyllabis: que habent in medio litteram iod: exteritur illud iod in prolatione: si dictiones ille cōstruuntur cum genitiuo. vt בַּיִת iunge genitiuum & dices בֵּית יִשְׂרָאֵל. idest domus israel. זַיִת idest oliuetum: adde genitiuum & dices זֵית שֶׁמֶן hoc est oliuetum olei. חַיִל. i exercitus: adde genitiuum & dices חֵיל פַּרְעֹה. i. exercitus pharaonis. Exteritur etiam iod in prolatione qñ illud nomē componitur cum pronomine vt בֵּיתִי. idest domus mea. & etiam in numero plurali vt זֵיתִים. idest oliue. Aliquādo tamen in huiusmodi nominibus iod non exteritur in prolatione. vt in eo quod diximus חֵילִים. idest exercitus. Noīa quoq; nonnulla que in plurali desinunt in im. aliquando amittūt mem litteram si cum genitiuo construuntur: & littera que precedit iod scribitur p cere. et mutant primas vocales: sicuti mutabant in formatione pluralis ex singulari. vt בָּנִים idest filii. ad de genitiuum & dices בְּנֵי אַבְרָהָם. idest fili abraam. & eodem modo דִּבְרֵי הַיָּמִים idest verba dierum. Nomina preterea trium syllabarum quarū due priores veniūt cū patha siue camez: si sequatur genitiuus: posterior apex vertitur in seua qui pertinet ad syllabam precedentem. hoc mō אֲנָשִׁים idest homines. אַנְשֵׁי הָעִיר. idest homines ciuitatis. חֲכָמִים. idest sapientes. חַכְמֵי לֵב idest sapientes cordis. Cum nomina quoq; in plurali componuntur cum pronominibus: amittunt etiam mem. vt אֲדֹנִים. idest domini. אֲדֹנֶיךָ idest domini tui. sed hoc in cap̄. sequenti quod est de pronomine dicetur. Est etiam aduertendum quod nomina feminina desinentia in. ה. he. si post se construantur cum genitiuo: mutant illud. he. in tau. vt צְדָקָה idest iusticia. צְדָקַת הַצַּדִּיק. idest iusticia iusti שָׁנָה idest annus. שְׁנַת רָצוֹן idest annus propiciationis. Aliquando tamen in huiusmodi nominibus. ה. non vertitur in. ת. sed potius excluditur si sequatur genitiuus. vt in verbo לַיְלָה. idest nox. Exo. 12. ca. לֵיל שִׁמֻּרִים. idest nox obseruationum. Nomina quoq; feminina que non desinunt in he vel in tau. si construuntur cum genitiuo: recipiunt in fine tau. vt דָּבָר. idest verbum שְׁבוּעַת idest verbum iuramenti. אִמְרַת אֱלֹהִים idest dictum dei. Quando nomen aliquod construitur cum genitiuo articulus datiui ꝙ camez accipit seba. vt Geñ. cap̄. 16. לְקוֹל שָׂרַי.

ídest voci ſare. Idem quoꝙ dicendum de prepoſitiõe. vt geñ. caꝑ. 21. בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים ídest in terra philiſtinorum. Recipiunt quoꝙ ſeua pro camez quando poſt nomen ſubſtãtiuum ſequí tur adiectiuum. vt geñ. caꝑ. 18. לְגוֹי גָּדוֹל. í. in gentẽ magnã. & Exodí. 12. בְּבַיִת אֶחָד ídest in domo vna. preter quã ſi adiectiuũ venit cũ he. articuli: quia tũc beth & lamed poſſunt accipere ca mez. vt Deut. caꝑ. 8. בַּמִּדְבָּר הַגָּדוֹל ídest in deſerto grandi. Nõ nunquam articulus datiui ſeruit pro genitiuo. ſicut geñ. caꝑ. 32. לִמְצֹא חֵן. í. cuius es tu. & in eodẽ לְעַבְדְּךָ לְיַעֲקֹב. í. ſerui tui ía cob. & pſalmo. 3. מִזְמוֹר לְדָוִד. í. pſalmus dauid. Articulus quoꝙ accuſatiui aliqñ ponitur pro prepoſitione ablatiui. vt geñ. 31. אֶת יוֹסֵף. i. cum ioſeph. Aliquando he ponitur in fine dictio nis ad oſtendendũ quod eſt accuſatiui caſus. vt חֹרֵבָה. í. ad oreb מִצְרַיְמָה ídest ad egyptum. Si preterea nominis littera prima habet ſeba: lamed datiui & mem & beth ablatiui accipiunt hí ric. vt לְצִדְקָה ídest iuſticie. & בְּצִדְקָה. í. in iuſticia. quod preci pue fit ſi huiuſmodí dictio conſtruitur cum genitiuo. ſicuti ꝑs. 32. דְּבַר יְהוָה ídest in verbo domini. Illud quoꝙ aduertendũ quod nomina propria hominum ſine locorũ: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt ſeba. vt Geñ. caꝑ. 6. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ ídest dixit deus noe. & numeri. 12. בְּעַבְדִּי בְמֹשֶׁה. i. in ſeruo meo moyſe. Quod ſi prima littera noīs proprii habet ſeba: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt hiric. vt לִשְׁלֹמֹה. ídeſt ſalomõi בִּרְאוּבֵן. ídeſt cum ruben.

De nominíbus anomalis.

IN ſuperioríbꝰ dictum eſt de nominíbus regulariter de clinatis: nunc de irregularíbus: hoc eſt que in declina tione aliquid mutant. Nam quod de nominum forma tione a ſingulari in pluralem dictum eſt: quod maſculina exe unt in. ím. addita ím vel vltima littera ī ím mutata: non vſque quaqꝙ obſeruatur quoniam aliquando additur vel detrahitur vel mutatur littera vel apex: aut vtrumqꝙ. vt ecce. אָזְנִי hoc eſt au ris per rectam formationem debuit facere אָזְנַיִם dicendũ eſt tamen אָזְנַיִם hoc eſt a vocalis addita. Et ne in ſingulis ímmo remur diſpoſuímus quedam nomina in quibus vna aut plures huiuſmodi irregularitates reperíuntur.

אָדֹם. אֲדֻמִּים	Ruber. rubrí.
אֹזֶן. אָזְנַיִם	Auris. aures.
אָחוֹת. אֲחָיוֹת	Soror ſorores.
אֱנוֹשׁ. אֲנָשִׁים	Homo homines.
אַף. אַפַּיִם	Naris nares.
אִשָּׁה. נָשִׁים	Mulier mulieres.
בַּיִת. בָּתִּים	Domus domus.
בֶּרֶךְ. בִּרְכַּיִם	Genu genua.
בַּת בָּנוֹת	Filia filie.
גְּדִי. גְּדָיִים	Hedus hedí.
דֶּלֶת. דְּלָתַיִם	Ianua ianue.
דֶּרֶךְ. דְּרָכִים	Via vie.
חֶלְצַיִם. חֲלָצַיִם	Lumbus lumbí.
יָד. יָדַיִם	Manus manus.
יוֹם. יָמִים	Dies dies.
יֶרֶךְ. יְרֵכַיִם	Femur femora.
כָּנָף כְּנָפַיִם	Ala ale.
כַּף. כַּפַּיִם	Palma manus. palme.
כֶּפֶל. כְּפָלַיִם	Duplicatio. duplicationes.
כִּכַּר כִּכָּרִים	Talentum talenta.
כֶּרַע. כְּרָעַיִם	Crus crura.
לְאֹם. לְאֻמִּים	Populus populi.
לֶחִי. לְחָיַיִם	Maxilla. maxille.
מַלְכוּת. מַמְלָכוֹת	Regnum regna.
עַיִן. עֵינַיִם	Oculus oculi.
עֵרֹם. עֲרֻמִּים	Nudus nudi.
פֶּה. פִּים. פִּיּוֹת	Os ora.

צְבִי. צְבָאִים	Hinnulus, hinnuli.
צֶד. צְדָדִים	Latus latera.
צֵל. צְלָלִים	Vmbra vmbre.
קֶרֶן. קְרָנַיִם	Cornu cornua.
רֶגֶל. רַגְלַיִם	Pes pedes.
שַׁד. שָׁדַיִם	Mamma mamme.
שֵׁן. שִׁנַּיִם	Dens dentes.
שָׂפָה. שְׂפָתַיִם	Labrum labra.
תֹּם. תֻּמִּים. תְּמִימִים	Perfectus perfecti.

Sunt preterea quedam nomina que per figuram quam greci vocant metatheſim ídeſt tranſpoſitionem littere mutant ordí nem a principio in medium ſiue in finem: aut a fine ſiue a me dio in principium. cuiuſmodí ſunt hec.

נַמְא אֲנָם	Iuncus ſiue pelagus.
נֶכֶשׂ לָשֶׂב	Aries.
כְּסִיל סָכָל	Stultus
רֹגֵעַ. נוֹעֵר	Reprehendens
שְׁחִים. סַחִישׁ	Pomum.
שַׁלְמָה. שִׂמְלָה	Lintheum.

Atqꝙ ad hunc modum alia complura. que permutatio non ſo lum reperitur in litteris: ſed etiam in ſyllabis & in partíbꝰ ora tionis: quoniam particule prepoſitiue poſtponũtur: & poſtpo ſitiue preponuntur. Quod vitium excuſari poteſt: ſi intellectui non nocet: vt geñ. 41. וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה hoc eſt omnes pro uincie veniebant egyptum in. pro in egyptum. & in eo. לִשְׁבֹּר אֶל יוֹסֵף. ídeſt vt emerent ad ioſeph. pro ad ioſeph vt emerent. í. veniebant ad ioſeph vt emerent. &. 4. Regum. caꝑ. 9. וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ ídeſt & poſuit in ſtíbium oculos ſuos. pro & poſuit ſtíbium in oculis ſuis. Sed de nomine ſatis multa dicta ſũt: nũc de pronomine agendum videtur: ſi premiſerímus antea eſſe a lios articulos a ſuperioríbus qui non veniunt in compoſitio ne. puta שֶׁל genitiui. אֶל datiui. מִן ablatiui. עִם effectiui: que idcirco hoc in loco diximus quoniam ex his prepoſitionibus pronominum caſus deriuantur.

De pronomine.

PRonomen eſt pars oratiõis que loco propríí nominis ponitur. Pronomini accidunt ſex. Species. figura. per ſona. genus. numerus. caſus cum declinatione. Species pronominum ſicut & nominum due ſunt. primigenia & deri uatiua. Primigenia vero reperiuntur ſeparata. deriuatiua tan tum in compoſitione. Caſus quoꝙ primitiuorum deriuati ſũt a prepoſitionibus ſiue articulis nominum. vt שֶׁלִּי qui eſt geni tiuus huius pronominis primitiui לִי. & אֲנִי ſiue אֵלַי qui ẽ da tiuus ab eo quod אֶל. & eodem modo de aliis caſibus. idqꝙ p ad ditionem vel detractionem littere. qui in prima perſona in ſin gulari deſinunt in. iod. in plurali vero in nu. hoc modo.

אֲנִי. אֲנֹכִי	Nominatiuo ego.	שֶׁלִּי	Genitiuo mei.
לִי. אֵלַי	Datiuo mihi.	אוֹתִי	Accuſatiuo me.
	Vocatiuo caret.	מִמֶּנִּי. מֶנִּי	Ablatiuo a me.

Plurali numero.

אֲנַחְנוּ: נַחְנוּ: אָנוּ	Nominatiuo nos.	שֶׁלָּנוּ	Genitiuo nr̃m
לָנוּ: אֵלֵינוּ	Datiuo nobis.	אוֹתָנוּ	accuſatiuo nos
	Vocatiuo caret.	מִמֶּנּוּ	Ablatiuo a no bis.

Pronomen primitiuum ſecunde perſone in nominatiuo ſingulari generis maſculini terminatur in he littera. femininũ vero eiuſdem numeri deſinit in tau cum ſeua. Caſus vero obli qui finiuntur in caph ſubiecto camez pro maſculinis: ſed pro femininis cum ſeba: qui pertinet ad ſyllabam precedẽtẽ: ſic.

אַתָּה: אָתְּ	Nominatiuo tu.	שֶׁלְּךָ שֶׁלָּךְ	Genitiuo tui.
לְךָ אֵלֶיךָ: לָךְ אֵלַיִךְ	Datiuo tibi.	אוֹתְךָ אוֹתָךְ: אֹתָךְ	Accuſatiuo te.
אַתָּה: אָתְּ	Vocatiuo o tu.	מִמְּךָ: מִמֵּךְ	Ablatiuo a te.

Plurali numero.

אַתֶּם: אַתֶּן	Nominatiuo vos.	שֶׁלָּכֶם: שֶׁלָּכֶן	Genitiuo vr̃m.

לָכֶם אֲלֵיכֶם:לָכֶן Datiuo vobis.
אֶתְכֶם:אֶתְכֶן Accusatiuo vos.
אֲכֶתֶם:אֲכֶתֶן Vocatiuo o vos.
מִכֶּם:מִכֶּכֶם.מִכֶּן Ablatiuo a vobis.

Aduertendum est:quod pronomen prime persone tam in recto quam in obliquis tam in singulari q̄ in plurali terminationes habet communes masculino generi ac femínino. Atuero pronomen secunde persone terminationes habet diuersas p masculinis & femininis vt dictum est. Illud preterea notandū est:quod pronominis huius generis femínini terminatio tribus in locis scripture tantum repetitur iuncta masculini generis nomini. Primo. Numeri.cap̄.11. וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשָׂה לִי. p quo latini habent.sin aliter tibi videtur. Secundo Deut.cap̄.5. וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ nos autem ad hunc modum. tu loqueris ad nos. Tertio Ezech.28. אַתְּ כְּרוּב מְמֹשָׁח הַסּוֹכֵךְ ídest tu cherub extentus & protegens. Nonnunquam preterea datiuus & accusatiui generis femínini iungitur generi masculino.vt Deut . cap̄.7. לַהַת לָךְ Latine sic vt daret tibi. & Prouer.7. תְּנָחֵךְ אֹרַח Latine sic:gradietur tecū.quod maxime contingit in fine clausule. Aduertendum est quoq; quod huius pronominis plurale masculinum terminatur in mem precedente littera cui subiicitur segol.femininum vero mutat mem.in nun.

Pronomen primitiuum tertie persone generis masculini numeri singularis desinit in vau cum surech:sequenti aleph ociosa.Femininum vero desinit in iod precedente hiric sequenti quoque aleph ociosa. Obliqui vero masculinorum numeri singularis desinunt in.o.preter ablatiuum qui terminatur in .u. femínina vero desinunt in.a.per apicem cames sequenti he cū apice mapic.in modum sequentem.

הוּא:הִיא הִוא Nominatiuo ille.illa.
שֶׁלּוֹ:שֶׁלָּהּ Genitiuo illius vel sui.
לוֹ אֵלָיו:לָהּ אֵלֶיהָ Datiuo illi vel sibi.
אֹתוֹ:אֹתָהּ Accusatiuo illum illam vel se.
Vocatiuum non habet.
מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה Ablatiuo ab illo illa vel a se.

Plurali.

הֵם הֵמָּה:הֵן הֵנָּה Nominatiuo illi ille.
שֶׁלָּהֶם:שֶׁלָּהֶן Genitiuo illorum.arū. vel sui.
לָהֶם אֲלֵיהֶם:לָמוֹ אֲלֵיהֶן:לָהֶן אֲלֵיהֶן Datiuo illis:vel sibi.
אֹתָם אֶתְהֶם:אֹתָן אֶתְהֶן Accusatiuo illos illas vel se.
Vocatiuum non habet.
מֵהֶם מֵהֶן:מֵהֶם מֵהֶן Ablatiuo ab illis vel a se.

Estq; hoc in loco notandum:quod ablatiuus numeri singularis huius pronominis assimilatur ablatiuo pronominis prime persone numeri pluralis.que ambiguitas non potest tolli nisi ex contextu partium orationis. Nominatiuus preterea huius pronominis in genere masculino numeri pluralis finitur in.em.per.m.femininum vero in.en.per.n. Notandum preterea quod aliquando reperitur nominatiuus generis masculini huius pronominis coaptatꝰ generi femínino.vt in libro ruth pri. וְהֵמָּה בָּאוּ hoc est ille venerunt.atq; ediuerso reperitur eiusdem pronominis genus femininum coniunctum generi masculino.vt secundo.Reg.5. וְהֵנָּה בָּאוּ hoc est & illi venerunt. In quibusdam tamen codicibus recentiores particulam illam aliter punxerunt in hūc modum. וְהִנֵּה.ídest & ecce.quē sensum trāslatio chaldaica sequitur. hoc modo. וְהָא אַתוֹן Pronomē superius est demonstratiuum rerum coniunctarum tertie persone:que sunt remotiores.quod vero sequitur demonstrat res p ximas prime aut secunde persone:cuius explicatio est.

זֶה זוֹ:זֹאת זוֹ Nominatiuo hic hec.
שֶׁל זֶה:שֶׁל זֹאת Genitiuo huius.
לָזֶה:לָזֹאת Datiuo huic.
אֶתזֶה:אֶת זֹאת Accusatiuo hunc hanc.
Vocatiuum non habet.
מִזֶּה.מִזֹּאת Ablatiuo ab hoc ab hac.

Plurali.

אֵלֶּה:אֵלּוּ Nominatiuo hi he.
שֶׁל אֵלֶּה Genitiuo horum harum.
לָאֵלֶּה Datiuo his.
אֶת אֵלֶּה Accusatiuo hos has.
Vocatiuum non habet.
מֵאֵלֶּה Ablatiuo ab his.

Hoc in loco notādū est.qd plerūq; supius pronomē sequtur verbū & nō nomen. vt numeri.26. לַאֲלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ ídest his dí uidetur terra.nam apud hebreos elegantius dicitur viro huic quam huic viro . Et duobus proximis pronominibus in nominatiuo plerūq; preponuntur nominibus.vt זֶה הָאִישׁ .i.hic vir.in obliquis vero non preponuntur.dicimus namq; לָאִישׁ הַזֶּה & non לָזֶה הָאִישׁ At uero quando he cum patha vel camez anteponitur illis:tunc pronomina postponuntur nominibus in hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה הַלָּזֶה Vir iste.
הָאִשָּׁה הַזֹּאת:הַלָּזוֹ הַלָּזֹ Mulier ista.
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל Viri isti.
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל Mulieres iste.

Et hec de nominibus primitiuis dicta sufficiant: nunc de deriuatis siue compositis dicendum est . Componuntur vero pronomina deriuatiua cum nomine.aut cum verbo. aut cum participio:vel cum prepositione:neq; vnquam reperiuntur separata:semperq; illis preferuntur alie partes orationis supradicte atq; in hunc modum composita vocantur ab hebreis גְּנוּזִים que in formatione numeri pluralis ex singulari communiter mutant primas vocales:quemadmodum in nominibus dictū est. Et prime persone vtriusq; numeri sunt símiles in genere masculino & femínino:sicut dictum est in pronominibus primitiuis.& sequuntur easdem terminationes casuum obliquorum supradictorum & easdem litteras in fine pronominū ad denotādū personā cuius est sermo.in hūc modum. דָּבָר verbū.

דְּבָרִי Verbum meum.m.vel.f.
דְּבָרְךָ:דְּבָרֵךְ דְּבָרֵכִי Verbum tuum.m.f.
דְּבָרוֹ דְּבָרוֹ:דְּבָרָהּ Verbum suum vel illius.m.f.
דְּבָרֵנוּ Verbum nostrum.m.vel f.
דְּבַרְכֶם:דְּבַרְכֶן דְּבָרֵנָה Verbum vestrum.m.f.
דְּבָרָם דְּבָרֵמוֹ:דְּבָרָן Verbū suū vel illorū illarum.
דְּבָרִים Verba. Plurali numero.
דְּבָרַי Verba mea.m. vel f.
דְּבָרֶיךָ:דְּבָרַיִךְ דְּבָרַיְכִי Verba tua.m.f.
דְּבָרָיו:דְּבָרֶיהָ Verba sua vel illorum.m.f.
דְּבָרֵינוּ Verba nostra. m.f.
דְּבָרֵיכֶם:דְּבָרֵיכֶן Verba vestra.m.f.
דְּבָרֵיהֶם:דְּבָרֵיהֶן:דְּבָרֵיהֶנָּה Verba sua vel illorū illarum

Quando est finis clausule venit pronomen secūde persone generis masculini numeri singularis cum segol loco seba:inclina turq; eodem accentus.vt numeri.14. סְלַחְתִּי כִּדְבָרֶךָ ídest peperci iuxta verbum tuum.& notandum quod nomina femínina desinentia in he si componuntur cum pronomine mutant illud he in tau.ad hunc modum. תּוֹרָה Lex.

תּוֹרָתִי Lex mea.m.vel f.
תּוֹרָתְךָ:תּוֹרָתֵךְ Lex tua.m.f.
תּוֹרָתוֹ:תּוֹרָתָהּ Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרָתֵנוּ Lex nostra.m.vel f.
תּוֹרַתְכֶם:תּוֹרַתְכֶן Lex vestra.m.f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרָתָן Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרוֹת Leges. Plurali numero.
תּוֹרֹתַי Leges mee.m.vel f.
תּוֹרֹתֶיךָ:תּוֹרֹתַיִךְ Leges tue.m.f.

תּוֹרָתֵיו:תּוֹרֹתָיו Leges eiꝰ.m.f.
תּוֹרָתִי Leges noſtre.m.vel.f.
תּוֹרַתְכֶם.תּוֹרֹתֵיכֶן Leges veſtre.m.f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרֹתֵיהֶן Leges ſue.m.f.

Sunt tamen quedā nomina feminina in he deſinentia :in qui bus aliquando he non vertitur in tau.vt סֻכָּה ideſt tabernaculum.Pſal.26.כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה ideſt abſcondet me in tabernaculo ſuo.vbi pro סֻכָּתוֹ ponitur.סֻכֹּה Item פִּשְׁתָּה.ideſt linū.Oſee. 11.צַמְרִי וּפִשְׁתִּי ideſt lana mea & linum meū . vbi pro eo quod eſſe debuit פִּשְׁתִּתִי legitur פִּשְׁתִּי.& alia complura ad hunc modum.Et notandum quod pronomē tertie perſone numeri ſingularis aliquando habet he ocioſam cum puncto mapic . vt דְּבָרָהּ תּוֹרָתָהּ.Nomina preterea ſimplicia nonnunquam reperiuntur terminari ad pronominum ſimilitudinem.vt Geñ.ca. 49.גְּנִי אֲתֹנִי ideſt filius aſine ſue.Ieremie quoꝙ capꝫ.22. וְתִקְרַע עֵינֶיהָ &aperit ſibi feneſtras.que poſſunt dignoſci ex cōtextu partium orationis.Sunt preterea quedam nomīa monoſyllaba que finita in.iod poſſunt eſſe pronomina prime perſone numeri ſingularis:aut nomina que poſſunt conſtrui cum genitiuo.vt אָב.i.pater.אֲבִי יִשַׁי.i.pater iſai.אָח.i. frater . אֲחִי אַבְרָם ideſt frater abraam.פֶּה os. פִּי יְהוָה .i.os domini . Que nomina ſi iunguntur pronominibus tertie perſone numeri ſingularis ponuntur dupliciter hoc modo.

אָבִיו אֲבִיהוּ Pater eius vel illius.
אֲחִיו אֲחִיהוּ Frater eius vel illius.
פִּיו פִּיהוּ Os eius vel illius.

Notandum quod hoc pronomen כֹּל quando iungitur his pronominibus mutat camez ſiue holem in ſurec.vt כֻּלָּנוּ.ideſt omnes nos.Alia pronominum accidentia ad nominis rationem reducenda ſunt.nunc ad verbi conſiderationem accedamus.

De verbo.

VErbum eſt qꝫ ſignificat cū modis & temporibus:cui p̄ter ſpeciem ac figuram accidunt ſeptem.ſ.coniugatio. vox.modus.tempus.numerus.perſona.genus maſculinum aut femininum. Coniugationes verborum quattuor ſunt.Prima coniugatio eſt verborum habentium tres litteras ſubſtantiales tantum:quarum prima ſcribitur ſubiecto camez ſecunda ſubiecto patha.hoc modo.פָּקַד.ideſt viſitauit.vocaturꝫ hec coniugatio בִּנְיַן הַקַּל ideſt coniugatio leuis & ſimplex: quia non recipit alias litteras preter quam illas que ſunt neceſſarie ad deſignanda ipſius verbi accidentia.& eſt fundamentū aliarum coniugationum. Appellatur quoꝫ leuis : quia profertur leniter:ideoꝫ non admittit dagues: cuius eſt litteram duriorem facere:quod precipue recuſat in littera media . Secūda coniugatio eſt verborum habentium dagues in littera ſubſtantiali media:vocaturꝫ פָּעֵל הַכָּבֵד ideſt verbum durum prolatu:propter dagues quem habet.vt.פִּקֵּד. Tertia coniugatio eſt verborum habentium quinque litteras:quoniam in principio additur he ſubiecto hiric & in medio ſiod ocioſa . vt הִפְקִיד ideſt fecit viſitare:vocaturꝫ eodem nomine hoc eſt . הִפְעִיל Quarta coniugatio eſt quattuor litterarum ſubſtantialium:& prima ſyllaba ſcribitur per vau.& tertia littera plerumꝫ geminatur vt רוֹמֵם ideſt exaltauit.& vocatur פִּעֵל מְרוּבָּע hoc eſt verbum quadratum:a quattuor litteris quas continet in tertia perſona ſingulari preteriti indicatiui . Et ſunt quedam verba que poſſunt per omnes quattuor coniugationes declinari cuiuſmodi eſt verbum פָּקַד quo vſi ſumus exempli cauſa. Sunt tamen alia verba que non poſſunt declinari niſi per quaſdam illarū. Differunt he quattuor coniugationes inter ſe ratione ſignificationis:quia prima ſignificat actionem remiſſam . Secunda actionem intenſam. Tertia que facit actionem verbi tranſire in aliam perſonam.ſicuti.4.Reg.7.הִשְׁמִיעַ אֶת מַחֲנֵה אֲרָם.ideſt audire fecit caſtra ſyrie: & propterea hec coniugatio habet duas litteras vltra ſubſtantiales. Quarta que etiam ſignificat aliquando actionem tranſitiuam: ſicut & tertia . Signatur quoꝫ differentia in verbo:mutatione ſignificatiōis.vt in verbo דִּבֶּר ſi eſt ſecunde coniugationis ſignificat loqui. ſi tertie cōfregit aut occidit.vt Pſalmo.17.וַיְרַבֵּר עַמִּים.ideſt confregit populos. preterea חָרַשׁ ſi eſt prime coniugationis ſignificat arare. ſi tertie eſt tacere.& ad hunc modum alia complura.Sed aduertēdū imprimis: quod prima cuiuſꝫ verbi & coniugationis poſitio vnde alia tempora formantur:eſt tertia perſona numeri ſingularis:preteriti pfecti indicatiui modi. Illud quoꝫ non omittendum:eſſe quedam verba perfecta:& alia imperfecta . Perfecta ſunt:que non amittunt aliquam ex tribus litteris ſubſtantialibus que ſunt proprie ſignificationis verbi.Imperfecta ſunt illa que amittunt aliquam ex illis litteris in coniugationis diſcurſu:de quibus infra ſuo in loco dicetur.nunc interim de perfectis. Vox quam diximus eſſe ſecundum verbi accidens eſt illud quo diſtinguitur verbum actiuum a paſſiuo.vt פָּקַד ideſt viſitauit. נִפְקַד ideſt viſitatus eſt.in hac coniugatione vox actiua difert a paſſiua per litteram nun ſubiecto hiric.in aliis aliter atqꝫ aliter. Modi verborum ſunt tres.indicatiuus.imperatiuus.infinitiuus.indicatiuus eſt:per quem ſimpliciter oſtendimus quid fit.vt פָּקַד.ideſt viſitauit. imperatiuus quem vocant צִוּוּי eſt per quem imperamus aliquid fieri.vt פְּקֹד ideſt viſita. infinitiuus quem vocant מָקוֹר eſt cuius actio ſiue paſſio infinite hoc eſt ſine numeris & perſonis ponitur.vt פָּקֹד. ideſt viſitare. Optatiuus & ſubiunctiuus ſupplētur per aduerbia ſiue cōiunctiones:& per indicatiuum aut infinitiuum.

Tempora verborum tria ſunt.preſens. preteritum . futurum. Preſens tempus hebrei non habent :circumloquuntur tamen illud per participium & perſonam que illi adiungitur . & p eo quod nos dicimus ego audio:illi dicunt אֲנִי שׁוֹמֵעַ.ideſt ego audiens.ſ.ſum.& intelligitur verbum ſubſtantiuum: alioquin nō eſſet enunciatio. Preteritum imperfectum ſuppletur per futurum indicatiui.aut per preteritum:ſed plerumꝫ per participium preſentis & verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis.pluſquam perfectum vero confunditur cum preterito perfecto.

Numeri verborum duo ſunt.Singularis qui de vno loquitur. vt פָּעַל.ideſt fecit.Pluralis qui de pluribus loquitur . vt פָּעֲלוּ.i. fecerunt. Perſone verborum quemadmodum nominum & pronominum tres ſunt.Prima que de ſe loquitur.vt אֲנִי פָּעַלְתִּי ego feci.Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה פָּעַל tu facis Tertia de qua prima loquitur vt הוּא פָּעַל ille facit. Genera verborum quemadmodum & nominum & pronominū duo ſunt.maſculinum & femininum.maſculinum eſt quod iungitur ſuppoſito generis maſculini expreſſo vel ſubintellecto.ſicuti. אֵל פָּעַל ideſt deus fecit.Femininum verbi genus eſt:quod iungitur ſuppoſito generis feminini expreſſo vel ſubintellecto vt אִשָּׁה פָּעֲלָה.ideſt mulier fecit.Sed antea quam ad explicationem coniugationis uerborum veniamus aduertendum eſt:qđ in prima uerbi perſona tam in ſingulari quam in plurali genꝰ maſculinum & femininum aſſimilantur in preterito & in futuro indicatiui modi.preterita quoꝫ eiuſdem modi in tertia perſona plurali in genere maſculino & femínino ſunt in terminatione ſimilia. Illud quoꝫ notandum quod in prima coniugatione prima verbi poſitio habet terminationes tres : primam in.a cum patha ſequenti alia littera .ut פָּקַד.ſecundam in. e.cūcere.vt חָפֵץ.ideſt uoluit.Tertiam in.o.cum holem .ut יָכֹל ideſt potuit.& in hac coniugatione prima littera ſcribitur ſubiecto camez.cuius explicatio in hunc modum ſequitur.

Prima coniugatio.

IN uoce actiua indicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	Viſitauit.m.	פָּקְדָה	Viſitauit.f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti.f.

פָּקַדְתִּי Visitaui.m.&f.

Plurali.

פָּקְדוּ Visitauerunt.m.&f. פְּקַדְתֶּם Visitastis.m.
פְּקַדְתֶּן Visitastis.f. פָּקַדְנוּ Visitauimus.m.&f.

Aduertendum quod quando prima verbi positio hoc est פָּקַד iungitur dictioni monosyllabe aut habenti accentum in prima:illa quoq; habet accentum in principio. vt gen̄.cap̄.1.בָּרָא ideſt vocauit noctem.& numeri.27.וְשָׁאַל לוֹ ideſt & interrogabit eum.Illud quoq; est notandum quod quando prima littera substantialis vel media est aliqua ex his quattuor אהחע & debebat scribi cum seba:tunc seba mutatur in camez: vel patha:vt אֲהַבְתֶּם .i. dilexistis בָּחַרְתָּ ideſt elegit.que regula obseruatur in omnibus modis.temporibus.& personis. vbicū q; seba supponitur littere substantiali in medio ipsius verbi:si illa littera est ex illis quattuor:seba quoque vertitur in camez. Et quando venit in fine clausule : etiam si littera substantialis media non sit aliqua ex illis quattuor seba littere medie substātialis vertitur in camez vel patha:& in ea collocatur accentus. vt Numeri.19.אֶת מִשְׁמֶרֶת יְהוָה שָׁמָרוּ ideſt custodiam domini custodierunt.& Iudicum.19.חָלַב נָתְנָה ideſt lac dedit. Tertia p̄ terea verbi pluralis persona recipit aliquando nun in fine . vt Deut.8.אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ.ideſt que non cognouerunt patres tui.& per preteritum huiusmodi suppletur preteritum imperfectum & plusquam perfectum eiusdem. vt Gen̄.37. אָהַב אֶת יוֹסֵף ideſt amabat ioseph.supletur etiam preteritum imperfectum per futurum.vt Iob.1.כֹּה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב ideſt sic faciebat iob.Nonnunquam additur he littera in fine verbi secunde persone gn̄is masculini numeri singularis.vt gen̄.3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה ideſt mulier quam dedisti. Aliquando quoq; he finalis vertitur in tau:in verbis tertie persone generis feminini numeri singularis.vt Esaie.23.וְנִשְׁכַּחַתְּ צֹר ideſt obliuioni dabitur tyrus.Presens indicatiui modi circumloquimur per participium quod derinatur a prima verbi positione:& habet semper.o.vocalem in principio.& est simile nomini adiectiuo tā in genere q̄ in terminatione & declinatione.sic.

פּוֹקֵד qui visitat. פּוֹקֶדֶת vel פּוֹקְדָה que visitat.
פּוֹקְדִים qui visitant. פֹּקְדוֹת que visitant.

& quemadmodum in preterito dictum est quando aliqua illarum quattuor litterarum אהחע est in medio:seba vertitur in camez.vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת ideſt qui clamāt vel que clamant .& p hoc participium & pronomina circūloquimur personas vtriusq; numeri.sic.אֲנִי פוֹקֵד ideſt ego visito: & preponitur pronomen participio:nōnunquam vero postponitur.vt Ieremie 1.שֹׁקֵד אָנִי ideſt vigilo ego.que regula ad alias quoq; coniugationes pertinet.Cum vero littera substantialis in fine positionis prime est aīn siue heth.tunc in participio generis masculini numeri singularis suppletur.a.ante illud aīn vel heth.& accentus ponitur in littera substantiali que est ī medio.vt בּוֹרֵחַ ideſt qui fugit.genus vero femininū eiusdē numeri sic . בֹּרַחַת ideſt que fugit.& hec quoq; regula extendit se ad alias coniugationes: quoties littera substantialis in medio posita venit cū aliquo apice preterq̄ cum camez & patha . Aliquando tamen littera substantialis in medio posita recipit patha : & aīn siue heth finalis pertinet ad vocalem precedentem:quia nullum habet apicē subiectum.vt psalmo.93.הַנֹּטֵעַ אֹזֶן ideſt qui plantat aurem.& quando participium generis feminini numeri singularis venit in fine clausule:tunc in littera substantiali media habet camez:& in ea collocatur accentus.vt iosue.11.בָּהּ הָיָא יוֹשֶׁבֶת ideſt in muro illa habitabat.in verbis quoq; desinentibus in.e.vel in.o.nulla est differentia preteriti ad presens. vt אֲנִי חָפֵץ ideſt ego volo.אֲנִי יָכֹל ideſt ego possum. Non nunquā etiam participium generis masculini numeri singularis desinit in hirie sequēti iod.vt gen̄.44.אֹסְרִי לַגָּפֶן ideſt qui alligat ad vitem.& Deutero.33.שֹׁכְנִי סְנֶה ideſt qui habitat in rubo .& alia eodem modo.Et notandum quod per hoc participiū presentis quandoq; circumloquimur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiusdem temporis uerbo substantiuo.eram eras erat.ut אֲנִי הָיִיתִי פֹּקֵד ego eram visitans.i.ego visitabam Futurum in omnibus coniugationibus scribitur per unam ex his quattuor litteris אהיתן additam in prīcipio prime verbi positionis subiecto hiric:preter quā aleph prime persone numeri singularis cui subscribitur cegol.Terminatiōes uero prime persone utriusq; numerī sunt similes in utroq; genere :quemadmodum in preterito dictum est.Quod in aliis quoq; coniugationibus obseruatur.in quibus etiam prime persone utriusq; numeri plerumq; recipiunt he in fine:aliquando tamen nō recipiunt.ut

אֶפְקֹד uel אֶפְקְדָה uisitabo.m.&f.

תִּפְקֹד Visitabis.m. תִּפְקְדִי Visitabis.f.
יִפְקֹד Visitabit.m. תִּפְקֹד Visitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד uel נִפְקְדָה Visitabimus.m.&f.
תִּפְקְדוּ Visitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה Visitabitis.f.
יִפְקְדוּ Visitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה Visitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponitur ante litteram substantialem finalem aliquando abiicitur . Notandum preterea quod terminatio secunde persone generis masculini numeri singularis est similis tertie persone generis feminini numeri singularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam passiue. que voces non possunt dignosci nisi ex contentu partium orationis.Secūde quoq; & tertie persone voces generis feminini pluralis numeri similes sunt . Eiusdem quoq; futuri persone omnes generis masculini numeri singularis atq; etiam prima persona pluralis quando iunguntur dictionibus monosyllabis cum accentu macaph aut habentibus accentum in principio:tunc littera substantialis medie dictionis habet camez & legitur quasi holem.vt Psalmo.88.אֶשְׁמֹר לוֹ חַסְדִּי.ideſt seruabo illi misericordiam meam.& ad hunc modum alia complura.in omnibus etiam personis eiusdem temporis littera substantialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל ideſt faciam.quod precipue fit in verbis quorum littera substātialis media aut finalis est aliqua harum quattuor .אהחע vt אֶשְׁמַע ideſt audiam. אֶצְעַק ideſt clamabo .& in vtriusq; huiusmodi futuris in eodem verbo littera substantialis media potest esse cum holem & potest esse cum patha.vt אֶחְפֹּץ volam. יֶחְפַּץ ideſt volet:& in fine clausule seba littere substantialis medie aliquando vertitur in camez siue holem :& in ea collocatur accentus etiam si littera substantialis non sit vna ex illis q̄tuor in hunc modum אֶפְקְדָה. תִּפְקְדִי תִּפְקֹדִי. הִפְקֹד: אֶפְקֹדָה. תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּ: יִפְקְדוּ יִפְקֹדוּ.venit etiam ad eundem modum sepe:licet non sit in fine clausule.In quibusdam etiam verbis quorū littera substātialis prima est aīn siue heth in prima persona singulari:subiicitur illis cegol.sic אֶעְבֹּר ideſt transibo.Sed in aliis personis vltra litteram que additur ad designandum personam futuri:littera substantialis prima habet camez vel patha. sic תַּעֲבֹר.ideſt transibis. תַּעֲמֹד ideſt stabis.In quibusdam quorum principium est aleph:littere addite habent holem in prima persona:& aleph substantialis prima amittitur.vt אמל .i. comedam אמר.ideſt dicam.in aliis vero personis aleph rursus emergit:sed non profertur:vt תֹּאמַר ideſt dices. תֹּאכַל ideſt comedes.Sunt preterea verba quorum initium est aleph:in quibus littere que addūtur futuro & substantialis prima habent cegol & non abiicitur aleph.qualia sunt . אֶאֱסֹף ideſt congregabo אֶאֱסֹר ideſt alligabo.Nonnūquam etiam secunde & tertie persone generis masculini numeri pluralis & secunda persona generis feminini singularis accipiunt in fine nun . vt

תִּפְקְדִין יִפְקְדוּן תִּפָּקְדִין que regula seruit coniugationibus aliis tam in voce actiua quam in passiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez siue patha : & vau est particula coniunctiua: futurum vertitur ī preteritum hoc modo . וַיִּפְקֹד idest & visitauit. quod si tau habet seba siue hiric tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד idest & visitabit. Quod si vau preponitur preterito: subiecto quocunq; apice : preteritum vertitur in futurū. vt וְשָׁכַב idest & quiescet: preterquam in prima persona singularis numeri in cuius littera substantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Osee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים idest & locutus sum ad prophetas. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. capī. 12. וְעָבַרְתִּי בְאֶרֶץ מִצְרַיִם idest. & transibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoq; pertinet coniugationes in vtraq; voce. Per tempus etiā futurum aliquando suppletur preteritum imperfectum eiusdē modi. vt Genī. capī. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ idest fons ascendebat de terra.

De imperatiuo.

